tij calefactio ad id quod ex mēbris
ſuis eſt debile perueniat niſi ſcd̄m
modū conſequendi: ⁊ exemplū po
ſuit de varicoſis qui ſuperiora ma
gis q̄ iferiora debēt exercere. Qd̄ ⁊
de alijs pariter ē itelligēdū: q̄re ⁊c.

¶ Capitulū .xxvij. declarat ꝙ
nec hora repletionis neq̄ hora
omnimode inanitionis ſit exer
citandum.

Vna de rebus maxīe ante
exercitiū cōſiderādis eſt
hora: de q̄ duo faciēda ſūt
capitula. Primū quorū
oſtendet qua hora nō ſit
exercitandū: ſcd̄m vero declarabit
qua hora ſecuriſſime ſit laborādū.
Dicam⁹ ergo de primo ꝙ q̄ horam
ſui laboris incōuenientē elegit lon
ge magis peccauit q̄ ſi oīno q̄et⁹
permāſiſſet quemadmodū pleriq̄
poſt crapulā dubitantes ſe tantā
cibi ⁊ potus nō poſſe dirigere q̄ti
tatē ꝯfeſtim forti ſe expoſuerūt exer
citio ex quo infirmati ſunt: ⁊ nōnul
li eoꝝ interiere: eo ꝙ repleti labo-
rauerūt ⁊ ꝓpter hoc dicem⁹ primo
ꝙ nullo pacto poſt cibū donec di-
geſtus fuerit ſe dz q̄s fortiter ex-
ercitari vt voluit Iſaac in vniuer-
ſalib⁹ dictis capitulo vltimo dicēs.
Si exercitia ad dirigēdū ⁊ ad ſani
tatē optima ſunt: q̄ poſt cibū erunt
maxime ſanitatē īpediūt: quoniā
antecedētē cibū calefaciūt ⁊ ebul-
liētē añq̄ excoquat̄ eijciūt. q̄ cū ad
epar crudus ⁊ indigeſtus veniat
in venis epatis humores adunan
tur groſſi: ⁊ poſtea concludens ait.
Quare oportet poſt cibū exercitia
⁊ labores vitare: ſicut ⁊ requies an
te cibū fugienda erit. qd̄ etiā ſenſit
Auicē. in tertia primi doctrina ſe-
cunda. capitulo ſeptimo di. Illico
poſt comeſtionē nō eſt dormiendū
cibo natantem: ⁊ a forti motu q̄tū
plus poſſibile eſt abſtinendum: ne
cibus anteq̄ digeratur penetret
aut ſine digeſtiōe labatur: aut pro-
pter inundationez corrumpatur. ⁊
infra in doctrina quinta. c. ſecūdo
dixit. Amplius equitare nō debet

UVA. BHSC. IyR_272

quis plenus ne cibus corrumpat̃ ꝛc. Quãto igit̃ minus alio fortiori motu nõ eſt laborandũ. hoc etiam voluit Raſis in quarto Almãſoris. c. ſecũdo ſic ſcribẽs. Poſt comeſtionẽ a forti motu ac longi temporis omnino eſt cauendũ: ſicut em̃ motus ante comeſtionẽ factus ſanitatis eſt cõſeruatiuus: ita poſt comeſtionẽ egritudinis inuenit̃ generatiuus cuius quidẽ cauſaȝ poſuit Gal. in ſecũdo de regimine ſanitatis cũ ait. ſi enim anteꝙ̃ cibꝰ digeſtus ſit exerceatur cũ exercitiũ cõferat redditionibꝰ ciborũ cũ crudi ꝛ indigeſti cibi in ventre vel epate cõtineantur quare nõdũ digeſti attrahunt̃ ad oĩa mẽbra ꝛ eis totũ replebit̃ corpꝰ. qð clarius in libro de euchimia et cachochimia. c. tertio expreſſit dicẽs. Ad ſanitatis cuſtodiaȝ maximũ bonũ erit moderata motio cũ hoc tñ intelligat̃ ꝙ nemo vllo moueat̃ motu forti ſupra cibũ qꝛ ſicut eſt maximũ bonũ ad ſanitatẽ exercitiũ añ cibũ: ita eſt nociniſſimꝰ oĩs motꝰ ſupra cibũ. diſtribuit̃ enim ex vẽtre cibꝰ anteꝙ̃ digerat̃: ꝛ exinde multitudo crudoꝝ humorũ aggregat̃ ſcðm venas ex quibꝰ aſſueuerũt egritudines omnimode fieri: vñ intelligendũ eſt ꝙ nõ ſine cauſa dixerit Galienꝰ. Nemo vllo moueat̃ motu forti poſt cibũ: quoniam leui deambulatione poſt cibũ põt abſꝙ̃ vllo nocumẽto ſe quiſꝙ̃ mouere dicente Auicẽ. in tertia primi doctrina ſecunda capitulo ſeptimo queadmodũ oportet motũ q̃ eſt ante comeſtionẽ debilẽ nõ eſſe: ita neceſſe eſt ei ne motꝰ q̃ eſt poſt ipſam ſit niſi molliter et ſuauiter. ꝛ in eodẽ. c. iterum dixit. Ruffus inquit inceſſus hic: ſcilicet mollis ꝛ ſuauis mihi placet ꝛ proprie poſt prandium: quoniam bonitatem operationis cene preparat. Sic igitur poſt cibum ſuauiter erit deambulandũ et non fortiter laborandũ. Dicimus etiaȝ ſecũdo principaliter ꝙ in anitionis tempore ꝛ poſtꝙ̃ famis aduenit deſiderium ſi nihil aliud impedierit non ſit exercendũ: vt colligitur ex dictis Hippocra. in ſcðo aphoriſmorum aphoriſmo. xvj. dicens vbi indigentia non oportet laborare: ꝛ Galienus in commento. ꝛ in tertio Techni. ex ſentẽtia Auicenne in tertia primi dicẽtis. Quãdo forte exercitiũ neceſſariũ eſt: bonũ eſt ne ſit ſtomachꝰ vehementer inanitus: immo ſit in eo paucũ nutricẽs. Et infra dixit. Amplius qui exercitatur ſi plenus eſt: melius eſt ꝙ̃ ſi exerceat̃ qñ eſt vacuus: ꝛ ly melius exponendũ eſt: ſcilicet minus malũ. qð expreſſe dixit etiã Galienus in loco preallegato parte illa. Melius eſt calefacto ꝙ̃ infrigidato: ꝛ repleto magis ꝙ̃ euacuato ꝛc. Ex quibꝰ patet ꝙ hora inanitiõis eſt deterior: ꝛ exercitio incõuenientior ꝙ̃ hora repletiõis: licet vtraꝙ̃ ſit damnanda.

¶ Capitulũ. xxviij. docet cognoſcere horã electã: ꝛ ad exercitandũ cõuenienteȝ: ꝛ quãdo ipa ſit per ſua ſigna.

Diximus ſupra que ſint hore illaudabiles ad exercitãdũ: nũc vero dicẽdũ q̃ hora ſit ab auctoribus ad illud approbata: ſiue vt alij dicũt electa: ꝛ dicemꝰ ꝙ exercitandũ eſt poſt prime ꝛ ſecũde digeſtionis celebrationẽ q̃ hora motui cõueniẽtiſſima exiſtit vnicuiꝙ̃ etati: ꝛ cõplexioni: ſexui: ꝛ regioni. iuxta ſententiam Conciliatoris noſtri in differentia. cxviij. Quequidez fuit Principis Auicẽ. in tertia primi dicẽtis: Oportet vt



UVA. BHSC. IyR_272

in hora exercitij corpus ſit mundū
et vt cibus exterius iam ſit digeſtꝰ
in ſtomacho:⁊ epate:⁊ venis:⁊ vt
alterius cibi hora iam aduenerit.
Qđ etiā voluit Auerrois inˢ cōmē
to.cxliij.cāticoruꝫ dicēs.Cōueniēs
tēpus ad exercitandū eſt cū cōple=
ta fuerit digeſtio:nā cū ſit ante cō=
plemētū digeſtiōis ipm q̄dē eſt ce
teris rebus nocibiliꝰ:⁊ hoc qꝛ tūc
facit egredi ⁊ tranſire cibū indige
ſtum:⁊ in ſumma corrūpit ipſum.
quod innuit etiā Galie.in ſecūdo
de regimine ſanitatis cū inq̄t.Si
volumus cuſtodire optime ſanita
tē incipimus a laboribus:deinde
ſequant̄ cibi ⁊ potꝰ:deinde ſomni
⁊c.Et infra clarius hoc idē expreſ=
ſit dicēs.Tēpus exercitij eſt opti=
mū qñ hic extremus cibus ꝑfecte
fuerit digeſtꝰ duabꝰ digeſtionibꝰ:
q̄ que in vētre:⁊ q̄ in epate:⁊ alteriꝰ
inſtat cibꝰ.Si vero añ exerceantur
cibi nōdū digeſti attrahuntur ad
oīa mēbra:⁊ eis totū replebit̄ cor=
pus.Et in libro de diſſolutione cō
tinua ſic quoqꝫ ſcripſit.Quādo mo
tus ſeqt̄ cibū deſcendit cibus de
ſtomacho preter digeſtionē ſuam:
et intrat venas ſine mutatione:et
adducit in epate opilationem:⁊ re
nibꝰ:⁊ reliquis mēbris morbū ⁊c.
Sꝫ dicet quis qñ hanc horam ad=
ueniſſe cognoſcemus:hoc profecto
non poteris explicare cuꝫ tanta ſit
etatum complexionum:ſtomacho=
rum:ciborumqꝫ comeſtorum diuer
ſitas:cui reſpondebimus dicendo
ꝙ in rei veritate tale tempus tri=
bus:nec quatuor:nec quinqꝫ:et ſic
de alijs horis non poteſt explicari
vt bene ꝓ opponentē obijciebat̄:ſꝫ
tunc ſciemus certiſſime talē horaꝫ
adueniſſe quando ſigna ipſuꝫ de=
monſtrantia apparebunt obijcie=
batur:ſed tunc que in vrina vide=
buntur:vt Gal.voluit loco ſuperiꝰ
allegato dicens.Cum vrina mode
rate citrina fuerit ſignificat tunc
ſecundam factam eſſe digeſtio=
nem:et tunc exercitandum.Cum
autem aquoſa.ſ.non citrina:ſed ſi=
cut aqua vel rubea:ideſt ignea mi
nime.Ignea enim apparet vrina
poſt famis aduentum et poſt labo
rem immoderatuꝫ:vt princeps vo
luit in ſecunda primi.Cum auteꝫ
talis apparuerit vrina non eſt ex=
ercitandum:ſicut idem iuſſit in ter
tia primi docto.ſecunda.c.iij.cum
ait.Horam exercitij et complemen=
ti primarum digeſtionum decla=
rat vrine ſecundum ſubſtantiam
et colorem maturatio.et ſubdit.
cum enim iam longe fuerit et na=
tura aliquo tempore in nutrimen=
to miniſtrare deſierit et igneitas
in vrina accenſa fuerit ⁊ citrinitas
naturalis terminum tranſierit:ex=
ercitium impediens erit:quoniam
virtutem deijciet:tunc igitur non
erit aliquo pacto exercitandum:ſꝫ
potius cum cibo et potu virtuti
ſuccurrendum:hoc itaqꝫ obſerue=
tur:vt anteq̄ꝫ ad exercitium acce=
damus.vrinam noſtram inſpicia=
mus que ſi aquoſa fuerit et alba
velut aqua nondum aduenit hora
laborandi:quia digeſtio non eſt
perfecta.Si autem erit ignea iam
hora pertranſiuit.Si vero citrina
non dubitemus de hora quoniam
tunc eſt preſens:⁊ precipue ſi ſto=
machus percipiatur alleuiatꝰ non
inflatus nec extenſus:non grauis
habens rugitum eructuationem
eiuſdem ſaporis cū cibo preaſſum
pto:neqꝫ ſingultū aut grauitatem
in capite ⁊ hmōi:vt dixit princeps
in.xiij.tertij.c.xvij.

¶ Capitulū.xxix.oñdit qđ genꝰ
exercitij vnicuiqꝫ ꝯplexiōi:etati:
ſexui ⁊c.ꝯueniēs ſit ⁊ neceſſariū.

UVA. BHSC. IyR_272

Cum ꝙ plura ſint exercitij gñā: videndū ē deinceps qđ maxie faciat ad ſanitatis cuſtodiā ⁊ ad ipſius cōſeruationē: vt vnuſquiſq; intelligat quo gñe laboris ſit ei exercēdū atq; vtēdū. Dicam⁹ ergo ꝙ oīm ſapientū intentio ſit vt id laudabile ſit exercitiū in quo ſingule corporis ꝑtes equaliter ſe monēt ⁊ exercent quemadmodū dixit Gal. in li. de exercitio cū parua ſpera.c.iij. cū ait exercitiū i quo ꝑtes equaliter exercitant̄ maxie q̄dē ad ſanitatē cōfert ⁊ cōmēſuritatē habitus opat̄: neq; immēſuratā carnoſitatē neq; ſuperexcellētē q̄litatē ferēs: ſꝫ ad robur indigētes act⁹ ſufficiēs ⁊ oib⁹ q̄ velocitate indigēt aptiſſimū qđ ⁊ in tertio Techni textu cō.xxix. replicauit di. Ex exercitio quidē opꝫ vt eligat̄ ſpecies in qua moueant̄ mēbra oīa corporis ſcđm ꝓportionē: ⁊ nō laboret aliquod corꝑ plus: ⁊ aliqđ corꝑ min⁹. ⁊ in ſecūdo de regimine ſanitatis ſic etiā ait. Oīa mēbra ſanis cōſeruāda ſunt mouēda. ⁊ iterū in libello de exercitio cū parua ſpera ſic ſcripſit in iij.c. Opꝫ verꝫ dicere: ſolū enim illud iuſtiſſime laudabile eſt exercitiū qđ mouens eſt oēs corꝑis particulas. Et infra dixit. Si ad ſanitatē examines inquātū inequaliter exercitate ſunt particule corꝑis in tantū: nec ſanatiuū eſt exercitium. Neceſſe enim eſt ita has quidē ſuperflue laborare: alias vero i ocio manere oīno: neutrū aūt eoꝝ ē bonū: ſed vtrūq; egritudinū ſubnutrit ſemina: ⁊ virtutē imbecillē operat̄. Hec igit̄ eſt rō ꝓpter quā vniuerſale opꝫ eſſe exercitiū ⁊ ſingulis partibus corꝑis cōe. Nec ex hoc dꝫ q̄ſpiā admirari: q: vnūqđq; membrū exercitiū hꝫ ſibi ꝓpriū. vt ait Auicē. in. iij. j. c. ſepi⁹ allegato, nō ſolū enim exteriora mēbra pñt exerceri vt vnuſquiſq; ſatis intelligit: ſed etiā interiora: pectus enim ⁊ membra hanelitus: ⁊ os: ⁊ ligua exercentur voce graui ⁊ magna: et q̄ñq; acuta: ⁊ iter eas mixta: vt prīnceps ait vbi ſupra. vbi docuit vt de minori ad vocē maiorē in vociferādo ſit paulatim trāſeūdū dicēs. Ad legēdū ꝑterea ſuauiter eſt incipiēdū: deinde vox ordinate eſt exaltāda: poſtea vero cū vox fortior facta fuerit ⁊ creſcit: ⁊ longa fuerit tēpˀ ipſi⁹ ponēdū erit tēperatū: q̄m tūc magnū affert iuuamētū ꝯſīr viſus exercet̄ res inſpiciendo minutas: et quandoque ordinando ipſum: vt res luminoſas leniter intuatur. Auditus vero ſonos auſcultando occultos: ⁊ quandoq; auſcultando magnos et ſic de reliquis intelligi poteſt ſuo modo. Qua autem exercitij ſpecie hec omnia perfici poſſint ſciendum ꝙ nulla accommodatio reperitur quemadmodum eſt illa exercitij ſpecies que ludendo cum parua ſpera: ſiue pila perficitur: in qua quidem ſi bene cōſideratur membra omnia corporis ſe mouēt. Et propterea Gal. librum de tali labore compoſuit: quem ſepius in ſuperioribus allegauimus: in quo libro inter cetera dixit. Laudo exercitium quod et corporis ſanitatem prebet: et partium conformitatem et anime virtutem quemadmodum eſt illud quod per paruam fit ſperam: animam enim eſt potens ad omnia iuuare: ⁊ corporis partes conſimiliter ⁊c. Laudauit etiam Gal. in eo libro aliud predicto fortius exercitium pro robuſtiorib⁹ omnibus dicens. Quicunq; canum ductiones ⁊ altam venationem adinuenerunt delectatione: ⁊ gaudio: ⁊ curialitate: eum qui in ipſis laborem temperantes: valde ſapien-

UVA. BHSC. IyR_272

res fuerũt:ꝛ naturã hũanã certiſſime docti. Hoc tamen genus exercitij ꝓ delicatis ↄuenire nõ videt̃ aliquo pacto. Et ꝑpterea Auicen. vbi ſupra dixit ꝙ corporis debilis exercitium oportet vt ſit debile:ꝛ corporis fortis vt ſit forte:ꝛ ideo vnuſqſꝗ homo ſcd̃m ſe habet exercitium ſibi propriũ ꝛ cõſuetũ:vt idẽ dixit ibidem. quo conſueto ꝛ ſibi conueniente ſe debet vnuſquiſꝗ exercere:ſicut etiã precepit Raſis in.iiij. Almanſoris.c.ij.cũ ait. Sanitatem cõſeruare volẽti ante comeſtionez moueri neceſſe eſt:motu aũt quiſꝗ vti dꝫ ſibi cõſueto q̃ vires ipſiꝰ nõ excedat. Et ideo nõ q̃litercunꝗ oĩs homo ſe debet exercitare vt nõnulli idiote ſũt opinati. Quare ꝛc.

¶ Capitulũ trigeſimũ oſtendit que quantitas ꝛ mẽſura:ſiue q̃s terminus exercitij vniuſcuiuſꝗ eſſe debeat.

SJ vtile fuit in ſuperioribus de qualitate exercitij determinare non minus neceſſariũ i preſentiarũ exiſtimo de quãtitate ipſius pertractandũ eſſe:quoniã aliqui poſſent opinari ꝙ quodcunꝗ bonũ ꝑ augmentum eius nõ ſolum in meliꝰ: ſed etiam in optimum poſſet deuenire:qd̃ cum ita ſe crederent facile putarent bono:ꝛ intantũ a nobis laudato exercitio q̃ maxime:ꝛ etiã vltra proprias vires forſitan exercendũ eſſe qui nõ ſolũ deciperẽtur: ſꝫ hoc faciẽtes i breui vitã cũ morte cõmutarent:quãobrẽ intelligãt quod ſicut moderatũ exercitiuz ad corporis facit ſalutẽ:ſic ad ꝑniciez adducit ſuperfluũ et immẽſuratũ ſcd̃m ꝙ ſenſit Auicen. in textu commenti.cxlv.canticorũ dicẽtis. Immoderatũ exercitiũ proprie dicitur labor:quiquidez ſpiritum euacuat ꝛ educit:ꝛ emacerat pingues ꝛ carnoſos violẽtia dolorũ:ꝛ faciat corpus ſeneſcere ante etatem ſenectutis.ꝛ in parte ſecunda eorũdẽ ait. Non eſt exercitandũ exercitio magno et forti ꝛc. Cuius ratio a Gal. exprimitur in tertio de regimine ſanitatis dicente. Nihil relinquitur in corpore niſi ſiccitas ex immoderato motu. Et in quinto libro eiuſdẽ ſic inquit. Acuta exercitia quoꝝ motus ſunt veloces attenuãt corpus. Et infra iterũ dixit. Multa exercitia ſiccãt:moderata vera carnẽ faciũt. Qd̃ et in quarto de ſimplici medicina replicauit dicens. Exercitium forte ſuperfine fortitudinis et ſolis facit acquirere corpora calida fortia ſuperfluã fortitudinem corpora vero que nõ ſunt ita exercitium forte:et ſol faciunt acquirere debilitatẽ:ꝛ reſoluunt:et poſtremo infrigidant ipſa. Jn libro quoꝗ de exercitio cũ parua ſpera.c.ij.ſic inquit. Fortaſſis exiſtimabit me quiſpiã laudare:ꝛ alia q̃cũꝗ attenuãt corpus exercitia:hoc aũt nõ eſt ita: immenſuritatem enim ego vbiꝗ vitupero:ꝛ oẽm artez exercere aio. Oportere qd̃ cõmenſuratuz eſt ꝛ ſi quid mẽſura caret id nõ eſſe bonũ dicimus. Et cõcludẽs dicit. Jgitur neꝗ curſum laudo attenuãtem habitum:neꝗ oĩno ab exercitio abſtinere iubeo. quã ſententiã ſecutus Haliabas in quinto Theorice.c.i. ſic inquit. Exercitio ſi q̃ temperatorũ corpoꝝ tẽperato vtantur modo ante balneum:ꝛ ante ciborum horam:calor cõfortat̃ naturalis: ſupflua a corporibꝰ diſſoluunt̃:mẽbra roborant̃:digeſtio ꝑcurat̃:ſitꝗ in naturaliũ numero que corporis faciunt ſanitatẽ. Si autez quinis eo immoderatius vtatur: laborꝫꝗ

UVA. BHSC. IyR_272

plurimum calefit corpus eius:febres emergūt.Et ſi imoderate ei⁹ vſui diutius operam dederit:calor diſſolnitur:naturalis virtus debilitatur ꝛ deficit:ꝛ ꝓpterea relictis extremis mediū in omnib⁹ eſt eligendū:cū autē metiri hoc mediuz ſit difficile diuerſoꝝ anni tempoꝝ complexionū:etatum:artiū:ꝛ conſuetudinū diuerſitate ꝓpterea pro regula vniuerſali ab vnoquoqꝫ tenendū eſt ꝙ tunc ad debiti ꝛ cōuenientis exercitij terminū deuentū eſt:cū incipit ad motionē conſequi corporis defatigatio ſcḋm ſententiā omniū antiquoꝝ.dixit em̄ Raſis in quarto Almanſoris.c.ſecundo.Motu tam diu nemo preſumat donec fatigationē ꝛ multā ſentiat grauedinē.Sed cū vtitur motu ex quo laxari ſenſerit dimiſſo motu ſtatim anteqꝫ aliquā inde conſeqtur leſionē quieſcat.quod etiā voluit Hipocrates i ſcḋo aphoriſmorum aphoriſmo.xlviij.dicēs.In oī motione corporis cū ceperit qs dolere:quieſcere ſtatim remediū eſt.ꝛ Galien⁹ in tertio Techni parte illa in gymnaſijs qñ primū incipit dolere corpus ꝛc.Et in libro de exercitio cū parua ſpera cū ſit.Quātum ſcḋm vnamquāqꝫ vtilitatē intendit ꝛ remitti debeat exercitium ſcribere quidē nō eſt poſſibile:quātitaſem in vnoquoqꝫ indicibilis ē in ipſis vero operibus inuenire et oſtēdere poſſibile eſt in quo ꝛ maxime dominat̄ ꝛc.Auicen.aūt i tertia primi.ca.ſepius allegato clari⁹ de hac materia locut⁹ eſt dicēs.In quātitate exercitij tres res ſūt cōſiderāde.Una ē calor qm̄ dū in ipſo bonitas augetur adhuc eſt hora.ſ.exercendi.Secunda eſt motus qm̄ dum leues perſeuerāt adhuc ē hora.Et tertia eſt mēbroꝝ diſpoſitio ſcḋm ipſorum in inflammationez: qm̄ dum ipſoꝝ augetur inflammatio adhuc eſt hora Cum autem iſte diſpoſitiones ceperint ꝛ ſudor vaporalis ꝛ reſudatio liquida facta fuerit dimittendū erit exercitium: ꝛ finiendū.Que oīa in ſanis et bñ cōplexionatis corporibus ſunt intelligēda cū in ſua naturali diſpoſitione cōſeruari voluerint qm̄ nō bene cōplexionata corpora vt flegmatica quā doqꝫ dictum terminuz debent p̄terire precipue qm̄ perduci ad meliorem diſpoſitionem deſiderarent:quare ꝛc.

¶Capituluz.xxxj.oſtēdit. Que ab exercitatis ſint obſeruanda poſt exercitium conueniens in qualitate ꝛ q̄ntitate.

Quid faciendum ſit: quidqꝫ obſeruandū poſt exercitium a laboratibus nolum⁹ ſicco calamo preterire:cū ad p̄ſentis ꝓpoſiti faciat complementū ꝛ longe magis ad ſanitatis cōſeruationē vt ferme cunctorum hominū error intelligat qui poſtqꝫ laborauerint illico ad corpus reficiēdū prolabunt̄.Qḋ tamē eſt contra philoſophorū ac medicoꝝ oīm ſententiā cū dicat Ariſto.in prima problematū ꝓblematibus.xxviij.ꝛ xxx.Qḋ exercitatis nō debem⁹ confeſtim cibum offerre:ꝛ cauſam ſubiunxit dicēs:qꝛ adhuc nō requieuit laborās:neqꝫ ſegregate ſunt ſuperfluitates:in quoꝝ quidē problematum vltimo cōmento Petrus padubanenſis noſter ſic ait.Scias ꝙ ille qui exercitatur dummodo fuerit forte exercitiū ſeu labor nō debet ſtatim comedere aut bibere etiam: immo oportet prius corpus quietari:qꝛ tunc ſuperfluitatibus adhuc purgatur:tum qꝛ ꝓpter calorē eius

UVA. BHSC. IyR_272

diſſeminatū ꝑ totū nō poſſet cibos digerere aſſumptos:cū in digeſtione oporteat calidū circa vētrē adunari:vñ ipſi ſcꝫ cibi in ſuperfluitates ⁊ nō in nutrimēta corporis cōuertuntur.⁊ ideo regula eſt in regimine ſanitatis ꝙ in nimio exercitio poſitis ante cibū parū quieſcere oportet.que ſunt verba Damaſceni in ſuis aphoriſmis ad literā. ⁊ poſtea in calce cōmenti ſic ſubiūxit. Laborās ⁊ qui exercitat̄ vniuerſaliter nō ſedatus eſt a motu adhuc:lꝫ enim videat̄ quieſcere exterius mēbra tñ adhuc mouent̄:⁊ titillant ꝑpter virtutē motꝰ impreſſam ſibi ab anima:neqꝫ etiā ſuperfluitates ſegregate per motū:ſunt expulſe oīno.hec ipſe. Quieſcendū igitur erit poſt exercitium aliquantulper vt calor naturalis paulatim ad intrinſeca retrocedat:poſtea vero comedendū erit atqꝫ bibendū ſecure:dummodo cibi boni poſt motū aſſumant̄ dicente Gal'.in tertio de regimine ſanitatis.ꝙ oēs laborioſi euchimo indigent cibo. Et in tertio de alimentis.c.xxix. Omniū aūt dictoꝝ piſcium alimentū optimū nō exercitantibus:⁊ ſenibus:⁊ debilibus:⁊ cōualeſcentibꝰ:quoniā qui exercitantur magis nutritiuis cibis indigēt.a quo ſumpſiſſe videtur princeps cum in tertia ꝑmi doctrina.ij.c.vij.dixit. Piſces et que eis aſſimilantur poſt laborioſum exercitium comedendi non ſunt:corrumpentur enim et corrūpent humores. Et poſt multa i eodem capitulo expreſſit. Quid celauerat in eo verbo:⁊ que eis aſſimilant̄.loquens de fructibus ſic ait. Si exercitati alijs regant̄ rebus et nō iſtis.ſ.fructibꝰ recentibꝰ eis melius erit:qm̄ oīs res que ſanguinē implet aquoſitate q̄ incorpore ebulit ſicut ſuccus fructus:licet ea hora iuuamētū preſtet tamē ipſum ſcilicet corpus ad putrefactionem parat:qđ autē de his explicauit:et de alijs cachochimis cibis dedit itelligere:qui aūt ſint huiuſmodi:⁊ qui euchimi ſiue boni:⁊ quomodo vtēdi ſint in ſequētibꝰ dicemus ſi omnipotēti placuerit: verūtamen qꝛ actus coitus vna ſpecies exercitij videt̄ eſſe cum in eo norabiliter corpus laborat:⁊ in eo conſimilia his que de exercitio diximus ſunt obſeruāda ⁊ fere quātū ad oia cū exercitio videtur cōuenire:ideo de ipſo cōſequēter quedā nō inutilia ſubiungemus:nō ignorātes tamē ꝙ ſecundū Haliabatē ⁊ Johannitium coitus ipſe ſub euacuatione contineatur.ſecundū vero Hali.et Gal'.in Techni ſub accidentibus anime. Nobis tamē placuit in preſentiarum ipſum ſub motu collocare ante dicta iam ratione.

¶ Capitulum.xxxij.oſtendit qđ ſit coitus:⁊ de qua ſpecie eiꝰ ſit determinandū:poſtremo declarat appetitus mulieris ad venerem inſatiabilitatem.

Mordebunt me meliuoli:ſatis ſcio qđ de re obſcena ad virum caſtiſſimū ⁊ cōtinētiſſimuꝫ ſcripſerim. Qui bene cōſiderant ꝙ in verbis turpitudo nō exiſtit:⁊ ꝙ res iſta ad operis huiꝰ faciat integritatē ⁊ ad ſanitatis amicorū faciat cōſeruationē:itelligēt id potiꝰ ſcribēdū eſſe q̄ ſilētio pretereūdū. Sꝫ ip ſis dimiſſis ad ꝑpoſitū meū deuenio ⁊ dico cū Cōciliatore i differentia.cxxiiij.ꝙ coitus eſt maris et femine in membris generationis applicatio:qua ſuperfluum expellitur quātū ad finem ſpeciei vel indiuidui ordinati. Cuiꝰ duplex exiſ=

UVA. BHSC. IyR_272

ſit finis. Uenus quidē principa- lior. ſ. in ſpeciei generationē: vnde in. v. Theorice. c. xxxvj. Haliabas inqt. Natura coitū in animali cō- ſtituit generādi cā: vt inde ſpecies permaneret animaliū. Et iō dixit Iſaac in. vj. viatici. Deus in ani- malib⁹ in coitu admirabilē ac in- ſepabilē (al's inſuperabilē) delecta tionē exhibuit: ne forte coit⁹ abo- minatiōe ōſtrueret̄ generatio. Per vim nāqꝫ generatiuā ſpecies diui no ꝛ īmortali eſſe participāt inquā tū poſſunt. vt in de aīa ꝛ de genera tione animaliū ſecūdis dixit Ari- ſto. vnde Auerrois cōmētator ſic ait. Solicitudo diuina cū nō potue rit facere ſcđm indiuiduū aīal per manere: miſerta eſt dādo ei virtutē qua poſſet ꝑmanere in ſpecie. hec ipſe in. ij. de aīa commētō. xxxiiij. Ali⁹ quoqꝫ coit⁹ finis ē ſecūdari⁹: ꝛ hic q̄dē eſt duplex. Unus q̄dē vt neceſſarius ꝛ approbādus ꝛ ad re gimē ſanitatis ordinatus: de quo p̄ſens propoſitū determinabit. Al ter vero inutilis magis ꝛ illicit⁹ vt propter delectationē ꝛ paruā ꝯſue tudinē peractus: quē vt finē opti- mū ꝓponunt aliȷ̄s neceſſariȷ̄s plu rimi. vnđ Haliabas i. v. Theorice c. ſuperi⁹ allegato ait. Maioris ꝑ- tis hominū in appetēdo coitū de- lectationis cā ꝓponit̄: paucorū ꝟo finis ꝛ propoſitū eſt liberorū ꝓdu- ctio: de quo etiā coitu in p̄ſenti ſer mone nō intēdo verba facere: pari ter nec de illo q̄ a natura ꝛ a legib⁹ fuit ꝓhibit⁹. de quo Auicē. i. xx. iij. c. v. ſic inq̄t. Coit⁹ quidē cū infanti bus eſt fedus apud multitudinez gētiū: ꝛ ꝓhibitus in lege. Sꝫ volo de eo coitu dicere qui catholicis ē cōceſſus: ꝛ inter maritū ꝛ vxorē ne ceſſarius: i quo nō ſolū quo ad ani mā: ſed quo ad corpus grauiſſima ꝛ ꝙ plurima cōmittunt̄ peccata ſu perfluitatis ꝛ inordinationis rōne. Neſciunt enim pleriqꝫ quātum de linquāt: qđ equidē intelligēt ſi hūc meū librū quādoqꝫ ꝑlegerint: ꝛ de ſua magis curabūt ſalute: ꝙ đ ſua etiā formoſiſſime mulieris delecta tione. Que forſitā erit vt ꝛ alie mu lieres naturaliter iſatiabiles. ſicut in. xxxix. ꝓuerbiorū Salomonis. c. colligit̄. cū tria inſatiabilia expo- neret. que fuit ſententia Ariſto. in iiij. problematum: ꝓblemate. xxvj. in cuius cōmento Petrus paduba nenſis noſter ſic inquit. Mulieres ſunt inſatiabiles: ꝛ maxime iuuē- cule quarū meatus adhuc ſunt an guſti eo ꝙ modica eſt humiditas que cogitur expelli mota ꝛ liquata per fricationē: q̄ quia modica eſt: cito infrigidatur non potens ex- pelli ꝓpter qđ iterū appetunt fri cari vt expellatur. Nō eſt igitur tu tum velle cum eis contendere: ne- dum velle: vt nōnulli faciunt eas ſuperare: q̄ꝛ iſatiabiles ꝛ maſculis luxurioſiores exiſtunt. iuxta illud Naſonis de arte dicentis. Molli- bus ꝑ̄ptis admugit femina tauro Femina: cornipedi ſemꝑ adhinit equo Fortior in nobis nec tam fu rioſa libido eſt: Legitimū finē flā ma virilis habet. Et fuit ſententia Auicenne in. xxj. tertij. capitulo ſe cundo dicentis. Multiplicatur de- lectatio mulierum in coitu ſuper delectationē virorum propterea ꝙ ipſe delectantur ex motu ſperma- tis viri in ore matricis earum de- ſcendēdo: ꝛ propter motū qui acci dit matrici: ꝛ propter fricationem. Idem quoqꝫ dixit in nono libro de animalibus vbi inquit. ꝙ dupla- tur delectatio feminarum ꝛc. Idē Haliabas in q̄nto Teorice. Padu banēſi tn̄ noſtro placuit i. xv. cōmē to. iiij. problematū ꝙ mulierū dele ctatio maior ſit extēſiue: itenſue ve

UVA. BHSC. IyR_272

ſo ea que maſculoꝝ maioꝛ.quicq̈d
tñ ſit:certũ eſt ꝙ plurimũ delectãt
⁊ in tantũ ꝙ viri ſapientes nõ de=
bent velle earum inſatiabilẽ appe
titum adimplere:ne ſuperflue coe
untes in nocumẽta:⁊ egritudines
infra dicendas incidãt:⁊ ꝑcipue ſi
ad hoc apti minime exiſtũt : vt in
proceſſu ſcribemus.

¶Capitulũ.xxxiij.oſtẽdit iuua
mẽta ⁊ vtilitates coitus mode=
rati:⁊ ꝺclarat nocumẽta que ac
cidũt ex dimiſſione eius cum aſ
ſuetus fuerat.

IN hoc capitulo viri
caſtiſſimi religioſi ac
ꝯtinẽtiſſimi nõ igre=
diũtᷣ:tũ qꝛ iaſſueti:tũ
qꝛ ſobꝛij:ie iunãtes ⁊
ꝓmonẽtia ad venerẽ
fugientes:⁊ vinũ precipue potens
in quo:vt Apoſtolus inq̈t:eſt luxu
ria.Sꝫ id qꝺ ſcribimus ad eos di=
rigitᷣ:oppoſitũ eius qꝺ dictũ eſt fa
ciũt:⁊ ad hos ꝑcipue q̇ venerẽ exer
cere cõſueuerũt.Qui ſi eã dimittãt
⁊ ocioſam ac lautã mẽſam nõ reli
querint:intelligãt eis aduenire qꝺ
ſcripſit Galie.in.v.Theoꝛice.c.xxx
vj.vbi ait.Si huius ſupfluitas.ſ.
ſpermatica:ſuis aucta in vaſis coi
tu nõ purgatᷣ:nec poterit eã expel=
lere natura in inguinibꝰ fit ⁊ alijs
ſimul extẽſio:omniſqꝫ i corpoꝛe gra
uitas ſepeqꝫ ſuis ſperma caleſit in
vaſis fitqꝫ febꝛis qm̃ mẽbꝛa hec q̇=
dem poſt illa caleſiũt donec coꝛdi
caloꝛ ille cõtinuetᷣ:nonnũqꝫ aũt eiꝰ
aſcẽdunt ad cerebꝛũ vapoꝛes: vbi
⁊ peſſimos generãt moꝛbos. ⁊ in=
fra magis addidit ꝙ dimiſſio coi=
tus hebetudinẽ ſenſuũ ⁊ intellectꝰ
parit.⁊ capiti accidit grauitas ⁊ vi
ſui tenebꝛe:⁊ frãgitᷣ coꝛpꝰ:⁊ appeti
tus iminuitᷣ ciboꝛũ:⁊ nõnunqꝫ cõ=
plexio declinat a ſtatu ſuo.Aliquo
ties etiã patitᷣ maniã ex vapoꝛibꝰ
ſpermatis ad cerebꝛũ aſcẽdẽtibꝰ
ſepe quoqꝫ fit coꝛpoꝛi frigus:⁊ nõ
nũqꝫ tremoꝛ ꝑcoꝛdioꝝ pectoꝛis at=
tractio:ſepeetiã ſcotomia ⁊ vertigo
⁊c.Cuiꝰ ſimile dixit Hali rodã in
iij.techni.cõmento.xxxj.cuius hec
eſt ſeries.Si ſuperfluitas aggre=
gata in coꝛpoꝛe ex ſpermate:⁊ non
egreditᷣ per coitũ coarctatᷣ in coꝛ=
poꝛe:⁊ generantᷣ ex ea egrititudi=
nes male.qꝺ eſt qꝛ ex coarctatione
ſeminis generantᷣ ex eo vapoꝛes
mali q̇ aſcendũt ad coꝛ ⁊ cerebꝛũ et
ſtomachũ ⁊ coꝛrũpunt ſanitatẽ il=
loꝛũ membꝛoꝝ ⁊ generãt egritudi
nem.Et foꝛtaſis ex eo eſt aliq̇d ſi=
mile veneno viperino:ſicut accidit
ei q̇ cõſueuit cultũ ⁊ dimittit eũ lõ
go tempoꝛe ex debilitate appetitꝰ
cibi ⁊ pigritia a motibus a genera
tiõe humoꝛis melãcholici ⁊ foꝛtaſ
ſe coꝛrũpitur ⁊ exiccatᷣ ex eo qꝺ eſt
ſimile virtuti veneni:ſicut illud qꝺ
accidit viduis ex ſuffocatiõe matri
cis:⁊ multis viroꝛũ qui moꝛiuntᷣ ex
eo ſubito.hec ipſe Hali ad literã a
q̇bus videtᷣ pꝛinceps accepiſſe in
pꝛia tertij tractatu quinto capitulo
octauo cum dicit.Quãdoqꝫ accidit
homini vt in vaſis ſuis ſeminali=
bus aggregetur ſperma plurimũ
⁊ coꝛrumpatur et infrigidetur et
conuertatur ad qualitatem vene=
noſam et accidit ei ſicut epilepſia.
Et in vigeſimo tertij .capitulo de=
cimo ſic ait. Plurimoꝛũ quoꝛum
complexio requirit coitum : cum
ipſum dimittunt infrigidatᷣ coꝛ
pus et cadit appetitus cibi:ita vt
ipſum etiam non recipiat.⁊ poſtea
ſubdit.Et quandoqꝫ accidit viro
ex dimiſſione coitus ⁊ abundãtia
ſpermatis ⁊ frigoꝛe eius et conuer
ſione ipſius ad ventoſitatẽ:⁊ foꝛſi=
tã vult dicere ad venenoſitatẽ vt
mittat ſperma ad coꝛ ⁊ cerebꝛũ va=

UVA. BHSC. IyR_272

porē malū vētoſuʒ: vt magis credo
venenoſuʒ: ſicut accidit mulieribꝰ
ex coartatiōe matricis. Et iterū in
xxi. tertij. capitu. ij. ſic ait. Retētio
ſpermatis eſt mala valde. Et in cā
ticis etiā dixit Coitꝰ cōmēdat iu-
uenibꝰ: quatenꝰ ꝑ eū a nocumētis
ꝑnicioſis liberent. in cuiꝰ comēto
ſcilicet. cliij. dixit Auerrois. Si coi-
tu vſi nō fuerint attingēt ei morbi
magni ꝛ illaudabiles. Quod etiā
ſenſit Haliabas locoˢ ſuperiꝰ allega
to cū ait. His itaqꝫ de cauſis ſi vta
tur cū opus ſit hō coitu ꝛ cū i ſuis
huiuſmodi ſupfluitas augetꝛ vaſis
ſentitqꝫ in corpore grauitatē ꝛ titil
latione: ſtat im vt celebrauerit alle
uiatū ſentiet corpꝰ i pigritiā: ſētu
tēqꝫ ꝛ eiꝰ auget appetitus. Deinde
ſubiūxit. Si ergo coitu vt oportet
qs vtat: cogitatiōes cedūt: ira miti
gat: melācholie ꝓdeſt paſſioni: ꝓ-
deſt etiā phlegmaticis morbis: ſō-
niorūqꝫ medet multitudini ꝛ appe
titū ꝯfortat. Et propterea dixit Al
māſor in libro quarto capitulo ſex
to Uiri ꝑterea ac mulieres cū ap-
petūt coire debēt: qđ qdē faciāt na
ture nō repugnātes. Cuiꝰ cauſaʒ ꝛ
rōnē idē ſubiūxit i cap. xvij. eiuſdē
libri cū ait. Coitꝰ corpꝰ repletū al-
leuiat ꝛ animā hilarē ꝛ letā efficit
eiuſqꝫ auget leuitatē. Irā quoqꝫ ſe
dat: ac cogitationē remouet. Et in
fra. Coitꝰ ꝑterea caput alleuiat at-
qꝫ ſenſus. Que qdem fuit ſentētia
Ariſto. in. xxx. problematū proble-
te primo dicens. Poſt venerea plu
rimi magis leti fiunt quicunqꝫ
ſuperfluitatem multam emittunt
cum ſpermate: alleuiantur enim a
ſuperabundantia ſuperfluitatis:
ꝛ hec ē. ſ. cā letitie. a q ſūpſit Auer
rois cū ſcripſit i. vj. colliget. Coitꝰ
moderato vſu ꝯueniēs exiſtit. Qđ
nō cōcedimꝰ niſi qꝛ ſperma ē vna
ſupfluitas ꝑparata a natura vt ex
pellatur ſicut ꝛ alie ſupfluitates: ex
cepto ꝙ i ſe bona eſt ꝛc. Hec quoqꝫ
fuit ſapiētis Gal. ſentētia in ſexto
de regimine ſanitatis. Cōmune ve
nereoꝝ actuū cōmoderatio. naʒ in
culpabilibꝰ cōſtructionibꝰ corpis
neqꝫ oportet omnino a venereis ab
ſtinere. Et in. vj. interioꝝ. c. iiij. Uir-
tus ſpmatis fortis eſt: in mulieri-
bꝰ aūt frigidius ꝛ humidiꝰ: ideo qꝫ
neceſſe eſt a mulieribꝰ emitti mul-
tā ſpermatis q̄titatē habētibꝰ. Qđ
etiam viris neceſſariū eſt ꝛ ſangui
neis maxime q niſi nubant caput
eoꝝ aggrauatur: febricitant: appe-
titus ꝛ digeſtio debilitantur. Co-
gnoui ego quoſdā: q cum abſtine-
rēt ſe ꝓpter venerabilitatē infrigi-
dati ſunt. Alij vero ceciderūt in triſti
ciam abſqꝫ vlla cā. ꝛ in falſas cogi
tatiōes: ſicut melancolici: ꝛ appeti
tus et digeſtio infirmate ſunt. Ui-
di quoqꝫ alios ꝓpter anguſtiā vxo
ris ſue abſtinuiſſe: q fuerāt aſſueti
ſepe coire: vnde appetitus eoꝝ de-
ficit: ꝛ paululū comedebāt: ꝛ nō di
gerebāt ſʒ multū vomitu eijciebat.
Qđ cōſiderās certificauit cōtinen-
tiā coeundi magis q̄ mēſtrua no-
cere. maxime corporibꝰ in quibus
mali humores ſunt: ꝛ aſſuetis re-
quie. Et poſtea ſubdit Diogenes
in hmōi abſtinentia fortiſſimꝰ fuit
coitu tamē ſemꝑ vſus eſt: cū ſciret
nocumētum a ſpermate ſibi nō fo-
re modicū ſi abſtinētia pateretur:
fertur eñ pueris iuſſiſſe meretricē
accerſiri: q cū moraretur mēbrū fri
cās polluiſſe. Cūqꝫ meretrix veniſ
ſet. ait: qđ volui manus mea fecit.
Unde mōſtratur ꝙ venerabiles nō
faciūt hoc cauſa delectatiōis: ſʒ vt
ſupfluitatē emittāt: hec ipſe Galie
nꝰ. Fidelibꝰ tamē innuptis nō licet
hmōi ꝑpetrare. et ꝓpterea dicebat
Apoſtolꝰ prio ad corinthios ſeptimo.
Qui nō ſe cōtinēt nubāt, ꝛ prio ad

UVA. BHSC. IyR_272

Timotheū.v. volo aūt iuniores nu
bere ⁊ filios procreare ⁊c. Qui aūt
nubere nolunt aut nō poſſūt: vt q
ſacerdotes ſint ⁊ a venere abſtine
re voluerint ſine leſione debēt ab
inducētib⁹ eam ⁊ promouētib⁹ in
fra dicēdis ſe precauere. vt in duo-
bus vltimis de hac materia capi-
tulis oſtendemus.

¶Capitulum .xxxiiij. declarat que nocumenta proueniant ex ſuperfluo coitu ⁊ frequentato: in membra ⁊ totum corpus.

NOcumēta ſupflui coi
t⁹ ſunt lōge plura q̄
vtilitates ⁊ iuuamēta
moderati. Unde licet
ſuperius moderatus
coit⁹ ſit approbat⁹ ad
ſalutē corpis robuſti ⁊ iuuenis cō
ſeruādā: ſic ipreſentiarū ſupfluus
⁊ frequētat⁹ coitus deteſtatur: cū
nō ſolū aliqb⁹ partib⁹: ſed etiā toti
corpi nocumenta ei⁹ ſint cōmunia.
Nocet em̄ oculis primo: vt voluit
Auicē.i tertio tertij.c.v. cum dixit.
Multiplicatio coit⁹ eſt nocibilior
res oculo ⁊ ſimiliter multiplicatio
ebrietatis ⁊c. Qḋ etiā ſenſit Raſis
in quarto almāſoris.c.xvij. dicēs. q̄
coitū ſepe vtēs oculorū hꝫ cōcauita
tē. Et ifra. Coit⁹ mult⁹ ⁊ frequens
oculos fortiter ledit. Que etiā fuit
Ariſto. ſentētia i quarto ꝓblematū
ꝓblemate.ij. dicētis. Plurimo coi-
tu vtētes manifeſtiſſime in oculis
⁊ anchis patiūtur. ¶Nocet quoqꝫ
neruis coit⁹ plurim⁹: vt dixit prin
ceps i ſcḋo tertij.c.j. ⁊ Raſis vbi ſu
pra. atqꝫ neruoſis mēbris oib⁹. ⁊ ꝓ
cipue ſtomacho dicēte Auicē.i.xiij.
tertij.c. vltimo ꝑmi tractat⁹. Coit⁹
eſt ex reb⁹ magꝭ nociuis ſtomacho
⁊ dimiſſio eius eſt ex reb⁹ maxime
cōferentibus ei. Et in decimo eiuſ
dē capituli.v. inquit Dimiſſio coi-
tus eſt cōuenientior res ei q̄ habet
ſtomachū debilē. ⁊ deuitēt ipſum
de mulierib⁹ q̄ abortū patiūt. Que
fuit ſentētia Ariſto.i.iiij. problema
tū problemate.xvij. di. Coit⁹ infri
gidat vētrē ⁊ exiccat. ¶Nocet ꝓte
rea etiā coitus faciens accelerare
ſenectutē. vt inqt Hali in.iij. Te-
chni. cōmento.xxxvij. dicēs. Et nō
factus eſt error multis in coitu no
ciuus: niſi q ꝓpter multitudinem
eius accidat in corpore ſenect⁹ fe-
ſtina ante horā ſuā: ꝑcipue ille cu-
ius cōplexio teſticulorū eſt frigida
⁊ ſicca. Qḋ etiā ꝯfirmat Auerrois i
cāticorū cōmēto.clvj. dicēs. Nō ſo
lū hoc dicimus ꝙ multus coitus
debilitat corpus quinimmo qḋ di
minuat ⁊ abbreuiet valde vitā: fa
citqꝫ eā valde breuiter ⁊ celeriter
terminari. Ariſtoteles enim aſſerit
ꝙ animalia multi coitus ſunt bre-
uioris vite probās hoc ⁊ cōfirmās
ex paſſeribus. que non viuunt niſi
per annū ſolū inducens ſuper hoc
probationē: quoniā nō apparet ni
gredo ſuper guttur illorū q̄ videtur
in autūno q̄ quidē nigredo ſignifi
cat ſuper ſenes ex eis. Ariſtote. quo
qꝫ.iiij. problematū problemate.xxj.
inquit. Coeuntes exoluūtur ⁊ in-
firmiores fiunt vt frequenter. Et ꝓ
pterea multus coitus debilitat cor
pus: facitqꝫ ipm hereditare varias
ſpecies nocumētorum ⁊ dolorum:
vt inqt princeps in canticis tex
tu cōmenti.clvj. ⁊ in.xxiij. tractatu
primo.c. quinto ſic ait. Coitus eua
cuat de ſubſtantia cibi poſtremi:
quare debilitatē affert cuius ſimi
le alie non afferunt euacuatiōes: ⁊
euacuat de ſubſtantia ſpiritus rē
plurimā propter delectationē. Et
propter illud qui plus delectant
plus ſunt cadentes in debilitatē:
⁊ coitus quidē velociter facit per-
uenire illum qui plurimum eo vti

UVA. BHSC. IyR_272

tur ad infrigidationem ſui corporis cauſa ſui: ⁊ ad reſolutionem caliditatis inate ⁊ ad mortificationē virtutis: ⁊ preparat ipſum in primis ad caliditatē fumoſam adeo donec multiplicentur ſup ipſuȝ pili. dei nde ſuccedūt ei infrigidatio cōpleta ⁊ debilitas ſenſuuȝ: viſus audit⁹: ⁊c. ⁊ ad multas pducit egritudines vt idē ibi dixit. q̄ quidem fuit ſententia Almāſoris loco allegato dicens. Eſt etiā valde obſeruādū ne quis coitu ſepe vtatur: ⁊ precipue q̄ ex eo velociter debilitatē incurrit ac appetitiue conſeq̄tur deſtructionē. ⁊ poſt aliqua ſubiūxit Quo etiā ſi quis vſus fuerit ethicam incurret: coitus' etiā multus ⁊ freq̄ns neruis magnū infert nocumentū: oculoſq̧ fortiter ledit et corpis vires deſtruit: corpuſq̧ corrūpit ac debilitat: ad ſeniū quoq̧ cito adducit. hec ipſe. Nō ſolū aūt cito ſeneſcere facit: ſȝ etiā mori q̄ facile ſupflue ipſo vtētes dicēte Galie. in ſcd'o de ſpermate. c. penultimo hec v̄ba. Nō ſolum a ſeroſa humiditate priuariōes animales particulas accidet ex ſupfluo coitu: ſedet de vitali ſpiritu. Etenim ⁊ de hoc ex arterijs euacuat̄ cū ſpermatica humiditate. Quocirca nullum mirabile eſt ibecilliores effici coeuntes multū priuato vniuerſo corpore ab alterutro puriſſimo: adueniente aūt ⁊ delectatione: q̄ eſt in ipſo q̄ p ſe ſufficit exoluere vitale robur: nā quidā ſuperflue delectati mortui ſunt. hec ipſe Sed vt cum Conciliatore noſtro in differentia. cxxiij. oia vnico cōprehēdā verbo. dico q̄ omnē corpi diſpoſitionē acquirit prauā coit⁹ ſupfluitas ⁊ frequētia: ⁊ ad ſummū totā animam diſſipat ⁊ corp⁹ corrūpit. Cui⁹ qui dē rō eſt q: coit⁹ eſt emiſſio pure et naturalis caliditatis. vt i quito dicitur de animalib⁹. Et ideo ꝓpter paruuȝ errorem euacuationis ipſius fit magnum nocumentum. vt Auerrois inquit in. vj. colliget. Et fuit ſentētia Haliabatis i. v. Theorice. c. xxxvj. dicētis. Nō ē em̄ ſperma quemadmodum alie ſuperfinitates: q̄bus oīno natura non indiget q̄lia ſunt emūctiones: ſputa ſudor: vrina: ⁊ ſimilia ſed ex meliori fit q̄ i corpore eſt ſubſtantia ac laudabiliori. Et poſt pauca' ſubiūxit. Generatur etem̄ ſperma ex claro puroq̧ ſanguine: quo principalia ⁊ prima paſcūtur mēbra. poſtea cō cludit dicēs. Cuȝ igitur coitus mēſuram exceſſerit: licet non tanta eo quantitatis vt phlebotomia. vel aliter euacuetur: vehemētior tamē accidit inde virtutis diſſolutio. Et ꝓpter hoc quādo de homine ſperma exiuit: multum diſcoloratur et debilitat̄ ſuum corpus magis q̄ ſi quadrageſies exierit de ei⁹ corpore ſanguis tātus: q: ſperma eſt res habilitata vt trāſeat in mēbra'. ſicut in. iij. lib. dicitur de animaliuȝ generatione. Et ideo q̄ vxores habēt perpulchras: q̄tū delinquunt intelligāt. Et in ſenectute ſi ad eā peruenerit: podagras expectēt: q̄m coitus nocet neruis: ⁊ ē magis adiuuās ad hoc vt fiat podagra. ſicut Raſis inq̄t i libro diuiſionū. c. cxx. ⁊ fuit ſentētia Gal. i. vj. aphoriſmoꝝ. cōmēto. xxx. dicētis. Coit⁹ eſt fortis cauſa in generāda podagra. Sim⁹ itaq̧ hac i re tēperati: ne podagras ⁊ alias ſupradictas incurramus infirmitates: aut mortem ipſam ſicut aliqui quos nouimus interiere.

¶ Capitulum trigeſimū quintum oſtendit quibus naturis ſeu cōplexionib⁹ coit⁹ maxime noceat: ⁊ in quo anni tempore.

UVA. BHSC. IyR_272

VT erroꝛ ſuperflui coi
tus omittatur: ⁊ pre=
ſertim ab his quibꝰ
maxime nociuus exi
ſtit: mihi videt̃ tanꝙ̃
vtile ⁊ neceſſariũ ſcri
bendũ eſſe: q̃ ſunt hmõi quibꝰ plꝰ
aliis plurimi coitꝰ frequẽtia ſit in
terdicta. Et dicemꝰ p̄io ꝙ vt ſen=
tiũt ſapiẽtes: hi maxime ſunt q̃ ſic
ce ⁊ frigide cõplexionis exiſtũt: ⁊ q̃
melãcholice macilẽti ⁊ debiles na
turaliter ſũt fabricati: modicũ ſan
guinis ⁊ carnis habẽtes. Et ꝙ ita
ſit ptʒ per Haliabatẽ in. v. Theori
ce dicẽtem. Cũ vero eſt corporis fri
gida ⁊ ſicca cõplexio: ⁊ hoïs eiuſdẽ
cõplexionis teſtes corpꝰ exile coloꝛ
viridis albꝰ aut croceꝰ eiuſqʒ i cor=
pore ſperma ꝑpaucũ: ſi hmõi coitũ
exerceat refrigeratur corpꝰ: natura
lis debilitatur caloꝛ: ⁊ rarefactum
eneruatur: nerui imbecilles fiunt:
ſuperuenit illi tremoꝛ aie marcor=
cardiaca: appetitus ciboꝝ defectio
ſicci fiũt illi moꝛbi: artetica: pecto=
ris paſſiões ac pulmonis. In cuiꝰ
vſu ſi fuerit frequẽs corpꝰ cõſumi=
tur ⁊ deficit ſpaſmus accidit. Et cõ
cludit deide. Quare ab hmõi domi
nio cõplexiõis cauẽdus eſt coitus.
Sed iam dictis nõ minus mala in
quã breuibꝰ adduxit Hali rodoã i
iij. Techni cõmento. xxxvij. cũ ait.
Ex multitudine coitus accidit ſe=
nectus in corpore feſtina ante ho=
ram ſuam: precipue illi cuius com
plexio teſticuloꝝ eſt frigida ⁊ ſicca.
Quod etiam ſenſit Auicen. in can=
ticis textu commenti. xix. dicens.
Coitus nequaꝙ̃ concedat̃ macris:
ſenibus: aut debilibus. Et Auer=
roys in. vj. colliget. c. de regimine
corporũ calidoꝝ in fine ſic inquit.
Et coitꝰ nocet plꝰ ceteris oibꝰ com
plexionibꝰ: ſupple ꝙ̃ calidis: mari
me aũt frigidis ⁊ ſiccis. Et inter cõ
plexiões calida ⁊ humida ſuꝑfluũ
poteſt lenius tolerare: ⁊ q̃ peiores
ſunt frigide ⁊ ſicce: humidi vero. ſ.
phlegmatici medio mõ ſe habẽt cir
ca illð. q̃ fuit ſentẽtia Raſis in. iiij.
Almanſoꝛis. c. xvij. dicẽtis. A coitu
etiã corpa habẽtes ſicca: vt ab ini=
mico interficiẽte: ſibi cauere debẽt
quo etiã ſi qs. ſ. macer multũ vſus
fuerit: ethicã incurret: conualeſcẽ
tes quoqʒ ac debiles atqʒ macri: et
quoꝝ nerui ſunt debiles: coitũ om
nino vitare debẽt. Et nos addimꝰ
de auctoꝝ intẽtiõe in p̄ſcripto. c.
ꝙ debilẽ habẽtes ſtomachũ aut vi
ſuʒ: aut auditũ: aut aliquẽ alioꝝ ſẽ
ſuʒ: ad coitũ frequentẽ nõ accedãt.
Et ſimiliter q̃ debilitatez appetitꝰ
patiũtur: aut calculos ⁊ hmõi: quo
niã inde manifeſtiſſimum ꝑcipiẽt
nocumẽtũ: rõne etiã etatis cõſide=
rata grãdiores cõtineãtur a coitu
ſuꝑfluo inquantũ poſſunt. Senio=
res vero caueãt coitũ omnino. Si=
militer ⁊ inſueti ⁊ precipue in au=
tumno fugiẽdꝰ eſt coitꝰ quoniã eſt
tẽpus nature ac vite cõtrariũ cũ ca
loꝛ i eo naturalis debilitetur: ⁊ ſic=
citas fiat fortioꝛ. dixit Auicẽ. i. ij. ſ.
ſumma de pulſibus. c. ix. ⁊. ſ. iiij. tra
ctatu. ij. c. viij. ⁊ fuit ſentẽtia Gal. i
iij. aphoriſmoꝝ. cõmento. xxiij. dicẽ
tis. Stomachꝰ ⁊ inteſtina maxime
patiũtur in autumno: cũ frigidũ ⁊
ſiccũ tẽpus ſit: in quo maxima eſt
grauitas ⁊ intẽperies. vt idẽ iquit
in libro de ſpermate. et ꝑpterea eſt
tẽpus mortiferũ. teſte Ariſto. i pri=
ma problematum. problemate. xx=
vij. In eo itaqʒ maxime coitus eſt
fugiendus: ⁊ preſertim a macilen=
tis ⁊ debilibus vt dictũ eſt: quia fa
cile egrotarent. Similiter licet non
tantum in eſtate: audacius autem
in hieme et vere: ſemper tamẽ hoc
obſeruando: vt potius raritati ꝙ̃
frequẽtie ⁊ multitudini intẽdatur.

Capitulũ. xxxvi.

UVA. BHSC. IyR_272

Capitulū. xxxvj oſtēdit q̄bꝰ naturis ⁊ corporibus coitus tēperatus maxime conueniat: ac ſuperfluus ⁊ frequens minus noceat.

VOlo vt ex hoc capitulo q̄ nondū vxorē duxit: bñ conſulat ſi eā ducere poſſit ſine ſui corporis ac ſanitatis detrimento: lꝫ vnuſqſq̄ ferme ſibi videat fortē robuſtum: ac bene cōplexionatū eſſe: atq̄ bene quotidiano coitu ſufficienteꝫ. In hoc tñ errant pleriq̄ qui poſt paucum ēt temporis ſpacium: poſtq̄ꝫ vxorē duxerint ex venere frequentata diſcolorantur: debilitant̄: macreſcūt: infirmātur atq̄ non pauci (vt noſtris viſuꝫ eſt tēporibus) interire. Quod ne reliq̄s accidat: animaduertant queſo ſi infra dicendas has habuerit conditiones. Quaꝝ prima hec eſt: q̄ corpora habeant groſſa rotunda: ⁊ ſanguinem multū: ac venas amplas: ⁊ colorē rubeum: multoſq̄ pilos. vt Raſis inq̄t i iiij. Almāſoris. c. xvij. Que ēt fuit ſententia Ariſto. in. iiij. ꝓblematū ꝓblemate. xxj. ⁊ Galienus in ſexto de regimine ſanitatis dicētis. Innoxia venerea ſolis humidis ⁊ calidis ⁊ omnibꝰ q̄ natura multi ſunt ſparmatis: frigidiſſimi vero ſiccis cōplexionibus venerei actus: ⁊ ampliꝰ q̄to fuerit ſiccitas frigiditati cōmixta ⁊ precipue cuꝫ craſis teſticuloꝝ fuerit hmōi: vt in p̄cedenti patuit. c. v. talis cōplexio eſt ſemita ad mortē: vt in. ij. de cōplexiōibus idē dixit. Secūda cōditio reſpicienda eſt in qua etate ſint cōſtituti. Qm̄ vt conſiliator inquit maxime conuenit iuxta adoleſcentie finē: cū corporis augmētum incipiat deſinere ⁊ ante paꝝ ac in iuuentute demū ⁊ in reliqua adoleſcentia. In prima tñ maxime nocet modicum etiā ſuperfluus: cuꝫ adhuc augmentum ſit ſufficienter intenſum ſintq̄ diminuti adhuc ⁊ debiles. Deinde ⁊ minus cōpetit coitus in ſenectute ſcilicet prima minime vero in ſenio. Et fuit ſententia Ga. in ſecūdo de regimine ſanitatis cū dixit q̄ poſt labores ſequi debēt cibi ⁊ potꝰ: deinde ſomni: poſtea ṽo venerea: debētibꝰ q̄dem venereis vti. ⁊ ſubdit. Alia nāq̄ cuncta communia oīs ſunt etatis: venerea vero adoleſcentiū ſolū. Et ideo Hali abas ēt in. v. Theorice. Iuuamēta coitus omnia adoleſcenti aſcripſit ⁊ iuueni primo: nec cuilibet tali: ſꝫ ſanguineo rubeo forti ac ſano: vt ptꝫ ex ſerie ipſius in. c. xxxvj. Et ꝓpterea delirant ſenes qui puellas non ſibi: ſed aliīs potius ducūt vxores: vl' filiīs eorum adhuc creſcentibus ac teneris feminas copulant: cum vtraq̄ etas illa ſit a venere ꝓhibita. vt diximus. cuiꝰ vſus inordinatus: vt padubanenſis inquit: precipue nocet ſexui maſculino: femelle vero parum: cum in colaborent minime. Conſiderēt preterea nubere volentes ſi preter hoc quod carnoſi ⁊ iuuenes fuerint bene colorati: ac naturaliter rubei vt ſanguinei exiſtant qm̄ vt idem ait Conſiliator. ⁊ eſt mens antiquorum: coitus habētibus colorem rubeuꝫ flauū precipue conuenit ⁊ per flauum intelligo hoc in loco rubeum obſcurū ⁊ nō clarum qui cholerā ⁊ ſanguinem ſubtilem: et non verū ⁊ bonum ſanguinē oſtendit in corpore dominare. Habentibus autem colorem albū qui phlegma ſignificat vt Princeps ait in. ij. j. doct. iij. c. iij. coitus etiā interdicitur. Dicit eniꝫ Auicēna ibidem. Albedo ſignum eſt priuationis ſanguinis: aut paucitatis ipſius cum frigiditate quoniaꝫ ſi cuꝫ caliditate eſſet ⁊ humore cholerico: eſſet citrinitas. ⁊ ſubdit quod color rubeus ſignificat multum ſanguinis et ruffus ⁊ ſubſuffus ſignificant caliditatem: ſed ſubruffus plus ſignificat choleram rubeam: ⁊ ruffus ſignificat ſanguinem cholericum. Et per eo lorē



UVA. BHSC. IyR_272

ruffum intelligimus illum quem dici⸗mus rubeum clarum. Qui igitur colorem habuerit rubeũ et nõ ruffum aut ſubruffum: maiorẽ ⁊ laudabiliorẽ habebit ſanguinis quantitatẽ: ⁊ per conſequẽs tutius poterit veneri indulgere: qui autem colorẽ brunũ ſiue fuſcũ habuerit minime: qm̃ vt Princeps ait vbi ſupra. Color fuſcus vehementem ſignificat frigiditatem: ob quã minuitur ſanguis ⁊ congelatur: et ille paucus ad nigredinem tendit: et cutis mutat colorem. Demum conſiderent conſuetudinẽ ſuam iam aſſueti aſſuetos labores ferre: etiã ſi fuerint imbecilles facilius ferunt. teſte Hippocrate in ſecundo aphoriſmorum. aphoriſmo. xlix. His igitur obſeruatis ſi omnia conſentiunt: aut plurima: ſecure quis ducet vxorem: ſi vero prohibuerint: minime.

¶ Capitulum. xxxvij. oſtendit in quo anni tempore: et in qua hora diei naturalis ſit veneri operam dandum ſecurius.

Quantum autumni tempore noceat veneri indulgere in fine. xxxv. capituli dictũ eſt. In qua aũt parte anni bene carnoſi iuuenes et ceteri poſſint vti frequẽtiori coitu ſecurius: nondum dictũ fuit: ſed in preſenti dicemus: et in qua etiam hora diei hoc facere debeamus oſtendemus: vt minime noſtra cauſa errare cõtingat. Dicam⁹ igitur primo ſicut in autumno pluſq̃ in alijs coitus nocet: ſic in vere per oppoſitũ confert: aut ſaltẽ minus nocet: cum ver ſit ſaniſſimũ tẽpus ⁊ minime morbiferũ: vt dicit Hippocrates ĩ tertio aphoriſmorũ. aphoriſmo decimo. In cuius cõmento Galienus inquit. Ver eſt ceteris tẽporibus ſanius: quia tẽperatius alijs. Et infra. Ver (ſicut diximus) in ſuis temperatum eſt cõplexionibus. Et in primo de cõplexionibus. c. iiij. ſic iterum ait. Qui exiſtimat quod ver ſit calidũ ⁊ humidũ: ⁊ non ſit equale: errãt maniſeſte: quod intelligẽdũ eſt reſpectu corporis tẽperati: reſpectu tamẽ aliorum temporũ anni ſine dubio calidũ eſt ⁊ humidũ: vt Cõciliator voluit in differẽtia ſexageſimaſexta. ⁊ fuit mẽs Galieni in primo de febrib⁹ ad glauconem. c. ij. dicentis. Ver calidum eſt ⁊ humidũ: vt eſt ſanguis ĩ nobis. que etiam fuit ſententia Ariſtot. in quarta problematũ. ꝓblemate trigeſimaprima dicentis. Natura veris calida eſt ⁊ humida: et propterea in eo operationes nutritiue ſunt perfectiores: ⁊ hoc non accidit niſi propter multiplicationẽ caloris naturalis in corpore. vt inquit Auerrois in. ij. colliget. c. vltimo. Et propter hanc rationem tutius in vere poſſimus veneri indulgere. In hyeme quoq; ſatis etiã ſecure idem facere non dubitamus: licet frigida ſit ⁊ humida. vt dixit Auic. in. ij. primi. et Galienus in primo de febribus ad glauconem. c. ij. Tamen quia calor in hyeme interiora ingreditur: ⁊ ibidẽ adunatur: propter hoc in hyeme digeritur multũ: ⁊ per conſequẽs mult⁹ cibus eſt appetẽdus. teſte Galieno in primo aphoriſmorũ. cõmento. xv. ⁊ Auicenna in ſecũda primi. doctrina ſecunda. c. ſexto dicẽs. Hyems ad digerendũ eſt melior propterea ꝙ frigus ſubſtantiam caloris innati cõprehendit vnde fortior efficitur ⁊ non diſſoluitur. ⁊c. Et ob hanc cauſam in hyeme coitus non prohibet: ſicut per oppoſitas cauſas idem in eſtate nocibilior ⁊ prohibit⁹ magis exiſtit. In autumno autem omnino deteſtatur. Hoc eſt igitur quod dicimus de coitu reſpectu temporũ anni. Sed de horis diei naturalis idem ferme aſſerimus quod de horis exercitij dicebamus. Unde coitus fieri non debet niſi cor⸗

UVA. BHSC. IyR_272

pus eo modo quo ibi diximus preparetur: ſicut nobis innuit Haliabas in v. theorice. c. xxxvj. cū ait. Si cibo homo repletus: aut potu coitu vtatur debilitas eius fit corpori: eneruatio neruis: dolor in genibus: aliarūq; continuationū: viſcerū oppilatio: generanturq; abinde humores groſſi: cuius vſus ſi hoc fiat modo freq̄ns et aſſiduus hidropiſis ſequitur aſma ꝛ tremor. Si vero famen patiens quis ad coitum acceſſerit: aut ſitis moleſtia preſſus: aut aliqua certa euacuationum ſpecie exinanitus eſt: vt vomitu: ſolutione: phlebotomia ꝛ his ſimilibꝰ aut ſtatim poſt balneum: vel laborē vigiliaſq;: aut etiam poſt grauem triſtitiam: corpus conſumitur ꝛ deſiccatur: calor diſſoluitur naturalis: ciborū immutatur appetitus: tenebratur viſus: oculi fiunt concaui: ꝛ nōnunq̄ꝫ defectus accidit ꝛ ſpaſmus ꝛc. Et ꝓpterea dixit Auicē. in. xx. tertij. c. x. Coitus bonꝰ eſt ille qui fit in hora anteq̄ꝫ ſuperfluitatū ſequitur euacuatio ꝛc. Qđ dictum ſic intelligendū eſt: ſcilicet anteq̄ꝫ hora aduenerit in qua expellere oporteat ſuperfluitates: quoniā cum ipſe ſtimulant ꝛ exitum petunt: tunc iam hora coeundi pertranſiuit. Et qđ ita ſit: patet per ipſum dicentē in. c. ij. eiuſdem. Et oportet ne coitus fiat neceſſitate fecis: aut mingendi mota: neq; cum exercitio et motu: aut poſt paſſionem animalem fortem ꝛc. Et poſtea ſubiūxit. Et oportet etiam ne coitus fiat ſuper repletionem: quia prohibet digeſtionem et debilitat. neq; coeat aliquis cum adeſt vacuitas iterum: hoc enim eſt nocibilius ꝛ oneroſius nature: ꝛ magis pernecc̄as calorem innatum: ꝛ magis attrahēns liquefactionem ꝛ ethicam. imo oportet vt fiat cum cibus deſcendit a ſtomacho: ꝛ completur digeſtio prima ꝛ ſecunda: ꝛ mediatur diſpoſitio in digeſtione tertia. Et oportet ne coitus fiat ſuper ſatietatem nauſeatiuam: et poſt euacuationes fortes ex vomitu ꝛ fluxu ventris ꝛ motus corporeos et animales ꝛc. Que fuit ſententia Galieni in tertio Techni textu commenti. xxxviij. dicentis. Tempus vſus coitus eſt quando perfecte medium earum que extrinſecus omnium circunſtantiarum: neq; ſuper repletum corpus: neq; indigens: neq; infrigidatum: neq; ſupercalefactum: aut exiccatum: aut humectatum immoderate. Si vero peccet aliquando corpus: paruum eſto peccatum melius vero id eſt minus malum eſt calefacto magis q̄ꝫ infrigidato: ꝛ repleto magis q̄ꝫ euacuato: ꝛ humectato magis q̄ꝫ exiccato corpore vt venereis hec ipſe. Tamen periculoſum eſt ſuper repletionem ꝛ cenam vt communiter fit velle coire: quoniam incurrit podagras et dolores alios ille qui vtitur coitu immediate poſt cibum ſumptum ſicut dixit Auicenna in canticis textu commenti. clv. Recte igitur intelligatur verbum illud Gal. melius repleto q̄ꝫ euacuato corpore vti venereis. Obſeruent itaq; ea que diximꝰ de coitu qui ſuam incolumen cupiunt ſanitatem conſeruare.

¶ Capitulū. xxxviij. oſtendit que fugere debeant religioſi ꝛ que dimittere volentes a coitu abſtinere.

SEd cum pleriq; viri continentes ꝛ religioſi reperiantur: qui ſuā omnipotēti deo vouerūt caſtitatē: quibꝰ precedētia dicta deuenere non modo nō ſunt vtilia: ſed nec quidē ab eis legenda aut inſpiciēda ſunt: cum



UVA. BHSC. IyR_272

iij.capitul.j.caliditas maior ꝙ̄ debet: reddit corpus ſiccius ꝙ̄ oportet.et in iiij.j.c.ij.Oēs caloris cauſe cum ſuper fluūt in exiccādo iuuāt.Et fuit ſenten tia Gal.in primo de cōplexionibus.c. ij.dicentis.Caliditatis nāq̄ cū vincit: ꝓprietas eſt vt deſtruat humiditatē: ⁊ cōſumat eā.Et in eodem.c.iterū ait. Neceſſariū eſt cum vincit caliditas in corpore:vt ſequatur eā ſiccitas ⁊c.Et ꝓpterea cibi valde calidi vt plurimū ſunt etiā ſicci:⁊ per cōſequens calefa= ciunt ⁊ exiccāt corpus vltra ꝙ̄ opꝫ.Et ideo cibi tales valde calefaciētes:aut nunq̄:aut raro:immo ꝙ̄ rariſſime ſu= mantur:⁊ plus via medicine ꝙ̄ nutri= menti:niſi forſitā corpora valde frigi= da forēt hyeme ⁊ regione frigida di= cēte Gal.in libro de diſſolutione conti nua.Cibaria calida conueniunt ei cui dominatᷓ frigiditas:et in tēporibus et partibus frigidis:⁊ in ciuitatibus fri= gidis.Et vitare debet ipſa ille qui ca= lide fuerit cōplexionis in tēporibus ca lidis:⁊ in ciuitatibus calidis:quemad modū ſunt frumentū coctū:panis fru mēti:cicera:dactyli:ſiſamu:n:ſinapis: vue dulces:apiū:ruta:raphanus:ra= pe:canapis:paſtinace:allia:cepe:por= ri:caſeus antiqu⁹:vinū dulce calidū:⁊ vinū antiquū citrinū.Aduertēdū quo q̄ eſt ꝙ nō ſolum euitare opꝫ cibaria que nimis calida ſunt in virtute et in potētia:verumetiam temperatiſſima quādo actualiter multū calida perci= perētur.ſcōm qḋ iuſſit Raſis in Almā ſoris.iiij.c.iiij.dicens.Eſt etiā abſtinē dum a cibis calidiſſimis:quales ſunt tūc cū ab igne remouētur:quibus nul lus vti dꝫ.Propter hoc tñ nullus intel ligat ꝙ tepida debeāt eſſe que come= dēda ſunt:imo calidiora ꝙ̄ tepida:lꝫ nō calidiſſima eſſe oporteat que acci= piunᷓ: ꝓpterea ꝙ tepidū oē eſt molli= ficatiuū ⁊ reſoluēs virtutē.teſte Prin= cipe.j.iiij.c.xxvj.Et fuit ſentētia Gal. in.ij.Terapētice.c.v.dicētis, Tepida oīa ſoluūt robur ventris:ideo calida ſufficiēter ⁊ non calidiſſima: neq̄ tepi da ſint que mādūcam⁹.Cibaria etiā actu vel potētia valde frigida nullo pacto ſunt comedēda:qm̄ ſua frigidi tas humane nature eſt valde contra ria.cū dicat Iſaac in vniuerſalib⁹ die tis.c.v. Frigida velut nix ſunt multū fugiēda:qm̄ ⁊ ſi in corporibus iuuenū non appareat nocumentū eorū:tamē malicia paulatim ſe adunat:licet ipſi non ſentiāt:ſed exeūtes iuuētutem: et ſubeūtes ſenectutem multos ⁊ diuer= ſos morbos incidunt:qui incurabiles ſunt:⁊ diu in viſceribus permanēt:et in articulis ⁊ neruis:q2 frigiditas ſem per mēbra percutit debilia ⁊ multum ſenſibilia.ſicut etiā colligit in.v.apho riſmorū. aphoriſmo.xviij.dicēte. Fri= gidū eſt inimicū neruis:oſſibus: dēti= bus:cerebro:ſpinali medulle ⁊c.⁊ Ga. in.iij.regiminis acutorū cōmento.xl. di.Nocumentū aduenit neruis ex oī= bus rebus frigidis in naturis ſuis ⁊c. Qua de re cōcludere poſſum⁹ cū Aui cē.in.v.iiij.tractatu.iij.c.j.dicente.In omni diſpoſitione opꝫ vt vehemēter caueatᷓ frigus:etiā in eſtate:qm̄ in eo eſt timor magn⁹.Nō ingrediatᷓ ergo res aliqua actu vel potētia multū fri= gida niſi gratie medicine dicēte Gal. in libro de diſſolutione cōtinua.Ciba ria frigida debēt adminiſtrari ei q̄ eſt calidi corporis:⁊ in tpibus calidis:et in ciuitatib⁹ calidis.Queadmodū ſic= ca cōueniūt ei cui⁹ corpore dn̄atᷓ hu= miditas:⁊ in tpibus:⁊ i ciuitatib⁹ hu= midis ⁊c.Pro ſanis tñ ⁊ bene comple xionatis corporib⁹ eligantᷓ cibaria in virtute tēperate humida:cū ipſa non modo ad vitā ſunt vtilia: verūetiā ne ceſſaria:cū ex ipſis ſicut flāma ex oleo calor noſter interior pabulatᷓ:dicente quoq̄ philoſopho in.j. Metaphyſi. ꝙ calido viuim⁹:⁊ humido nutrimur. Et in.ij.Metheo.dixit. Calidi humi= dū eſt alimētū.a quo ſumpſiſſe videtᷓ

UVA. BHSC. IyR_272

princeps cū ait i.j.j. Uita exiſtit p caliditatē: ⁊ augmētū per humiditatē: ⁊ caliditas in humiditate exiſtit ⁊ ab ea nutrit. Et i.vij.iiij.trac.iiij.c.j. Uita nāqȝ i humiditate exiſtit: verū opȝ vt tu caueas ⁊ abhorreas eā in via ſuperfluitatis: lȝ nō appareat eius nocumētū. Sint itaqȝ cibi non ſicci vel humidi ſuperflue: ſed mediocres: ſicut ⁊ in caliditate temperati ⁊c.

¶ Capi.xlviij. oſtēdit ꝙ ſapores ciborum conſiderādi ſint ad ſanitatis conſeruationem.

CUm vtile ſit nō minꝰ ꝙ̄ neceſſariū ꝑter p̄mas ciborū ⁊ potuū qualitates: ſecūdas etiā cōſiderare: que ex illis vt ſapiētes dicūt fieri ſolent: ex quarū numero ſapores exiſtūt: nobis vr̄ ꝯñr de eis dicendū eſſe: ⁊ eo magis ꝙ ea q̄ ſcripſimus in p̄cedēti capitulo: reddent per ea q̄ in hoc dicent clariora: cū demōſtrabimꝰ qui calidi ⁊ q̄ frigidi exiſtāt cibi: ⁊ quantū vnuſquiſqȝ ſaporū faciat ad corporis ſanitatē. Sed i p̄mis videamꝰ q̄d ſit ſapor: ⁊ quō fiat cū ex vniuerſalibꝰ ad ſingularia oporteat procedere tanq̄ȝ ex notioribꝰ nobis. vt voluit philoſophus in.j. Phyſi.tex.cōmēti.iiij. Et in tex.lvij.iterū dicat. Debemus incipere ab vniuerſalibꝰ: deinde ad particularia trāſire: q: cognitis vniuerſalibꝰ facilꝰ cognoſcunt minꝰ cōia. vt idem ſenſit in.ij. de gñatione ⁊ corruptione tex.cōmēti.lj. Dicamꝰ igit cū Iſaac in lib. de vniuerſalibꝰ dietis.c.iiij. dicēte ꝙ ſapor nihil aliud eſt ꝙ̄ quoddā ſenſuale ſenſui guſtꝰ deputatū: qđ abhorret natura vel ex ipſo delectat. Cauſatur aūt ſapor p admixtionē ſubſtātie ſicce cū humida: qñ coquunt p calorē decoctiōe determinata. vt inq̄t Auerro.i.iij.colliget. Et fuit ſnīa Ariſto.in xx.problematū.ꝓblemate.xx. vbi ait. Quecūqȝ ꝟo natura dulcia ſunt ꝓpter moderationē exiſtētis humidi: quem admodū.ſ.reliq ſapores ex imoderata cōmixtiōe reſultāt humidi cū ſicco: vt ex ſpeciebꝰ eoꝝ fiet manifeſtū. Que vt q̄buſdā placet ſunt nouē. Scd̄m ꝟo alios tātūmodo octo. ſic eñ de ipſis ſcripſit Auicē.in.ij.canonis.c.iij. Species ſaporū ſunt octo p̄ter inſipidū: ſcilicet dulcedo: amaritudo: acuitas: ſalſedo: acetoſitas: pōticitas: ſiccitas: et vnctuoſitas. Auerrois aūt in.v.colliget pronūciauit eſſe nouē: inter quas ſpēs inſipidū cōputauit. lȝ Auicē. dixerit vbi ſupra: ꝙ q̄ iſipidū ſaporē te nēt eoꝝ iſipida ſunt ꝟba. Quicq̄d aūt ſit nolumꝰ impꝛſentiarū hāc igredi q̄ōnē: ſed ſapiētioribꝰ ꝑnūc relinquant: ⁊ adherebimꝰ opinioni Auic. dicētis in ſequētibꝰ de illis octo ſpeciebꝰ ſigillatim: vt virtꝰ vniuſcuiuſqȝ clarꝰ habeat: et ſumma quadā cū facilitate eoꝝ diſtincta: ⁊ ſeparata determinatio reperiat: ſi eñ vellemꝰ de oībus in vno capl'o dicere: plixū eſſet admodū cōfuſuȝ ⁊ moleſtūqȝ: atqȝ ſatis inutile. Sȝ iā ad dulcedinē tanq̄ȝ ad potiſſimū ⁊ deſideratiſſimū in p̄mis tranſeamus: et de ipſa dulcedine ⁊ rebus dulcibꝰ ſimul: q̄ in diuerſis ⁊ plurimis antiquoꝝ voluminibꝰ: ⁊ in eoꝝ varijs locis legimꝰ ſcribere incipiamus.

¶ Capi.xlix. oſtēdit naturā ⁊ proprietates dulcedinis ⁊ rerū dulciū: tāgendo vtilitates iuuamenta ſimul cū eorum nocumentis.

QUantū ex dulcibꝰ rebꝰ humanus guſtus delectet: ꝙ̄ facile pōt vnuſq̄ſqȝ cōprehēdere: ꝓpter q̄d aūt hoc fiat: ſolū ſcit q̄ nouit ꝙ̄tuȝ vnūq̄dqȝ ſuū ſile appetat atqȝ diligat. Grādis q̄ppe eſt inter dulcia ⁊ humanam naturā ſimilitudo dicente Iſaac in vniuerſalibus dietis. c. iiij. Conſtat ſaporoſiſſimam humane Complexioni vicinantem eſſe dulcedinem



UVA. BHSC. IyR_272

Et infra. humores dulcedinis viſcoſi
ſunt ⁊ groſſi tēperamēto vicini ſubſtā
tiali humiditati corporis humani aſſi
milatiui. Et poſt aliqua ſubiūxit. Pa:
laȝ ergo fit rōni: ꝙ dulcedo mediocri
tatem ⁊ tēperamentū ſignificat inter
calorē ⁊ humiditatē. Vñ etiā antiqui
aque tepide ipſam aſſimilauere: que
ꝯplexioni humani corpori aſſimilaꝛ.
Et infra ꝯcludit. Cōſtat dulcedinem
ceteris ſaporibꝰ delectabiliorē ⁊ com
plexioni nutriende viciniorē eſſe pro:
pter naturalē humane ꝯplexiōis ſimi
litudinē. Que fuit ſnīa Gal'. in. iiij. de
ſimplici medicina diſt. iij. c. j. dicētis.
Res dulces ſunt in caliditate ſua pro
pinque corporibꝰ apud q̄ ſunt dulces
⁊ in di. iiij. c. ij. eiuſdē ait. Oīs res dul
cis eſt calida ⁊ humida ⁊ ꝓpterea ip
ſa eſt cōueniens nature corporis hu:
mani: qm̄ corpus humanū eſt calidū
⁊ humidū cū equalitate. Sunt ergo
res dulces valde delectabiles. tū pro
pter ea que dicta ſunt: tū ēt q: huma:
no corꝑi ⁊ ſimiles ⁊ ꝯuenietiſſime ſui
tēperamēti rōne. Et ꝙ ita ſit apparet
etiā ꝑ Auic. in. ij. canonis. c. iij. dicētē.
Dulce nō calefacit calefactiōe nociua
imo delectabili: ſicut ē delectatio aq̄
tēperate cū effudiꝛ ſupra corpꝰ. Et ac
cepit hāc ſnīam a Gal'. in. iiij. de ſim:
plicibus diſt. c. iij. c. j. dicente. Oīs res
dulcis eſt calida: verūtn̄ nō vincit cali
ditatē q̄ eſt in corꝑe hoīs victoria ſu:
ꝑflua ⁊ ꝓportiōaꝛ aq̄ calide occurrēti
corꝑi nr̄o frigido: ⁊ i fi. eiuſdē capl'i ſic
iteꝝ inq̄t. Dulcedo nō accidit niſi ab
equalitate caliditatis. Hoc quoqꝫ ſen
ſit Serapio dicens. Dulcis ſubſtātia
eſt equalis ⁊ virtus oīm dulcium eſt
calida: niſi quia calor diuerſificaꝛ in
eis ſm̄ paucum ⁊ multuȝ ideoqꝫ ſunt
diuerſitates in dulcibꝰ q: qđ eſt dul:
cius eſt calidiꝰ. Et nō aduenit ex dul
cis caliditate nocumētū calori innato
ſed eſt caliditas eius proxima corpo:
ribus quibus apparet dulce: ⁊ ſic ha:
bemus que ſit dulcedinis complexio:
⁊ ꝗ̄ta ipſius temperies quōcunqꝫ hu
mano corꝑi ſimilis. Sȝ videamꝰ mō
ꝗ̄tū faciat ad nutriendaȝ: vt ⁊ aliud
eius iuuamentū notificeꝛ. Qđ eſt ta:
le atqꝫ tantū ꝙ nihil pōt humanum
corpus nutrire niſi aliqua dulcedine
participauerit: vt ſenſit Ariſt. in libel
lo de ſenſu ⁊ ſenſato: cum inquit. Oia
nutriunꝛ dulci ſimpl'r: vel commixto.
Et ex eo calidū augmentat ⁊ ſtruit nu
trimentū: q: qđ leue q̇dem eſt attra:
hit: amaꝝ aūt ⁊ ſalſum relinq̇t ꝓpter
grauedinem: vt in plantis in ſalſis ⁊
dulcibus terris plātatis eſt videre. ꝙ
etiam voluit ꝑ̇nceps in. ij. canonis. c.
iij. dicēs. Impoſſibile eſt q̇n in oī nu
triente apud medicos ſit dulcedo ali:
qua: lȝ nutrimentū aliis indigeat ꝯdi
tionibus ꝑter hāc dulcedineȝ ⁊c. Hoc
etiam dixerat Gal. in loco preallega:
to his verbis. Oē qđ nutrix eſt de ge:
nere rerum delectabiliū dulciū. Et ꝙ
ita ſit Iſaac. ſuꝑ hoc nobis adduxit
ſignum iſtud in. c. iij. vniuerſaliū die:
tarum di. Mēbra ex delectatiōe cibo:
rum dulciū eos attrahūt plurimū: et
in inteſtinis remanet inde parū ⁊ pro
pter hoc paruas accidentaliter feces
dulcedo: ſalſitudo vero multas ob
hanc etiā cām dulces cibi cito ſaturāt
q: cū mēbra delectēt: cogunt vt mul:
to plus de eis ſibi attrahāt: ⁊ venas
⁊ concauitates mēbrorū cito impleāt
nullū ꝓpterea mirū eſt ſi naturaliter
dulcia affectamꝰ: cū tēperata ſint et
nobis cōuenientia plurimūqꝫ nutrien:
tia. Hec ſolū toti: verūēt ſingulis fere
partibus aliqđ preſtēt iuuamentum
dicente Auicen. Oꝑatiōis dulcis ſunt
digeſtio. lenificatio: ⁊ multiplicatio
nutrimenti. Et in. xiiij. tertij. Dulcia
cōueniunt epati: quare impinguatur
eis ⁊ magnificatur ⁊ confortatur ⁊c.
Iſaac quoque vbi ſupra ſic ait.
Dulcis ſapor ſi fuerit pure dulcis om
ni carens malitia acuminis ⁊ viſcoſi:

UVA. BHSC. IyR_272

ſatis ſapoꝛoſioꝛ oībus alijs cibis erit q2 naturaliter viciniox eſt ſanguini mundificans ⁊ quaſi lauans nocumē tum guſtus ⁊ ſenſus ventrem tempe rate humectās ſine laboꝛe nature. vñ actio ei⁹ temperata eſt in digeſtione ⁊ a ſtomacho ⁊ inteſtinis egreſſione ⁊ in ſequen. c. dixit. Dulce ſm nutri mentum nutrit multū: ſm vero medi cinam groſſos humoꝛes diſſoluit: et mundificat: diuerſas res tēperat: du ra eñ mollificat humiditate ſua. mol lia indurat cū caloꝛis ſui ſubtilitate ⁊c. Ecce igitur quot bona dulces ci bi in coꝛpus noſtrum efficiant: ſecur⁹ itaqꝫ eoꝛum vſus videt̄ eſſe: dūmodo duas conditiones habuerint. Pꝛima quarū eſt vt eoꝛum dulcedo nō ſit in tenta immo remiſſa: vt poſtqꝫ digeſti fuerint a naturali caloꝛe vere dulces efficiant̄ ⁊ nō in cholerā conuertant̄. Queadmodū voluit Galie. in. iiij. de ſimplicib⁹ di. iij. in fine cū ait. hec res vera eſt ſm naturā ꝙ rei in qua mul titudo dulcedinis eſt: nō eſt poſſibile vt addat̄ dulcedo in ipſa: ergo ꝑcul dubio recedit a dulcedine apud con uerſionē ⁊ permutationē. i. digeſtionē ⁊ ad ſapoꝛē tendit ꝙ̄ eſt ſupꝛa dulce dinē. ſ. ad amaritudinē rei aūt dimi nute dulcedinis expedit neceſſario qñ digerit̄ vt perueniat ad cōplementū dulcedinis. Qꝺ aūt res dulcis] ſi am plius decoquat̄. reddat̄ amara: decla rat ipſe per exemplū dicēs. Sicut mel qñ appꝛorimat̄ extrinſecus igni tēpo re lōgo fit amari ſapoꝛis. Et ſimiliter eſt eius pꝛopꝛietas in coꝛpoꝛib⁹ homi num quando inuenit caliditatē foꝛ tem generat humoꝛē colericū ⁊c. vt i fra patebit. c. de melle ⁊c. Melius eſt igitur vt diximus: quod cibi remiſſe ſint dulcedinis. ⁊ pꝛeſertim foꝛtem ha bentibus caloꝛem. Et pꝛopterea mel: ⁊ hmōi valde dulcia magis ſenib⁹ vi dentur cōuenire: vt Raſis ⁊ Gal. dicūt vbiqꝫ de eo loquentes. Secūda autē

cōditio requiſita ad hoc ꝙ dulcia nul lum inferāt coꝛpoꝛi nocumentū eſt vt ſubtilis ſint ſubſtātie ⁊ non viſcoſe. aut groſſe dicēte Iſaac in vniuerſali bus dietis. c. iiij. Dulcedo viſcoſa epa ti ⁊ ſpleni maxime eſt nociua duplici ex cauſa. Una ꝙ oppilatio eſt durioꝛ ⁊ groſſioꝛ. Altera q2 citius putredini eſt vicina vñ augmentatiua inflatio nis: ⁊ rugitus: ⁊ eſt cauſa interpolla tionis febꝛis cōmotiua facile ⁊ natu raliter in fumoſitatē cholericam: ⁊ in cholerica genera cōuerſiua: ⁊ acciden taliter in putredinē ⁊ oppilationē ⁊c. quod etiā ſenſit Raſis in. iiij. Alman ſoꝛis. c. j. cū ait. Dulce oppilationes generat ⁊ apoſtema in epate ⁊ ſplene ⁊ pꝛecipue ſi hec membꝛa ad hoc fue rint pꝛeparata ventris ēt flurus ex eo ſequitur ⁊ mollificat ſtomachū ⁊c. Et patet ꝙ de groſſo ⁊ viſcoſo dulci loq̄ tur. Dulcia eñ groſſa hñt oppilatio nes facere ꝑpter ſuā groſſitiem: ⁊ pꝛo pterea ꝙ nunqꝫ perfecte digerant̄ di cente Ariſt. in. xxj. pꝛoblematum pꝛo blemate. xij. Delectabilia plurima groſſa quidem ⁊ dulcia ⁊ pinguia de lectabiliſſima videntur eſſe nobis gu ſtantibus hec autem omnia nutribi lia ⁊ non digeſta ⁊ ſupernatantia ⁊c. Quo in loco voluit ꝙ ⁊ ſi bene digerā tur in ſtomacho: in reliquis tamen in digeſta remaneant: ⁊ pꝛopter hoc op pilent. patet cū inquit. Dulcia ad pꝛi mam operationem coꝛpoꝛi digeſta: vt autem ad finem indigeſta. Qꝺ ēt ſenſiſſe videtur Auicen. in. iij. j. doct. ij. c. vij. cum dixit. Res dulces ad fa ciendas oppilationes ſunt veloces: quoniam eas natura trahit antequā digerantur. Et infra ſubdit. Scire de bes quod dulce nutriens rapit natu rā antequam matureſcat ⁊ digera tur: ⁊ coꝛrumpit ſanguinem. Quod et in. xiiij. iij. iterū replicauit dicens. Li cet dulcia confoꝛtent epar: verumta men velocis ſunt ad hoc vt faciant

nota quoꝺ res dulcis quāto plus coquitur tanto magis amara est | quis res dulcis e[st] hīt pocio quam prodest

UVA. BHSC. Lyr 272

enenire oppilationē: ꝓpterea ꝙ epar attrahit ea laborioſe aſſocians ea hūoribus aliis. Et poſt pauca expreſſit de quib⁹ maxime intelligeret dicens. Et nocibiliora dulcia ſunt que ſunt ex eis groſſa: ꝓpterea q̄ faciūt accidere oppilationē ex quo ex eis ſunt calida ꝓpter cōuerſionē ſuā ad cholerā. Ideo noſtro ꝯſilio iuuenes raro: ⁊ precipue cholerici: dulcibus rebus vti debent.

¶ Capl'm. l. determinat de amaritudine ⁊ cibis amaris: ⁊ de eorum proprietatibus: iuuamentis: ⁊ nocumentis.

Etſi in reb⁹ dulcibus ꝙ plura dicantur eſſe pericula: et in groſſis precipue atq; viſcoſis: vt in ſupiori viſuʒ eſt. c. Nō debet tñ ob hāc cauſam q̄s exiſtimare ꝙ reb⁹ amaris ſit vtendū quaſi duobus exiſtētibus cōtrariis: ſi vnuʒ periculoſum qñq; ſit: reliquū vero ſit ſecuriſſimū. Deciperet equidē qui ſic opinaretur: ꝓpterea ꝙ q̄uis aliqđ dulce humano corpori ſit nociuū: nulluʒ tñ amari cuiuſlibet cōparatiōe vr eſſe ꝓbandū: ⁊ hoc q̄ amara oīa quodammodo corpi inimicātur ſua amaritudine: caliditate: ſiccitate: ⁊ nutrimēti prohibitione: oēs eñ antiqui philoſophi ⁊ medici cōcordarūt in hoc ꝙ amara calida exiſterēt: preter Auerroim tenētem in. v. collīget: ꝙ etiā fieri poſſent a frigiditate: cui⁹ opinionē ſuis cū rationibus ⁊ fundamētis cōfutauit Conciliator in differētia. cxlv. Qui ⁊ ſi nūq̄ fuiſſet: adhuc magis ſapiētiorib⁹ medicis erat credendū. Dixit eñ Serapio. Uirt⁹ prima amari eſt calida: niſi q̄ caliditas ſua habet multas diuerſitates: q̄ illđ qđ eſt amarū multa amaritudine eſt calidius: ⁊ illud qđ habet paucam amaritudinem habet paucū calorem. Princeps etiā in. ii. canonis. c. iii. ſic ait. Nō eſt poſſibile vt ſapores dulcis et amarus et acutus ſint niſi in ſubſtātia calida. Et infra ſic quoq; dixit. Amaritudo in ſubſtantia calida ſpiſſa ⁊ terrea fundat. ⁊ in. xiii. iii. Sapor oīs amarus ſignificat caliditatē ⁊ cholerā. que fuit ſententia Ariſto. in xx. ꝓblematū. ꝓblemate. xxix. dic. Oē amarꝫ eſt calidū. a quo ſumpſit Iſaac in. iiii. c. vniuerſaliū dietarū cū ſcripſit. Oīa amara calida ſunt et ſicca in tertio gradu: ⁊ terreſtria. Et alibi. Amaritudo calorē ſuū in tertio gradu eſſe denūciat: ⁊ ſiccitatē in ſcđo: vñ in ſuis humoribus terreſtreitas et groſſicies dominatur. Hoc quoq; voluit Gal. in iiii. de ſimplici medicina diſtinctione ii. c. vi. di. Omnes res amare ſunt calide: ſicut myrra: baurac: ⁊c. Et in. c. vii. eiuſdē ait. Res non fit amara niſi propter ſuperfluitatem caliditatis ⁊ acuitatis. Et iterū in diſtinctione. iiii. c. ii. dixit. Sapor amarus eſt ſequens ſubſtantiam calidam ⁊ ſiccam: terreā: ſubtilē ⁊c. Ecce q̄ clare ⁊ vniuerſales contra Auerrois opinionem clamant auctoritates. Cum ita ſit igitur ꝙ intantum calida ſint ⁊ ſicca: mirum ſi calefaciunt et deſiccant fortiter: ſanguinemq; cito ad aduſtionem perducūt: ⁊ ad maliciam: choleraʒ quoq; rubeā in ſanguinem augmentant. vt Raſis inquit in Almanſore capitulo ſepius allegato. Alia etiam in corpus producunt nocumenta res amare: dicente Auicenna in ſecundo canonis. capitulo tertio. Abſtergit ⁊ exaſperat abſolutum omne amarum: ⁊ ideo nocet viſceribus: ⁊ ꝙ deterius eſt ſiccant corp⁹ amara vltra q̄ oportet: vt dixit Gal. in. i. terapentice. c. vii. Et in. iiii. de ſimplici medicina diſtinctione. iiii. c. ii. ſic de eis inquit Res pure amaritudinis eſt inimica omnib⁹ animalibus ⁊ plātis: quoniam in natura ſua eſt ſicca et pernicioſa: ſicut fumus que generatur

nota q̄ oīs res amara quāto magis amara tanto calidior

BIBC. IyR_272

ex aduſtione. A quo videt accepiſſe Auerrois in.v.colliget cū ait. Amaritudo eſt in vltimitate contrarietatis nutrimēto aialiū: et eſt cōtrariū dulci ꝓpter ſiccitatē ſolā: et ꝓpterea interficit infantes qñ eo multū vtunt ꝓpter ea q̄ ſunt in vltimo hūiditatis. Et ſubdit. Et vniuerſaliter nō ingredit natura amaritudinis in re cibali ꝓpterea q̄ non eſt niſi medicinalis. Quod etiā voluit princeps vbi ſupra dicens ꝙ purū amarū non nutrit animal. Et ideo cōcludam⁹ ꝙ res amare nō pro cibis: ſ; ꝑ medicinis tātummō debem⁹ accipere cū eis vti voluerim⁹. Plurima rū eñ ſparū conferūt epati eo ꝙ ſtiptice ſunt et aperitiue vt in.xiiij.tertij.ca.xx. pˀnceps inqt Auicē. De ꝓprietate quoq; omniū rerū amararū eſt: ꝙ ipſe abſtergūt et lauāt et mūdificāt et incidūt qđ eſt in venis de humorib⁹ groſſis: vt dixit Gal.in.iiij.de ſimplicib⁹.cap.ſepi⁹ ānatato. Et i.v. eiuſdē.ca.vltimo diſtinctionis .viij.ſic q̄ ꝙ ait. Amarū apit et mūdificat meat⁹ et abſtergit et incidit hūores groſſos ꝑꝑ caliditatē ei⁹ manifeſtā. Iterū ergo replicando via medicine potiusq̄ via cibi vtendum eſt amaris.

Capitulū.lj. oſtēdit naturā ſalſedinis declarādo iuuamēta vtilitates: et ſalſorū nocumēta.

Quidā hominū adeo ſunt ſalſo ſapore aſſueti: vt nequaq̄ aliqđ ſine ſale et in notabili ei⁹ quātitate comedere poſſent. Alij vero reperiunt q̄ ꝑ carne ſalita vel piſcibus ſalſis quecūq; alia etiā ꝑfectiſſima cibaria poſt poneret. Qui omnes ꝑfecto nō intelligūt ꝙ ſalſi cibi et ſi minus q̄ amari ſint calidi: ab auctorib⁹ tñ noſtris reprobētur: cū illaudabiles in corp⁹ ꝓducāt operationes ſue caliditatis et ſiccitatis ratione. Quia res ſalſe terreſtres ſunt et calide et ſicce in ſecundo gradu: vt inquit Iſaac in vniuerſalibus dietis.c iiij. in quo etiā ſed infra ſic inquit. Salſus ſapor ſignificat calorem et ſiccitatem ſui eſſe in fine ſecūdi gradus: q̄ ſui humores inter groſſos et ſubtiles ſunt mediocres terreſtribus vicinantes. vnde virtutem habēt pūgitiuā lauātem et mūdificantē. Qđ etiā voluit Serapio cū ait. Salſus ſapor eſt ꝓpe amarum: q̄ ambo ſunt terrei calidi. Et infra ſubiunxit. Et plurimū ſubſtātie ſalſi et terreum groſſum. et fuit ſnīa Gal.in.iiij.de ſimplici medicina diſtinctione.iiij.c.ij.di. Sapor quidē ſalſus eſt ꝓximus ſapori amaro: qm̄ ābo ſunt terrei calidi vel rūtñ differūt in hoc ꝙ res amari ſaporis plus calida eſt et ſicca et aduſta a quo ſumpſit Auerrois in.v.colliget di. Super cōplexionē ſalſi dñat pars ſicca aduſta: in qua eſt mixta pauca humiditas &c. Cū igitur ſalſum ꝓueniat ex reſolutione amari in inſipido aquoſo teſte Auicē.in.ij. canonis.c. ſuperi⁹ allegato. parū ab amaro differre videtur. Et propterea ſalſorū nocumenta paulo minora ab eis que amarorū dicuntur eſſe ſcilicet calefacere deſiccare: exaſperare reſoluere. et ſubtiliare. et ꝙ ita ſit apparet ꝑ ſeriē Iſaac in libro vniuerſaliū dietarū ſic dicentē in.c.viij. Salſa diſſoluūt ſubtiliant et calefaciunt: ſimiliter aggregant: oppillant et exiccant humiditatem propter calitatem ſuperfluam et manifeſtam: vt Gal. ait in .v. de ſimplicibus diſtinctione. viij. c. vltimo. his itaq; de cauſis non parū nocere vident et maxime choleris et extenuatis corporibus. Non minus quoq; ratione nullius aut minimi ſui nutrimenti. quemadmodū voluit Ariſtoteles. in libello de ſenſu et ſenſato



UVA. BHSC. IyR_272

vbi dicit ꝙ calidū leue qͣdē attrahit: amarum aūt ⁊ ſalſuꝫ relinqͣt propter grauedinē vt in plātis in ſalſis ⁊ dulcibus terris plantatis eſt videre. Qđ etiā replicauit in .xxiij. ꝓblematum ꝓblemate .x. cum inqͣt. Salſum qͣdē eſt graue: dulce aūt leue. Cōcludere igiẗ poſſumus ꝙ amara ⁊ ſalſa minime faciant ad nutrimenta ⁊ ad ſanitatis ⁊ vite conſeruationē: imo nature humane ⁊ vniuſcuiuſqꝫ animalis cōtrariari videnẗ: dicente Gal. in li. de cholera nigra. Non eñ videnẗ aīalia ex ſalcedine ſaturari cū nullū viuat aīal ex illa vt vocatū mortuū mare coniectura in quo ꝑ nimia ſalcedine ⁊ amaritudine nec piſces: nec aliqđ aliud animal viuere pōt: ſic eñ ſeries ꝟborum ei⁹ ibi ipm demōſtrat voluiſſe. ⁊ ideo dicimus ꝙ magis via medicine ꝙ̄ via cibi humano corpori cōueniāt huiuſcemodi: eo ꝙ ſalcedinis operationes ſunt abſterſio: ablutio: exiccatio: ⁊ ꝓhibere putrefactionē vt ait ṗnceps in canonis .ij. quō aūt caro ſalita qñqꝫ añ cibū ꝯueniat rōne medicine ꝓuocantis appetitū apparebit infra .c. de ſalita carne.

¶ Capitulū .liij. oſtēdit naturam acuti ſaporis: ⁊ nocumēta ꝓuenientia ex acutis comeſtibilibus.

Res acute nō minus imo lōge magis ꝙ̄ ſalſe vel amare ſunt humanis corporis inimicantes ꝓpterea ꝙ calidiores ceteris oībus exiſtunt cū in gradu quarto ⁊ poſtremo caliditatis reponanẗ: vt voluit Iſaac in li. vniuerſaliū dietarū .c. iiij. dicens. Oīa acuta ſunt calida ⁊ ſicca in qͣrto gradu ⁊ poſt pauca ſubiunxit. Acuta calidiora ſunt ⁊ ſicciora ceteris ſaporib⁹. Et poſtea dixit. Natura ⁊ ſenſus minus fugit ſalſa ꝙ̄ amara: ⁊ minus amara ꝙ̄ acuta ꝓpter caliditatē eorum. Et iterū infra magis ſic inqͣt. Acutus ſapor calidus eſt in qͣrto gradu: qꝛ ſua intentio eſt ignea: vnde eſt corrodens: incidēs ⁊ ſubtiliatiu⁹ magis ceteris ſaporib⁹. Hoc etiam ſenſit Auerroys in .v. colliget cū ait. Quod dñatur ſup acutū eſt multus calor cū multa ſiccitate ⁊ ſubtilitate: ⁊ ꝓpterea calor illi⁹ eſt fortior reliqͣs oībus. Serapio quoqꝫ de hoc ſapore ſic dixit. Subſtātia acuti eſt ignea. Et poſt pauca ſubdit. Et ꝟtus ei⁹ prima eſt ꝟtus calidior oībus alijs. Que fuit ſnīa Gal. in .v. de ſimplici medicina. diſtin. viij. c. vlt. dicentis. Acutū acre ē igneū: ſicut ſalſum eſt terreū ⁊ cū terreitate calidū. cum ita ſit ergo ꝙ res acute in tm̄ calide ſint ⁊ ſicce: ſi plurimorum ſint cā nocumentoꝝ: dicente Auic. in .ij. canonis .c. iij. ꝙ acuta viſceribus noceāt: ⁊ os ſtomachi ledant: ⁊ viſum. cū dicat idē in .iij. tertij tractatu primo .c. v. de ſumma reꝝ nocibiliū oculo eſt oē qđ hꝫ acuitatē: ſicut porrū ⁊ andacocha: ⁊ oīa q̄ exiccāt ſuperflue ⁊c. Et circa finē eiuſdē capituli ſic inqͣt. Cibi ſalſi ⁊ acres ⁊ vaporoſi: qͥ ledūt os ſtomachi ſunt: cepe: porri: et allia: ⁊ bedarūgi comeſta. Cuius ſiľe voluit Auenzoar in ſui theſir loco primo tractatu .viij. c. xxj. dicēs. Et ſcire debes ꝙ oīa acuta hn̄t caput replere ex vaporibus ⁊ fumoſitatib⁹: ſicut ſūt cepe ⁊ alliū ⁊ his ſimilia: quare viſui potiſſime nocēt: ⁊ medicine oīno exiſtunt orbitatis ⁊ cecitatis. et in tractatu .viij. c. viij. libri eiuſdē iterum dixit. Neceſſe eſt vt ꝓhibeas in oī accidente malo cerebro ſuperueniēte alliuꝫ ⁊ cepe: qm̄ ꝓprietatē hn̄t maximā in ꝑturbando ⁊ deſtruendo cogitatiuaꝫ. Rationem autem horum nocumentorum videtur aſſignare Haliabas in .v. theorice .c. xiiij. dicens. Sinapis cepe: porrū: alliū: ⁊ omnis pūgitiuus cibus: amarus ſalſus: ⁊ omnia talia ſuperfluitates generant calidas: dicunturqꝫ cibi ſubtiliantes: quoniam

nota ꝙ oīs medicina acuta est calidior ceteris et pro[pter] eā caliditatem nocet valde et fugiendum est ab ea

UVA. BHSC

humores generant acutos cholericos
qui exurũt ꝛ corrũpunt.nec ꝓſunt niſi
illis in quoꝝ corpe ſupflui phlegma=
tici:et viſcoſi ac groſſi exiſtũt hũores:
incidunt etem̃ ꝛ ſubtiliãt eos:diutur=
noſqꝫ patiẽtibus morbos vtiles ſunt:
eo ꝙ materias morbos hos gñantes
ſubtiliẽt:vt ait.Galienꝰ in libro de re=
gimine ſubtiliatiuo.hec ipe.Quare re
linquitur ꝙ pro medicina:ꝛ nõ pro ci=
bo ſint huiuſcemodi comedẽda cũ nõ
ſolũ cerebro:oculis:ꝛ ori ſtomachi ta=
lia acuta ſint nocua:verũetiam ꝛ toti
corpi dicẽte Gal.in ſcdo libro de acci=
dẽti ꝛ morbo.c.ij.ꝙ qui aſſueſcũt allia
porros ꝛ cepas ꝛ vinũ vetꝰ acutũ:aut
medicamina que a veneno cuſtodiũt
febres patiant.qđ quõ faciãt nobis in
nuit Raſis i.iij.almãſoris.c.j.di.Acu=
tũ multo plꝰ calefacit ꝙ̃ amarũ vñ et
calorẽ auget:ꝛ corpꝰ velociter inflam=
mat:ꝛ ſanguinẽ adurit:ipmqꝫ priꝰ in
cholerã mutat rubeã:poſtea aũt in ni
grã:ꝛ ideo cõcludit in primo ſuorum
aphoriſmorum dicẽs.Qui ab alleis ꝛ
porris abſtinuerit:nocumẽta maloꝝ
humoruꝫ euadet.Talibꝰ igit rebꝰ vt
diximus:nõ eſt vtẽdũ:niſi forſitã pro
medicinis aliqñ ꝛ non pro cibis:ſcđm
quod etiaꝫ ſupra iuſſerat haliabas ꝛ
Iſaac in.c.viij.de dietis vlibus cũ ait.
Cibaria acuta nõ iuuãt niſi quibꝰ hu
mores phlegmatici abũdãt:viſcoſi et
groſſi ꝛ ſimiles vitreis.Vñ ſemp ſunt
cauẽda:neqꝫ frequẽtãda ne ſanguinẽ
incendant ꝛc.Et fuit Gal.ſnia in.ij.de
alimẽtis.c.vltimo dicẽtis.Opꝫ a con=
tinuo eſu omniũ pungitiuoꝝ:ꝛ maxi=
me qñ quis offert ipſa magis choleri=
cis et ſiccis natura.ſolum em̃ his qui
aut phlegmaticum humoreꝫ:aut cru=
dum groſſum et viſcoſum habuerint.
idonea talia eduliorum ſunt ꝛc. his
em̃ via medicine commendantur:pro
pterea ꝙ acuitatis operationes ſunt
reſolutio:inciſio et putrefactio:teſte
ꝑncipe in.ij.canonis.c.iij.ꝛ Gal.in.v.
de ſimplicibus.c.vbi ſupra.di.Acutũ
acre attrahit ꝛ reſoluit.ꝛ infra.Acutũ
acre ſubtiliat:ꝛ mundificat:ꝛ reſoluit:
ꝛ aperit:ꝛ attrahit:ꝛ adurit ꝛc.Et ob
hanc cauſam groſſis humoribus ꝛ viſ
coſis maxime cõueniũt ſicuti choleri=
cis ꝛ macilẽtis iuuenibꝰ nocẽt ꝑcipue.

¶ Capitulum.liij. oſtendit natu=
ram:iuuamenta:ꝛ nocumenta vn=
ctuoſarum rerum:ſimul et de inſi=
pidis et qualitatibus ipſarum ꝙ̃
breuiter perſtringendo.

Cum perpauca velim de
vnctuoſis ꝛ ſimul de in
ſipidis rebus minime
ad ſanitatis conſerua=
tionem vtilibus ſcribe=
re:viſum eſt mihi breui
tatis gratia in vno.c.de ambobus ali
qua declarare:cum quandam ad ſein
uicem habeant in qualitatibus cõue=
nientiam:ꝛ in virtute conformitatem:
ꝛ eo magis ꝙ vnctuoſorum pertracta
tio in.ca.de pinguedine et pinguibus
infra ponendo complebitur:pro nunc
tamen cum principe dicendum in can
ticorum textu commenti.xxx.dicente.
Omne habens dominium pinguedi=
nis ꝛ vnctuoſitatis eſt calidum ꝛ hu=
midum:ſua tamen caliditas eſt remiſ
ſa:dicente Auerroi in.v.colliget ꝙ ſa=
por vnctuoſus dictus hoc habet:ꝙ in
eo pars aerea dominatur cum modi=
ca aquoſitate:et propterea calor ipſiꝰ
eſt minor ꝙ̃ calor dulcis.Quod etiaꝫ
ſenſiſſe videtur Iſaac in vniuerſalibꝰ
dietis.c.iiij.dicens.Conſtat ꝙ vnctuo
ſitas et dulcedo eiuſdem ſunt gene=
ris in caliditate:ſed tamen differunt:
quia humores dulcedinis viſcoſi ſunt:
ꝛ groſſi temperamento vicini humidi
tati ſubſtãtiali corporis aſſimilatiui:
humores autem vnctuoſitatis ſubti=
les ſunt ꝛ aeris humiditati ſimiles ꝛc.
Et Auicenna in ſecundo canonis ſic

UVA: BHSC. IyR_272

inquit de ipſa: ꝙ cũ aceritate vnctuoſi
aquoſitas etiam ſatis notabilis eſt
admixta: ⁊ ob hanc cauſaꝫ ſtomacho
non cõueniunt vnctuoſa: vt voluit Ra
ſis in .iij. Almanſoris. c. ſepius allega
to: cum ſcripſit vnctuoſum ſtomachũ
mollificat: ⁊ ventrem fluere facit: ac ſa
tietatem affert anteꝗ̃ homo cibi quã
titatẽ ſibi neceſſariã aſſumat ⁊ calefa
cit: ⁊ permaxime febricitantes: vel ha
bentes epar aut ſtomachũ calida: cor
pus ꝑterea humectat atqꝫ lenit: phle
gma auget: cogitationẽ reddit hebe
tem ⁊ augmẽtat ſomnũ. Ex quibꝰ faci
le cõprehendi põt ꝙ vnctuoſa non fa
ciant ad ſanitatis cõſeruationẽ. Qua
re aut nunꝗ̃. aut rariſſime eis vtendũ
eſt: ⁊ plus loco cõdimenti ꝗ̃ cibi nu
trictis: vt in. c. de pinguibꝰ oſtẽdemus
ꝗ̃ diffuſiſſime. De inſipidis ꝟo dicimꝰ
ꝙ adhuc magis pretermittenda ſint:
cum nulli ſua placeant qualitate: ſunt
enim ipſa magis humida ⁊ frigida ꝗ̃
vnctuoſa. teſte Principe in .xxx. textu
canticorum ſic referẽte. Quod pure in
ſipidum eſt: frigidum ⁊ humidũ exi
ſtit. que videtur fuiſſe Gal. ſentẽtia in
iiij. de ſimplici medicina. c. iij. diſtic. ij.
ſic ſcribentis. Quãdo inuenimus rem
quã ſentimus de guſtu aque: cui peni
tus non eſt ſapor in aliquo ſuccorum:
tũc res in illo ſucco manifeſta eſt: qm̃
ipſe eſt egrediẽs ab omni caliditate ⁊
frigiditate manifeſta: ⁊ ꝙ eius cõple
xio: aut eſt media: aut decliuis ad fri
gidũ ⁊c. Demonſtrauit antẽ inſipido
rum nocumẽta in diſtinctione. viij. lib.
v. operis preallegati cũ ait. Res aque
inſipide ingroſſant: ⁊ aggregãt: ⁊ mor
tificant: ⁊ ſtupefaciũt: ⁊ propterea nõ
ſolum ad ſanitatem conſeruandam:
ſed nec ad vite perdurationem facere
videntur: quaꝫ de re pro poſſe dimittẽ
tur: quemadmodum ſunt cucurbita
cucumeres: ⁊ multi aliorum fructuũ:
de quibus infra deo concedente ſcri
bemus.

¶ Capitulũ. liiij. agit de ſapore ace
toſo: oſtẽdens vtilitates et damna
ipſius: ⁊ rerum acetoſarum.

Volumus hoc in loco
aliqd de aceto ſcribe
re: cũ de ipſo ſpãle ca
pitulũ ſit in ſequẽtibꝰ
faciendũ: ſed tantum
modo de rebus aceto
ſis in vniuerſali ipre
ſentiarũ: prout ſaporũ materia requi
rit nõnulla ꝗ̃ breuiter percurremus:
vt intelligãt hi qui oĩa ferme volũt cũ
eis manducare: quantũ errent neſciẽ
tes acetoſoꝝ cõplexionem ⁊ nocumen
ta: neqꝫ quantũ infrigidẽt ⁊ exiccent:
ꝓptera ꝙ forſitan nõ legerunt Auicẽ.
in .xxx. canticoꝝ textu dicẽteꝫ. Omnis
ſapor ponticus ⁊ acetoſus frigidꝰ eſt
⁊ ſiccus: in quo autẽ gradu nõ ſubiun
xit ipſe: ſed illud expreſſit Iſaac in. c.
iiij. dietarũ vniuerſaliũ cũ ait. Aceto
ſus ſapor frigiditatẽ ⁊ ſiccitatẽ in ſecũ
do gradu eſſe denunciat: q: humores
ſui ſubſtãtiales ſunt ſubtiles et pene
trabiles: ⁊ partim terreſtres: ideoqꝫ ꝑ
forat ⁊ incidit groſſos humores: ⁊ ap
petitũ commouet ⁊c. Quod etiã ſenſit
Serapio dicẽs. Subſtãtia acetoſi eſt
aquoſa: ⁊ virtus quidẽ acetoſitatis ab
ſolute inuenit̃ infrigidatiua. ⁊ infra
iterũ ait. Acetoſi ergo ſubſtantia eſt
ſubtilis pungens: ⁊ virtus eius prima
eſt frigida. que quoqꝫ fuit ſententia
Gal. in. iiij. de ſimplici medicina. di. ij.
c. iiij. ſic ſcribentis. Acetoſorum corpꝰ
eſt ſubtile: ⁊ qualitas eorum eſt quali
tas frigida. ⁊ in. c. vj. eiuſdem ſic etiaꝫ
inquit. Inuenies oẽs res acetoſas in
frigidare: ob hanc igitur cauſam res
acetoſe ꝗ̃ plura in corpus ingerũt no
cumenta: preter hoc ꝙ parum nutriãt
⁊ multas gerent ſuperfluitates. vt pla
cuit Ariſtotel. in .xxij. problematum.
problemate. iij. dicentis. Acetoſa qui
dem non ſunt nutribilia: ſed nutrimẽ

UVA. BHSC. IyR_272

tum quidā modicū habent: ſuperfluitatem autē multā ⁊c. Nocumēta vero acetoſorum hec ſunt: qꝛ choleram nigram adiuuāt multiplicari: neruis nocent ⁊c. vt colligitur ex dictis hippo. in.iij. regiminis acutorū textu cōmenti.xl. in cuius cōmento Gal. ſic inquit. Acetoſum nocet oībus membris neruoſis propter ſubtilitatē ſubſtātie ſue propter quā habet penetrationem in profundū mēbrorum: ⁊ penetrat in totum mēbrum: ita vt non remaneat in eo pars ꝗuis ſit parua valde cui non noceat: ſecūdum hoc ergo nocet membris neruoſis. hec ipſe. A quo ſumpſit Auicen. in ſecūda tertij. c.j. cum dixit. Omne acetoſum eſt infrigidatiuum in potētia: ⁊ ideo nocet neruis. ⁊ in. c. iiij. eiuſdem ſic etiā dixit. Acetum eſt ex rebus que neruis ſūt nocibiliores. Preter hec etiam mala res acetoſe faciunt ſenectutē accelerare: dicēte Principe in.iij.j.doc.ij.c.vij. Ex acetoſo cibo ⁊ nutricēte fit ſenium: ⁊ ſimiliter ex acuto ⁊ ſalſo ⁊c. Rebus igitur acetoſis pro cibis non eſt vtendū. licet pro medicinis eis vti quādoqꝫ poſſimus: eo ꝙ plura medicinalia habeāt iuuamenta: cum dicat Auicē. in ſecūdo canonis.c.iiij. Omne ſubtile acetoſum eſt aperitiuum. ⁊ Iſaac in iij.c. dietarū vniuerſalium. Acetoſi cibi viribꝰ ſunt inciſiui ſine calefactiōe ⁊c. Et in.c.viij. earūdē ſic quoqꝫ ait. Acetoſa incidūt ⁊ ſubtiliant atqꝫ refrigerāt. ⁊ fuit Gal. ſententia in. v. de ſimplici medicina diſtinctione.⁊.c. ſepius allegatis dicentis. De proprietate acetoſi eſt vt incidat ⁊ ſeparet: ⁊ ſubtiliet: ⁊ aperiat: et mundificet preter quod calefaciat. In hoc tñ vltimo Auerrois in. v. colliget cum medicis nō videtur cōcordare cū dixit. Sapor acetoſus fit cum frigiditate mixta cū parte humiditatis: ⁊ nō eſt remotus a calore: ⁊ propterea incidit ⁊ ſubtiliat: qui ſi debet a medicis ſaluari ſic puto exponendum eius dictum. Acetoſus ſapor nō eſt remotus a calore. ſ. plurimum: qꝛ frigidū eſt in primo. vt etiam dixit Iſaac expreſſe. ⁊ Raſis in.iij. Almanſoris.c.j.di. Acetoſum frigidum eſt: licet vehemētis non ſit frigiditatis: choleram rubeā ⁊ ſanguinem reprimit atqꝫ ventrē ſtringit: ſi ſtomachus ⁊ inteſtina munda fuerint. Si autem in eis phlegmatis erit multitudo ventris efficit fluxum: ⁊ corpus infrigidat: virtutem quoque debilitat: ⁊ digeſtiuam proprie inepate. Neruis etiam ⁊ neruoſis membris et nocumentum affert: atqꝫ corpus deſiccat ⁊c. Quas ob res rariſſime acetoſis eſt vtendum: et magis gratia medicine ꝙ ⁊c.

¶ Capitulū. lv. oſtendit cōplexionē: virtutē: vtilitates ⁊ nocumēta ſtiptici ⁊ pontici saporum.

CUm ſapor ſtipticus ⁊ pōticus ſint vnius nature ⁊ nō diuerſi: niſi ſcðm magis ⁊ minꝰ: vt dixit Auerro. in. v. colliget. Et Serapio cum inquit. Sapor ſtipticus eſt ſapor pōticus debilis: ⁊ nō differūt niſi multa ⁊ pauca ſtipticitate. q̄ ſunt verba Gal. in.iiij. de ſimplici medicina diſtinc.ij.c.vij. dicētis. Sapor ſtipticus nō eſt niſi ſapor ponticus debilis. propter hoc de ipſis ſimul in vno.c. ſcribēdum eſſe iudicauimus. Incipiamꝰ ergo a ſtiptico q̄ ꝯtrahit parū de lingua reſpectu pōtici q̄ eā exaſperat. vt inq̄t Princeps in canonis.ij.c.iij. ⁊ dicamꝰ cū Auer. in. xxx. canticorum commento dicente. Sapor ponticus ⁊ ſtipticꝰ generantur ex ſubſtantia frigida terrea ⁊ groſſa: ⁊ propterea ſignificant ſuper cōplexionem fortis ſiccitatis ⁊ frigiditatis: ⁊ ponticus in hoc eſt fortior ſtiptico. vt idem refert in colliget. v. cui conſonare videtur Iſaac in vniuerſalibus dietis.c.iiij. dicens. Quicunqꝫ ſapor ponticus aut ſtipticus com-

de acetoſum ledit neruos

eciam ꝙ de aceto[illegible]
magnopere vires

IyR_272

# De ſtiptico ⁊ pontico ſaporibus.

plexiones ſue frigide erūt.⁊ infra.Sti
ptici ſapores ſemꝑ ſunt ſiccitatis ⁊ fri
giditatꝭ ſignificatiui.qḋ ſēſit Serapio
dicēs.Et ſtiptici q̄dē ſubſtātia ē terrea
groſſa:⁊ ꝟtꝰ eiꝰ ꝑma ē frigida exiccati
ua.q̄ fuit Gal.ſnia in .iiij. de ſimplici
medicina di.ij.c.iiij.dicētis.Res ſtipti
ce ſunt in eſſentia ſue ſubſtātie groſſe
in qualitate aūt ſua frigide.⁊.in. vj.c.
eiuſdē ſic ait.Omne corpꝰ ſtipticū de:
nudatū:ex reliq̄s ſaporibꝰ apud ſen:
ſum inuenis ſemꝑ ꝑ experimētū infri
gidare:cū talē igitur complexionē ha:
beat omne ſtipticū:q̄d mirū ſi corpus
humanū infrigidet ⁊ deſiccet: carniū
quoqꝫ ac ſanguinis minorationem fa
ciat:ſi q̄s eo mltotiēs vtaꝛ: ſtomachū
quoqꝫ cōfortet:ac vētrē ſcd̄m plurimū
cōſtringat:⁊ ſanguinē generet melan
cholicū.vt dixit Almāſor in lib.iij.c. j.
q̄ fuit ſnia Gal.in tertio de ſimplici me
dicina di.iij.c.v.circa finē ſic ſcribētis.
Qn̄ ſtipticitas eſt fortis vehemēs:tūc
ipſa ſtringit meatꝰ:⁊ coarctat eos : et
aggregat ſubſtantiā cui occurrit ⁊ ſo
lidat eā:⁊ prohibet res que humectāt
⁊c.Et in.v.c.diſt.viij.ſiciterū dixit.De
ꝓprietate ſtiptici eſt vt aggreget ⁊ fa
ciat ſolidum:⁊ ſtipticet:⁊ impleat:⁊ in
groſſet:⁊ infrigidet:⁊ exiccet : ⁊ ꝓpter
ea magis nomen medicine q̄ꝫ cibi res
ſtiptice tibi vendicarūt. ¶ Rex ſimili:
ter pōtice idē qḋ ſtiptice in corpus hu
manū operātur:quodā tn̄ modo intē:
ſiou:cū ⁊ ipſe in ſuis qualitatibus ſint
illis intēſiores dicente Auic. in cano:
nis.ij.c.iij.ꝙ ponticū eſt frigidius ſti:
ptico.⁊ Gal.in.iiij.de ſimplici medici:
na diſtinctione.ij.c.iiij.di.humor pon
ticus eſt ſtiptico frigidius proculdu:
bio.Et infra. Corpora pontica ſunt
groſſa:⁊ propterea de proprietate hu
moris pontici eſt:vt aggreget linguā
⁊ exiccet eam: et exaſperet ipſam per
operationem ſui manifeſtā.Et Iſaac
in vniuerſalibus dietis.c.iiij.ſic de eis
ſcripſit.Cibi pontici naturaliter ſunt
ſtiptici humiditatis ingroſſatiui ⁊ de:
ſiccatiui:id ſcilicet facientes ventri ꝙ
calx corijs preparādis facit:vnde ſub:
tiliter digerere vel dietare volentibus
nociui ſunt ⁊c.Et in.iiij. earundem ſic
etiā inquit.Pōticitatis humores ſunt
pure terreſtres ⁊ frigidi ſimiliter:⁊ ſic
ci intantū ꝙ neceſſe eſt vt in fine tertij
gradus ſint:exiſtant autē ei vicini vn
de ⁊ ſua nutrimenta ſunt paruiſſima:
⁊ groſſos humores facientia: ⁊ ſubti:
lis diete laudabilia:in ſui tamen natu
ra deſiderium cibi excitat:q2 in primis
cōſtringit ſuperiora:⁊ erūt cōtenta ꝑ
inferiora ⁊c.Ex quibꝰ patet ꝙ huiuſ:
modi ſtipticis ⁊ ponticis non ſit vten
dum via cibi:cū dicat Auenzoar i ꝑri
mo.c.ſui Theiſir autoritate zoar pa:
tris ſui dicentis.Experimento noui ꝙ
omnia habētia fortem ſtipticitatē ſi:
cut ſunt pontica naturaliter ſunt ſicca
groſſa:⁊ dura:terreſtria:dolorē ſtoma
cho generātia:q̄ꝫuis in eis virtus ali:
qua confortādi ſtomachū reperiatur:
q2 non cōferunt ſtomacho habentia
fortem ſtipticitatem:ſed temperatam
ſicut roſe ⁊c.Poſtremo de ciborum ſa
poribus mihi videtur concludendum
cum Iſaac loco allegato dicente. Hor
ribilia ſaporoſa humane complexioni
ſunt cōtraria vt potētica:ſtiptica: ace:
toſa:amara ⁊ ſalſa:cuius quidē ratio
nem aſſignat in.c.v.cū ait. Quicunqꝫ
cibꝰ eſt grauis in odore:ſiue abomina
bilis in ſapore nutrimēti eſt peſſimi:⁊
ꝓpterea ſi alicui neceſſariū fuerit hu:
iuſmodi mala nutrientia comedere in
pauca quantitate ⁊ paucis vicibus:⁊
nō frequēter vtatur.vt admonuit Aui
cen.in tertia primi.c.de eo quod come
ditur ⁊ bibitur ⁊c.

¶ Capitulū.lvj.oſtendit quantum fa
ciant ad ſanitatis cōſeruationē cibi et
potus delectabiles:⁊ ſi aliqualiter fue
rint minus q̄ꝫ commendati deterio:
res.

UVA. BHSC. IyR_272

Delectabilitas reficientiū oēm mūdi saporē vincere ⁊ ſuperare dicit. Quā quidem delectationē autores medicine nō mediocriter magnifacere: ⁊ ideo rationabiliter et cōſecutiue de ipſa poſt saporum determinationē dicendū eſſe hoc in loco nō incōgrue exiſtimaui. Tantā eñ in cibis vim habet hec delectatio: ꝙ facere poſſit vt min⁹ boni plerūq; magis bonis anteferātur: vt colligit ſnīa hippocratis i.ij. aphoriſmoꝝ. aphoriſmo xxxviij. dicētis. Parū deterior cibus et potus delectabilior: melioꝛib⁹ quidez ⁊ in delectabilib⁹ ē magis appetēd⁹. In cuius cōmēto dixit Gal. Oīs eñ cibus ſapidus quo q̄s delectat: cū accipitur a ſtomacho amplexus retinet: ⁊ cū magna delectatione digerit pluſq̄ q̄libet ali⁹ q̄ ſi fuerit abomiabilis fugit ide vomit⁹ faſtidiū ⁊ inflatioḡnat. A quo videt aſſumpſiſſe Raſis i.xxv. continentis. c.j. cum dictum hippocratis preallegatū exponeret inquit. Quare ſcire debes ꝙ res que erit penes maiorem partē hominum mala modice: ⁊ penes vnū ipſoꝝ delectabilis eidem erit melior: qm̄ vbi fuerit delectatio: ibi ſequit bonitas digeſtionis. Et ſubiungit. Diximus eñ ſi fuerit mala modice: qm̄ res delectabilis ſi fuerit in vltimate malicie: non debemus ea vti tunc frequenter ob delectationē ipſi⁹: immo ſi fuerit malicia eius modica: ⁊ delectatio egri in ea ſit abundantior magis q̄ illa que nō habuerit ipſam maliciam: ⁊ ſimilis debet eſſe cōditio in corpore ſano. Et infra ſic etiam ſubdit. Que cōſueuit vti aliquo nutrimento: illud erit eis magis conueniens licet non fuerit laudabile modice: et ſimiliter eſt cōditio temporū ſumptionum: eius delectatio enim ipſius nutrimenti in hoc dignitatē habet maximam: qm̄ quanto deteſtabilius fuerit nutrimentum: tanto magis vehementior erit digeſtio ipſi⁹: quare ſequi debes illud ſcdm̄ conſuetudinē approbatam ⁊ antiquā. hec ipſe. Quod etiam ſenſit Auicē. in.iij. pmi doc.ij. c.vij. dicens. Oportet te ſcire ꝙ nutriens melius eſt qd̄ melius ſapit: propterea ꝙ ſtomachus ⁊ virtus nutritiua vehementer ipſi applicātur: cū bone fuerit ſubſtantie: ⁊ fuerint omnia principalia mēbra in ſuis operationibus ſana. Nec minus hoc ſenſit Auerrois ī parte.ij. canticoꝝ cōmento. xvij. dicens. Duoꝝ cibariorum ille qui minoris eſt iuuamenti magis tñ delectabilis: melior eſt minus delectabili ⁊ ſi ſit maioris iuuamēti ⁊ in.v. ſui colliget etiam hoc idē voluit cum ait. ꝙ qñ cibus eſt multū delectabilis: leſio que ꝓuenit ab eo nō eſt multū manifeſta. Nō ſolum igitur ſanis. ſed etiā infirmis ſaporita ⁊ delectabilia cibaria ꝯuenire videntur dicēte Iſaac in vniuerſalibus dietis. ca.viij. Cibi temperatiſſimi ⁊ iuuatiſſimi ſunt maxime ſi ſaporiti ſint: facilliores enim ſunt ad digerendum ⁊ vtiliores in ſanitate cuſtodienda in ſanis ⁊ infirmis reddēda. Non ſaporitos vero abhorret natura. Unde nō digeſtibiles ſunt: immo ſtomacho nocētes ⁊c. Et infra ſic iterū inquit. Si duo cibaria in natura ſua vel ī qualitatib⁹ equalia ſaporiora ſunt ſtomacho vtiliora: ⁊ ad digerēdum velociora: nō ſaporita ꝟo econtrario. ⁊ adhuc in eodē c. dixit. Si duo cibaria eq̄lia ſint in ſanitate cuſtodiēda ⁊ infirmis reddēda ſtomacho delectabiliora ſunt ⁊ vtiliora. Ex q̄b⁹ ſatis eligere poſſum⁹ ꝙ cibis bonis ⁊ delectabilib⁹ ſit vtendum ſemper. Reliqui vero tanq̄ inutiles ⁊ nociui pretermittantur.

¶ Capitulū.lvij. oſtendit ꝙ reficiētia cum contrarijs debeant alterari: cum fuerint alicuius excellentis qualitatis: vel complexio aſſumentis diſcraſiata.

UVA. BHSC. IyR_272

Ad cōplementū cōſiderationis noſtre de ciborum qualitate: dicēdū eſt de vtilitate tēperātie reficiētium: que qdem non modo vtilis: verū ēt ad ſanitatis cōſeruationē neceſſario: eo ꝙ quādoqꝫ calida vel frigida nimis ſint nobis oblata: ſimiliter ſicca vel humida ꝗ tñ ſic incorrecta pernecabilia videtur eſſe ⁊ ſepiſſime egrotare facientia: vt ſupra viſum eſt: cū de prima ciborū qualitate loquerem ur: quāobrē ne hmōi mal; vel excellētis qualitatis nobis nocere poſſint debemus ea corrigere ⁊ tēperare cū ſibi cōtrariis.ſ.calida cū frigidis. humida cū ſiccis ⁊c. ſm qđ pcepit Auice.in.iij.primi doc.ij.c.vij.dicens. Frigiduz nutriens ſicut cucumer ⁊ cucurbita temperet cū eo qđ ei exiſtit cōtrariū ſicut allia ⁊ porri: ⁊ ſi fuerit calidū: cū eo qđ eſt frigidū tēperet: ⁊ ſi oppilatiuum fuerit: cum eo qđ aperiat ⁊ euacuet ⁊c. ⁊ infra etiam ſubiūxit. Et cui res dulces nocēt: acetoſa bibat: cui vero acetoſum nocet rē dulcē poſt ipm comedat. Idē quoqꝫ in cāticorū parte.ij.textu cōmēti.xix.ſcripſit. Cibi ſūt pmiſcendi.ſ.humidi cū ſiccis: dulces cū acetoſis: frigidi cū calidis ⁊c. Cui⁹ hec eſt ſeries. Eſt aūt humidū ⁊ lubricū ſtiptico imponēdū. eſtqꝫ ſapor dulcis acetoſo vniēd⁹ ⁊ ſiccū cū humido rectificandū: ⁊ frigidū cū calido ⁊ econtrario. Qđ ſi timeat defedatio oleaginoſi vel eius qđ eſt male digeſtionis rōne pinguedinis addat ſal eis aut aliqd acutū: nā hec iuuāt ad ſubtiliādū qđ etiā voluit Raſis in.xxv.cōtinētis c.j.cum ait. Et ſi coact⁹ dederis alicui nutrimētū inconueniens miſce cū eo aliqđ cōueniens ad remouendum nocumentū ipſius mō quātitatis ipſi⁹ ⁊c. Hoc etiā ſenſiſſe videt. Iſaac in vniuerſalib⁹ dietis.c.xiiij.di. Caro ꝗ calida fuerit i ſui cōplexiōe: cū vua acerba ⁊ aceto pomi citrini.ſ.arantij: aut limonis vel mali granati ⁊ ramis portulace aptet. Si vero accipiētis natura ſicca fuerit: cū aceto: ⁊ cucurbite ſucco ⁊ ſucco cucumeris ⁊ citrulorū ⁊ lactucarum ſuū calorē temperantiū ⁊c. Hoc igit obſeruet preceptum cōſiderata ſubſtātia ⁊ qualitate ciborū in ſeipſa cū tēperato corpori vel ſatis bñ cōplexionato exhibent: nō minuſqꝫ obſeruandū eſt id qđ dixim⁹ e: pte ſuſcipientiū: iuxta ſniam Gal. in lib. de euchymia ⁊ cachochimia ſic ſcribētis. Sanatiua pdietationū nemo ſcitor erit ſi naliter niſi cognoſcat corporum naturas: qb⁹ nec adducunt. Quedā eñ dēſa ſunt ⁊ difficile tranſpirabilia. Quedā vero rara ⁊ de facili euacuabilia ⁊ indigēt vt palā eſt cibo hūidiori porra: ſicciori vero ſcda. Et illa qdem groſſiori. illa aūt ſubtiliori: ⁊ illa qdē pauciori: illa vero ampliori: ita ꝙ ⁊ qcūqꝫ melācholicū hñt ſanguinē humidis ⁊ calidis cōplexiōe indigēt cibis: ſicut ⁊ qcūqꝫ cholericū humidis ⁊ frigidis: ſimilr aūt ⁊ qcūqꝫ ſunt phlegmatici calidis ⁊ ſiccis: qcūqꝫ vero ſanguinem benignū aggregāt ampliorē paucioribus qdē cibis indigēt: apparentem aūt nullā hñtib⁹ virtutē nimie: ſꝫ conſiſtentib⁹ in medio ⁊c. Qđ clarius innuit in lib. de diſſolutiōe cōtinua: cum ait. Itaqꝫ opꝫ qñ dñans eſt ſm corp⁹ ſanguis mūdus. ꝙ adminiſtrent cibi equales i quātitate tēperati in naturis ſuis ⁊ qñ eſt phlegma dñans opꝫ vt ſint cibi calefacientes ⁊ exiccantes et nutriat cū his ꝗ addūt i caliditatē ⁊ cōſumant humiditatē. ⁊ qñ ei fuerit dñans colerā opꝫ ꝙ nutriat cū his extinguūt ipam ⁊ addūt in humiditatē ⁊ qñ ei nigra cholera dñat: opꝫ vt nutriat cibis calidis ⁊ humidis. ⁊ cū corpus eſt ſpiſſum tarde diſſolutiōis opꝫ vt nutriat cibis paucis ⁊ ſubtilib⁹ humidis q: paucū eſt qđ diſſoluit de corpore: ⁊ qñ corpus fuerit raruz: opꝫ vt nutriatur cibis multis groſſis ſiccis ⁊

UVA. BHSC. IyR_272

viſcoſis ꝓpter multitudinē ei⁹ qđ diſſoluitur de corpore ꝛ hoc regimē eſt conueniēs de neceſſitate niſi ſit in aliquo corporis mēbroꝝ leſio ꝛc. hec ipſe. Et ideo tēperāda ſunt reficientia: vt diximus altera iā dictaꝝ duarum ratione quare ꝛc.

¶Cap.lviij. oſtēdit q̄ debeat eſſe refectiōis q̄titas: ꝛ que nocumenta proueniant ex ſuperflua.

Viſa ſubſtantia ꝛ qualitate reficientiū: de q̄titate iporum volumus impreſentiarum dicere cum pauciores hoīes ſi exceſſiua fuerit q̄qualitas ipſa nō interimat: aut ſaltē ad pniciosas egritudines nō pducat. dicēte Eccl'is.in.c.xxxvij. Propter crapulā multi obierūt q̄ aūt abſtinēs eſt adijciet vitā. Qđ ſenſit Aui.in.iij.primi doc.ij.c.vij. dicēs. Uehemēs repletio in qualibet diſpoſitione eſt pernecabilis ſiue ex comeſtione ſit: ſiue ex potu: quot namq̄ hoīes ſupflue ſe repleuerūt ꝛ ſuffocati interiere. ꝛ infra nihil eſt deterius q̄ faſtidiū. ſ. ſequēs repletionē ꝛ ꝓprie cū fuerit faſtidiuꝫ ex malis nutrientib⁹: ꝓpterea q̄ cum faſtidiū ꝓuenerit ex groſſis nutriētibus hereditare faciet iūcturaꝝ dolores: ꝛ renū: ꝛ diſniā: ꝛ podagrā. ꝛ ſplenis ꝛ epatis groſſitiē ꝛ phlegmaticas egritudines ꝛ melancolicas: qđ faſtidiū ſi ex ſubtiliātib⁹ acciderit nutriētibus ꝓueniēt ex ipſo febres acute et erratice ꝛ maligne ꝛ apoſtemata mala acuta ꝛc. hoc etiaꝫ ſenſit Ga.in.ij. de accidenti ꝛ morbo.c.iij. di. Sicut cā frigidi morbi plenitudo potus: ſic nimia abūdantia cibi: lꝫ cī̄ corporis ſit nutritiuus ꝛ ipſi cōueniēs cā tn̄ eſt frigidoꝝ morborū. ꝛ in li. de diſſolutione cōtinua ſic etiā ait. Obſeruāda eſt ciborū menſura: ita vt ſint in mēſura virtutis digeſtiue: qꝛ ꝛ ſi eſt cibus in ſeipſo bonus ꝛ corpori conueniens ꝛ eſt virtutem digeſtiuā debilitans q̄titate ſua generatur ex ipſo nutrimēti malū qđ diuerſoꝝ morboꝝ eſt occaſio ꝛ precipue frigidorum vt dictuꝫ eſt. Modū aūt ꝛ principiuꝫ cauſandi tales infirmitates poſuit Auicen. in canticis textu cōmenti.clxxxiij. dicens vehemens ſaturitas ꝛ crapula calorē ſuffocat ꝛ extinguit quēadmodū excedens olei q̄titas extinguit flammaꝫ lampadis donec ipſum omnino ſuffocet: vt inq̄t Auerroys in eius commēto. ꝛ propterea dicendū eſt cum Petro Apoſtolo. Fratres ſobrij eſtote ꝛc. Et ſimiliter cuꝫ principe in tertia primi doc. ꝛ.c. vbi ſupra ſic ſcribente. Ex cibo nullus eſt ita replēdus: vt nō ſit ibi locus ſuperfluus: ſed ab eo eſt remouendus reliquijs deſiderij adhuc in anima remanentibus hec eīm famis reliquie poſt horam vnam deſtruuntur quoniaꝫ nulla eſt deterior comeſtio quam que ſtomachi grauitatem facit: vt idem ait ibi: ſed paruꝫ infra que fuit ſententia Ariſto. in prima problematum ꝓblemate.xlvij. dicentis. Sanum eſt a cibo ſubtrahere ꝛ cauſaꝫ ſubiungit dicens. Quia egritudinis cauſa eſt multitudo ſupefluitatis. hec autem fit quotiens nutrimēti ſuperabundantia fuerit. ꝛ in eius commento Padubanenſis noſter ſic inquit. Huius vero exceſſus ſuperfluitatum cauſatur quocunque modo nutrimentum ſuperabundauerit: Ita quod natura ipſo non indigens non digerit: neque poſtea conuertit: ſed indigeſtum permanens conuertitur in ſuperfluitates que demum modica occaſione commote mouentur ad putrefactionem cauſantes egritudinem hec ipſe. Et propterea dixit Raſis in xxv. continentis.c. primo quod ſatietates nauſeatiuas in aliquo tēpore ſequuntur accidentia huiuſmodi. ſ. inflatio: compūctio: ſolutio vētris: nau-

UVA. BHSC. IyR_272

ſea:defectus appetitus cibi:aut exercitio eiꝰ remiſſio corporis:groſſa mẽs negligentia:ponderoſitas capitis: et aurium dolor:ꝛ ſtomachi anguſtia:impeditus intellectꝰ:calamitas: melancholia:colica:vitiũ ſplenis: epatis et articulorum:corpus laxum ꝛ febris. Et infra etiã dixit. De maioribus cauſis habẽtibus vim in corruptione ſanguinis ſunt ſatietates nauſeatiue illate frequẽter ꝗ̃ quotiens fiunt de nutrimẽtis malis:peiores ſunt: ꝛ ſi fuerint de groſſis generãt morbos groſſos. Et ſi de ſubtilibus morbos calidos Quam obrem perutile nimis eſt cõſiliũ ſurgere a menſa cum aliqua ſanus particula adhuc remãſerit ꝛ precipue obſeruandũ ab habentibus frigidũ ſtomachum:qui longe plus appetit ꝙ̃ bene digerere poſſit:teſte Gal.in iij. Techni textu cõmenti.c.cxiij.ſic dicẽtis. Frigidus natura venter appetere quidẽ bonus:digerere ꝟo nõ bonus:ꝛ maxime quicũꝗ difficile mutabiles ꝛ frigidi ciborum fuerint:aceſcunt enim hmõi cito in ipſo ꝛc. Quẽ textũ ſic gloſant Hali ꝛ ceteri ipm exponentes ꝙ frigidꝰ ſtomachus plus appetit ꝙ̃ digerat ꝛc. In habẽtibus ꝟo ſtomachũ valde calidum appoſitum eſt faciendum .ſ. ꝙ aliquid vltra vires deſiderij eſt accipiendum:quia calidior natura venter digerit quidem melius ꝙ̃ appetat vt dixit Galie. vbi ſupra. perpauci tamen huiuſmodi ventrem habentes reperiuntur: plurimi autem frigidum: et propterea tanꝙ̃ vniuerſalem regulaꝫ fecit philoſophus cũ ait. Sanum quidem eſt a cibo ſubtrahere ꝛc.

ipſum cauere ab humidas cōplexiones habentibꝰ: ac debilē appetitū in ſtomacho. Et alibi ſic etiaʒ dixit. Cerebrū pinguedo ꝛ ſimilia ſūt viſcoſa ꝛ lubricatiua ſtomachi villos ſua hūiditate defectāt ꝛ corrūpunt: ſunt etiā in malos humores cōuertibilia. q̄ q̄ʒ fuit Gal. ſnīa i. iij. de alimētis. c. vij. dicētis. Magis phlegmaticū eſt ꝛ groſſi chimi ꝛ tardi meatꝰ ꝛ indigeſtibile: non minus ꝛ malū cerebrum oē eſt ſtomacho. a q̊ princeps accepit i. ij. canonis i. c. ciij. cū ait. Cerebrū frigidū eſt ꝛ humidū generās plegma ꝛ humores groſſos ꝛ ſubdit. ipſuʒ em̄ facit nauſeā apud digeſtionē ſuā ꝛ delet appetitū. Et ſilr̄ Almāſor in li. iij. c. xj. di. Cerebrū cū ſit frigidū nauſeā facit: ac ſtomacho nocet ꝛc. Cū igr̄ hec faciat cerebrū aīaliū ſua ſupflua hūiditate ꝛ viſcoſitate: aut nō erit comedēdū oīno. aut p̄paratū prius et cōditionatū vt. j. Quarū cōditionū hec prima ſit. ꝙ ipm̄ nō ſit aīalis humidi ꝛ viſcoſi naturaliter vel accidentaliter vt porcis pecudis agni ꝛ hmōi quorū cerebrū oīno eſt fugiēdū. Sʒ ſit potiꝰ ſiccorū cerebrū naturalr̄ aīaliū: ꝛ volatiliū magis ꝙ̄ ambulantiū: qm̄ illud magis approbat̄ ab Iſaac in libro particulariū dietaꝝ c. de volatilibꝰ cū ait. Cerebella volatiliū cerebellis ambulantiū ſunt meliora. quoniam minoris ſunt humiditatis ꝛ viſcoſitatis ꝛ propter hoc iudicamus ipſorū cerebella parū eſſe humida ad illorū cōparationē. ꝛ laudabiliora oibus cerebellis volatiliū ſunt ea q̄ pullorū ſtarnorū ꝑdicū gallorū ꝛ gallinarū. Hoc etiā voluit Auic. in. ij. canonis cap. p̄allegato cū dixit. Meliora ſunt cerebra volatiliū ſ. ꝛ ꝓprie montanorū. ꝛ ex cerebris q̄drupedum cerebrū arietis. ſ. hedi: deinde vituli ꝛc. Et fuit Gal. ſnīa in. iij. de alimētis. c. xx. dicentis. Cerebra parua q̄dē habēt volatilia animalia: meliora tamē multo his q̄ ipeditātibus quāto ꝛ ſicciora: his igitur vtēdū eſt potius ꝙ̄ cerebris ambulantiū. Que ꝛ ſi voluerimꝰ oīno comedere: ſit iſta ſcd̄a cōditio obſeruāda: vt ante cibuʒ ſumātur: et cū reprimētibꝰ eoꝝ malitiā ſint precōdita: dicēti Iſaac in. ꝑ. d. Anteq̄ comedāt cerebrū cum aceto pipere zinzibere ꝛ abſinthio ꝛ mēta ꝛ ſimilibꝰ illud cōdiāt. qd̄ ſenſit princeps vbi ſupra dicēs. Et oportet q̊dē vt comedat̄ cū ſeminibꝰ. ſ. calefaciētibus ꝛ deſiccantibꝰ. Et ꝙ ita ſint verba eiꝰ interpretāda: apparet ꝑ Gal. in. iij. de Alimētis. c. vij. dicentē. Cerebrū lʒ ſit groſſi chimi ꝛ ſupflui: cū melius aūt ſit ꝙ̄tū ad oia cū inciſiuis ꝛ calefaciētibꝰ preparatum: ſic enim conditum ſi bene digeratur: alimentum notabile dat corpori hec ipſe: quare ꝛc.

Capitulum. ciij. oſtendit naturā nuche ꝛ medule cū earum malitijs ꝛ nocumentis ꝛc.

Mucha eſt nūcius ꝛ vicarius cerebri in curſu dorſi: a qua lateraliter oriūt̄ nerui nō potētes conuenienter a cerebro naſci: q̄ ſpinalis medulla ſiue dorſalis nūcupatur: vt ex dictis Aui. in prima tertij ꝛ pria p̄mi colligi pōt. Eſt em̄ velut clauus ligans ſpōdilia: teſte Auerroi in ſcd̄o colliget. Que cum minꝰ mollis ſit ꝙ̄ cerebrū: quanto magis ab eo diſtat ꝛ remouet̄ tāto magis indurat̄: vt inquit Gal. i. ij. Alimētoꝝ. q̄ q̊dē medulla ſiue nucha cū ſit cerebro frigidior: vt probat Conciliator in dr̄ia. xxv. ꝛ fuit ſnīa Iſaac in li. particulariū dieta

UVA. BHSC. IyR_272

ſũ ſic ſcribētis.Medulla ſpondiliũ
ad cōparationē medulle oſſiũ frigi
diſſima ē ſicut ꝛ humidiſſima .Eſt
eñ ſicut cerebꝛũ durioꝛ tñ ē ipſo fri
gidioꝛ:ꝛ minoꝛis hũiditatis . q̄ ſi
bñ digerat̃ groſſius ꝛ plꝰ cerebꝛo
dabit nutrimētũ.Medulla tñ oſſiũ
ſapoꝛoſioꝛ ꝛ faſtidiũ faciens:bñ tñ
digeſta multũ nutrit.Hoc eñ ſen=
ſit raſis i.xxiij.cōtinēt;.c.cccccclvij.
cũ ait.Medulla q̄ eſt i interioꝛi pte
oſſis: ſuauioꝛ ꝛ vnctuoſioꝛ eſt me=
dulla cerebꝛi:q: excitat vomitũ: tñ
ſi digeritur nutrimētũ ipſius erit
habũdās.ſ3 medulla ſpinalis.ſ.nu
che nō cōpetit:q: ſolidioꝛ ē medul=
la cerebꝛi qñ digeritur non modici
nutrimēti eſt.Et auctoꝛitate Pau=
li dixit ꝙ vngit ſtomachũ tollit ap=
petitũ cibi ꝛ lenit ventrē.vnde co=
medēda eſt cũ aromatibꝰ: ꝛ Halia
bas in quinto Theoꝛice.c.xxij.ſic
de ipſa ait.Medulla cerebꝛo iocun
dioꝛ eſt ꝛ ſuauioꝛ: ſ3 ſi plurimũ ſu=
matur ſubuertit: iō cũ ſaturegia et
ſale opoꝛtet accipere . Et hi oēs a
Gal. ſumpſere dicēte in .iij.de ali=
mētis.c.viij.Nauſeatiuꝰ ē cibꝰ am
plioꝛ comeſta medulla ſicut cere=
bꝛũ.ſi aũt bñ digerat̃ nutritiua eſt
ipſa.ꝛ infra ſubdit. Spinalis me=
dulla cōtinua q̄dē ē cerebꝛo.: ꝛ eiuſ
dē nature cũ ipſo:durioꝛ aũt nō mo
dicũ ꝛ maxime i inferioꝛibꝰ extre=
mitatibꝰ ſpine.inquātũ eñ diſtat
a cerebꝛo.plꝰ:intantũ magis indu=
ratur.Si aũt hec alijs medullis cũ
paretur:magis mollificatiua repe
ritur:ꝛ ꝑ cōſeqnēs magꝭ ſtomacho
nociua: vt colligitur etiā ex verbis
Serapiōis dicētis Reperit̃ in oſſi=
bꝰ medulla q̄ vere ē medulla. Alia
in ſpinali ꝛ eſt nucha : q̄ eſt durioꝛ
ꝛ ſiccioꝛ medullis alijs oibus q̄ ac=
cipiũtur ex oſſibus. ꝛ habet de mo
lificatiōe ꝛ vnctuoſitate plꝰ . Non
igit̃ ē comedēda cũ peioꝛ alijs me=
dulis videatur:vt dictũ eſt ꝛ tanto
magis ꝙ ſi oīs alia medulla eſt ca
lefactiua lenitiua ꝛ abſterſiua:licet
multi nutrimēti ſi digerātur teſte
pꝛincipe in ſcđo canonis.c.ccccc.ꝛ
conturbet ſtomachũ ꝛ delet appe=
titũ vt idē ait ibidē.Quāto magis
nucha cum ſit frigidioꝛ cerebꝛo ꝛ
groſſioꝛ vt diximꝰ, ꝛ vnctuoſioꝛ ꝛc.
Dimittāt itaq̄ q̄ ſuaz. volũt cōſer=
uare ſanitatē hmōi medullas:ꝛ pꝛe
ſertim q̄ ſtomachũ debilē ꝛ hũidũ
habēt ꝛ ſimiliter q̄ deiectũ ꝛ poſtra
tũ ſuũ ſenſerit appetitũ. qđ ſi om=
nino quandoq̄ voluerint eis vti:
ex bonis et ex laudatis animali=
bus ſupꝛa ſic accepta:quoniam cō
uenientioꝛ eſt medulla vituloꝛum
et cerui ꝛ tauri et capꝛarum: dein=
de ouium vt inquit pꝛinceps vbi
ſupꝛa. Quo in loco iuſſit etiam vt
anteq̄ comedamus eam vt pꝛepa=
remus ſufficienter dicens . Opoꝛ=
tet vt comedatur cum piperibus ꝛ
ſeminibus.Sic enim medulla in=
ter frigiditatē caliditatem exiſtit ꝛ
temperamento vicina : caliditati
tamen magis appꝛopinq̄t. Que et
ſperma augmentat ꝛ ſtomachum
mollificat.vt etiam aſſerit Alman
ſoꝛ in.cap̄.xj.libꝛi tertij. Uerum q:
huiuſcemodi naturaliter ſunt hu=
mida ꝛ viſcoſa ꝛ lubꝛicatiua ſtoma
chi: et quia villos ſua humiditate
coꝛrumpunt et in malos humoꝛes
conuertuntur : vt ſupꝛa diximus
cum ipſius auctoꝛitatem allegare=
mus:pꝛopterea ſecuriſſimum no=
bis eſſe videtur vt talia vnctuoſa
et ſtomachum mollificantia omni
no poſtponātur potius: q̄ etiā cō=
dita:ꝛ i pauca ſumātur quātitate.

¶Capitulum .ciij. oſtēdit na=
turam oculoꝛum et lingue pꝛo
quanto via cibi faciũt ad nu=
trimentum.

UVA. BHSC. IyR_272

Oculus eſt inſtrumē-
tum videndi: comple
xiōe aqueū cū quadā
anteriori planitie ro-
tundum: in ſupremo
anterioris partis ca-
pitis locatum: ex ſeptem tunicis ⁊
trib⁹ humorib⁹ cōſtitutū: ſex muſcu
lis motuz: ⁊ vno vel duob⁹ ſeu tri-
bus fultum. inquit Conciliator in
differētia. lxiiij. Qđ ſenſit Gal. in. j.
de ingenio ſanitatis. c. vj. dicens.
Oculi ſunt mēbra quoꝝ actio eſt vi
ſus: q̄ ex ſeptē tunicis ⁊ trib⁹ cōpo
ni inueniunt̄ humorib⁹: teſte Raſi
in. j. Almāſoris. c. viij. Que q̄dē dif
finitiōes de viuentib⁹ oculis ſemꝑ
ſunt intelligēde. Nos aūt oculos
nō viuentes: ſed prout veniunt ad
cibos cōſideram⁹ in p̄ſenti ꝓpoſi-
to. queadmodū de eis locutus eſt
Iſaac in libro particulariū dieta-
rū cū ait. Oculi ſūt ex diuerſis ſub-
ſtātijs cōpoſiti: habēt eñ lacertos
pinguedinē pelliculas et hūores.
Quātum eñ eſt ex parte pinguoſa
ꝑtinent calori ⁊ hūiditati: quantū
vero eſt ex ꝑte pelliculaꝝ attinēt
frigiditati ⁊ ſiccitati. idcirco de pin
guib⁹ aialibus frigdi ſunt ⁊ humi
di. Si vero de macilētis: frigidi ſūt
⁊ ſicci. ⁊ ſubdit. ⁊ licet oculi facili⁹
ceteris mēbris digerātur tñ ob pin
guedinē ſibi admixtā habēt gra-
uedinis viſcoſitatis ⁊ indigeſtio-
nis quoddaz: ⁊ ꝓpter hoc nō acci-
piant̄ niſi cū aceto ſale apio pipe-
re calamēto: zinzibere ⁊ ſimilibus
cōdiant̄. Qđ ſenſit Gal. in li. de eu
chimia ⁊ cachochimia. c. iiij. cū in-
ter ꝑtes aialiū difficile digeſtibi-
les oculos enumeraret: vbi etiā di
xit. Oculos pauci. q̄dē comedūt: cō
ponūt̄ eñ ex diſſimilib⁹ ſubſtātijs
Muſculi aūt eoꝝ ſūt bñ digeſtibi-
les ſoli animaliū q̄ idoneā habent
naturā ad euchimiā quales ſūt cō
modati ſcđ3 etatē porci. Ab his tā
men partibus maniſeſte diſceſſit
platina cū inquit. Oculi animaliū
ſi tenerrimi ſint et pinguis beſtie
cū ſint ⁊ humidi moderati alimen
ti habent̄. Qđ tantū quidem a via
deuiat veritatis quātū ⁊ ipſe a pre
fatis ſapiētibus receſſit. Quāobrē
aut oculos oīno dimittemus ani-
maliū: aut eos ex melioribus ⁊ lau
dabiliorib⁹ beſtijs eligemus cōdiē
tes ipſos: vt iuſſerūt Iſaac ⁊ Halia
bas. vbi ſupra: ⁊ raro eis vtēdo De
lingua aūt dicem⁹ cū Anicē. in. vj.
tertij. c. j. ꝙ ipſa eſt mēbrū oris: ⁊ in
ſtrumentū conuerſionis cibi maſti
cati. Scđm aūt Ariſto. in. iij. ꝓble-
matum problemate. xxxij. lingua ē
caro ſpongioſa. a quo ſumpſiſſe vi
detur princeps in. ij. canonis. cap.
ccccxlv. cū ait. Lingua eſt ſubſtan-
tia cōpoſita ex carne laxa in qua pe
netrant vene ⁊ nerui ⁊ lacerti: ⁊ hu
mor eius eſt humidus ⁊c. Et Ra-
ſis in. xxiij. continentis. capitulo.
ccccccxcvj. de ipſa dixit auctoritate
Bimmaſui. lingua groſſa eſt habū
dātis mot⁹ coadunatiōe hūidita-
tis. vnde comedi dz cū ſinapi. Et
dixit Paulus. mollis eſt ⁊ modici
nutrimēti. Et inq̄t Galien⁹ in lib.
nutrimēti. Subſtātiā hȝ cōpoſitā
de carne molli venis et muſculis
generās humorē habentem ſuper
fluam humiditatē. Sed Haliabas
in. v. theorice. capitu. xxij. ſic de ea
ſcripſit. Lingue caro temperata eſt
et digeſtioni obediens: eiuſq̄ nu-
trimentum inter multum et mo-
dicum. Cui videtur conſentire
Iſaac in. p. d. cum dixit. Lingua
inter lacertos et teneram carnem
eſt mediocris idcirco ſola comeſta
dat nutrimentū inter durū ⁊ molle
⁊ mediocre. Que ſi cum lacerto ſub
ſtātie ei⁹ iuncto mādūceſ: erit lau-
dabilior faciliſq̄ digerit̄. Rurſus
ſi cum

UVA. BHSC. IyR_272

ſi cum tenera carne ſibi iũcta per quã ſaliua tori deſcendit manducet͂ durioris ⁊ viſcoſioris erit digeſtionis. Unde bonũ eſt ſi cũ obſomagaro. i. ſale: pipere ⁊ aceto: origano. zinzibere: ⁊ ſimilibus comedatur ⁊c. Ex qͥbus põt ꝗ̃ facilli e vnuſq̄ſq; ponere ↄcordiã inter aliqualiter diſſonantes auctores: vt pꝫ. ſecundũ eñ quod diuerſimode lingua conſideratur: ſic diſſimilis extitit nutriment. Quare cõcludere poſſumus cũ Michaele noſtro ſic dicente auctoritate Ruffi. Linguarum carnes ſunt ſatis temperate: quare nutrimẽtũ eſt mediocre in ꝗ̃titate. Et idõ non eſt periculum linguis laudabiliũ animalium vti quandoq;.

Capitulũ. cv oſtendit naturaꝫ carnis: auriũ: nariũ: cutis: gutturis: ⁊ ſimilium cartilaginoſorum.

De his oĩbus ĩ vno capitulo ſcribendũ eſſe videtur: cũ in ſuis naturis ⁊ cõplexionib⁹ ſimilentur. Sed inceptum modũ obſeruãtes dicim⁹ ꝙ auris eſt membrũ creatũ auditui: ⁊ factum eſt ei oſtracoſum anfractuoſum ⁊c. vt dixit prĩceps in. iiij. tertij. c. j. Nares vero ſunt vie per quas anhelitus trãſit teſte Gal. in. v. de accidenti ⁊ morbo. c. iij. a quo Conſiliator accepit in ſua differentia. xlv. cũ ait. Nares ſunt inſtrumenta delatiõis aeris ad pulmonem: ⁊ odoris ad carũculas: ex pluribus oſſibus ⁊ cartilaginibus cõpoſita: quorum inſtrumentoꝝ ↄplexio eſt frigida ⁊ ſicca: vt colligit͂ ex verbis Iſaac in particularib⁹ dietis ſcribentis. Nares frigide ⁊ ſicce ſunt. Sunt enim cartilaginoſe: ideoq; digeſtioni difficiles. paꝝ nutriũt. Et ſupra dixerat. Membra q̄ naturaliter ſicca ſunt dure digerunt͂: tardeq; de ſtomacho eijciunt͂: ⁊ minus ceteris ſunt nutrientia: maxime ſi fuerint de animalibus ſiccis ſicut bobus capris. Que ꝗ̃uis bene ſint maſticata in ſtomacho et epate bene digeſta ſiccũ tamen generant ſanguinem ⁊ peſſimũ. Quod iterũ voluit in proceſſu magis cũ ait. Extremitates animaliũ: q꞉ omnino carent pinguedine tarde digerunt͂: ſunt eñ de ſubſtantia cutis ⁊ neruoꝝ. que quidem videt͂ Raſis ſententia in. xxj. continentis. c. lx. ⁊. lxj. dicentis. Naſ⁹ ẜm Meſue eſt frigidus ⁊ ſiccus: q꞉ eſt cartilaginoſus ⁊ eſt dure digeſtionis ⁊ dꝫ comedi cũ aromatib⁹. Auris autem ẜm eũdem eſt de natura naſi. et ẜm qḋ inquit Gal. in libro chimorũ. Aures animalium ſunt cartilaginoſe non digerunt͂ nec mutant͂. Et cutis q̄ eſt ſuper cartilagineꝫ eſt pauci nutrimenti ⁊ difficilis digeſtiõis q꞉ eſt ſubtilis ⁊ ſicca: ⁊ hoc eſt qḋ voluit Gal. in iiij. c. li. de enchiomia ⁊ cachochimia. Cum inter partes animaliũ difficile digeſtibiles ſint nares ⁊ aures. Et talia enumerata. Qua de re cũ Iſaac in loco allegato eſt concludendũ dicẽte. Labra auribus ſunt laudabiliora: q꞉ auricule de cute ⁊ cartilagine ſunt compoſite. Cartilagines vero ſi de animalibus iuuenib⁹ fuerint ⁊ bene coquantur: erũt digeſtibiles ⁊ preſertim ſi de lactentibus fuerint. Ideꝫ quoq; de cuti eſt ſentiendũ que pellis dicitur ⁊ a vulgaribus cutica: que eſt membrum ex neruo carneq; contextum ſuperficietenus corpus ãbiẽs omne ac ipſi⁹ protectiuũ: vt dixit Cõſiliator in differentia. xliij. Et lꝫ hec vere cutis ſit diffinitio: tamẽ ⁊ aggregato ex cuti ⁊ imene conuenit: ⁊ ad ꝓpoſitum facere videtur: quoniam malum dat nutrimentum ſua groſſicie ⁊ terreſtricitate ſiue ſiccitate. ſicuti ſenſit Auic. in. ij. canonis. c. ccccclij. dicẽs.



UVA. BHSC. IyR_272

Meliores ex eis ſunt pelles lactentiū
propter humiditatē ipſoꝝ:carū tamē
nutrimentū eſt paruū viſcoſum:⁊ pro
pinquū eſt in viſcoſitate et diſpoſitio
nibus ſuis nutrimēto pedū. Multoqꝫ
clarius Raſis in.c.xj.libri tertij Almā
ſoris cū inquit. Cutis frigidū generat
ſanguinē in quo multa exiſtit viſcoſi
tas et oppilationē facit ⁊c. Similiter
guttur eſt frigidū ⁊ ſiccū cartilagino
ſum:proinde parū dat nutrimentū di
geſtioni inobediēs:⁊ hac de cauſa cū
calidis aromatib⁹ decet comedi teſte
Iſaac vbi ſupra. In quo loco etiā iuſ
ſit vt nares aures ⁊ huiuſmodi carti
laginoſe partes preparētur cū aceto:
obſomogaro.ſinapi:carui:pipere:zin
zibere ⁊ ſimilib⁹. Si quis autē aliqua
affectus admiratiōe quereret qua ra
tione voluerit hic auctor ꝙ huiuſmo
di mēbra cartilaginoſa que frigida
ſunt et ſicca:vt ipſe etiā aſſerit:cū ace
to ⁊ talib⁹ etiā deſiccātibus māduca
rentur:cuz videat̄ ꝙ ſiccitas ſiccitati
nō ſit cōiungēda. Cui reſpōdebimus
ꝙ ita eſt pofecto:vt ipſe ait:quādo ex
talibus iam dictis nutrimentū expe
ctaremus. Sed qñ intēdimus eorum
maliciā rectificare via condimēti hu
iuſmodi ⁊ cōueniunt:⁊ ſunt per maxi
me neceſſaria vt viſcoſitatē ⁊ groſſitiē
cartilaginoſarū rerū habeāt remoue
re cū ſua inciſione ⁊ ſubtiliatiōe. Hor
tamur tamen quoſcūqꝫ ſanguinē ha
buerint groſſum et viſcoſum vt phle
gmatici ⁊ melācholici:vt a predictis
totaliter abſtineant aut eis ꝗ͂ rariſſi
me vtantur:quare ⁊c.

¶ Cap.cvj.oſtēdit naturā cordis
⁊ pulmonis ⁊ ꝗ͂tū in via nutrimē
ti faciant ad ſanitatem.

Etſi cor ſit nobiliſſimū mē
brorū:vt inquit Auerrois
in.ij.coli.cōmento.lxxiij.
Et ſit princeps corpis pri
mus teſte Hali.i.ij.Tech
ni cōmento.xcj. Et ꝓpterea poſitū in
medio pectoris tanqꝫ in loco tēpera
tiori:vt ait princeps in.xj.tertij.c.j. Et
eſt minera generatiōis nutrimēti ſpi
rituū vt idem voluit in libro de virib⁹
cordis.c.ix. Et eſt fundamētū ⁊ quaſi
fons caloris naturalis ⁊ virtutis vita
lis.vt inquit Hali.in.v.de interiorib⁹.
c.j. Et licet inquam cor viuēs ſit plus
omnib⁹ mēbris ſanguineū:⁊ plus eis
calidū:vt ipſe dixit in primo cōplexio
num.c.ix.eſt tamē mortuū:cum ad ci
bū peruenit decoctū:valde ab eo di
uerſum:qñ viuēs erat membrū prin
cipale.cuius virtutes erāt potētes in
corpore ac effectus maximi virtutū or
ganum in corporis medio velut for
nax ſitū.vt noſter inquit Conciliator
in differētia.xlj.autoritate zoar. Mor
tuum autē cor inter viliſſimas corpo
ris partes viam nutrimēti cōputatur:
vt idē aſſerit Cōciliator in differētia.
xxiij. Qm̄ materialis cordis comple
xio:quā ſumpſit ex miſcibiliū mixtio
ne frigida eſt ⁊ ſicca:⁊ ideo fortis ex
tat texture ac cōpacte:ita vt igni vide
rim in cōbuſtis pre ceteris corpis par
tibus reſiſtere:ad quod etiā humidū
coadiuuat conculcatū in idipſum:qḋ
oportuit vt obſtaret motibus ⁊ pcuſ
ſionibus ⁊ caloribus:propter qḋ ſup
id ſita fuit pinguedo quidā equiuoca
tamē:eſtqꝫ ipſum dure digeſtionis et
delationis id eſt penetrationis ⁊ me
lancholici magis alimenti. hec padu
banenſis ipſe. Cū tamen bene digerit̄
caro cordis multi eſt nutrimenti licet
non laudabilis:vt ſenſit Iſaac in par
ticularib⁹ dietis.c.proprio cū ait. Cor
dure eſt ſubſtātie ⁊ nature lacertoꝝ
pertinēs:tarde de ſtomacho eijcitur:
bene tamen digeſtum multum nutrit
⁊c. Hoc idem voluit Almanſor in.iij.
c.xj.cum inquit. Cor calidū eſt ⁊ dure
ſubſtātie:quod ⁊ tarde digeritur ⁊ nō
multum nutrit. Et in.xxiij.cōtinentis
idem ſic ſcripſit in.c.dcxxxij.autoritas

UVA. BHSC. IyR_272

te Gal.in libro nutrimẽti.Subſtãtia cordis eſt caro ſolida muſculoſa:ideo eſt difficilis digeſtionis tarde deſcenſionis de ſtomacho:et penetrationis de inteſtinis quando digeritur:ꝛ qḋ lucratur de eo corpus modicũ eſt. Sȝ in libro chimorum dixit ꝙ eſt abundãtis nutrimenti.quod etiam voluit Bimmaſui.quibus concordat Haliabas in.v.Theorice.c.xxij. dicẽs. Cor ſolidum eſt ꝛ digeſtioni inobediens valde:quod qui comedere voluerit: oportet poſt illud zinzibere vti condito.ꝛ comedat ipſum cum pipere: ꝛ cimino:ꝛ ſaturegia:cuiꝰ digeſtio ſi plena fuerit plurimum nutrit.ꝛ hec fuit Gal.ſententia in.iij.de alimẽtis.c.xij. dicentis.Cor ſecundũ ſtomachũ quidem durum eſt:ꝛ propter hoc indigeſtibile ꝛ tarde pertrãſitionis.Si autẽ digeratur bene alimentum non paucum dat corpori.Concludamus igitur cum Michaele noſtro ſic ſcribente.Cor vt cibus debet graduari frigide ꝛ ſicce cõplexionis:cum ſit arterioſum ꝛ neruoſum ſatiſqȝ omnia frigida ſunt ꝛ pauce carnis:ꝛ ideo aut dimittatur omnino: aut eligatur ex iuuenibus animalibus ꝛ pinguibus:et ſi cum ſale pipere ꝛ cimino accipiatur remouetur nocumentum eius.Ciminum tamen mihi non placet cum horribilis ſit saporis: ſed loco eius feniculum ſumatur.

¶De pulmone vero dicimus cum Cõciliatore in differentia.xcix.ꝙ ipſe eſt terminus caliditatis naturalis in euentationem cordis ordinatus: ſeparat enim ꝛ diſtinguit animalia calida a non calidis : calidiora enim eguerunt in euentatione caloris pulmone ſeu ſanguinem habentia:reliquis vero ſufficit euentatio cum brachijs:vt in piſcibus ꝛc.Et propterea fuit creatum ꝛc.Sed in propoſito noſtro conſideratus frigide et humide exiſtit cõplexionis in primo:vt Michael refert.Quod etiam antiqui ſenſiſſe videntur cum dicat Iſaac in particularibus dietis:ꝙ pulmo ſit facilis digeſtionis : et facile de Stomacho eijciatur propter leuitatem ꝛ raritatem ſubſtantie:proinde ceteris membris corporis nutrimentũ gignit pertinens phlegmatico humori.ꝛ Haliabas in.v.Theorice dixit abſolute ꝙ pulmo parum nutrit:ꝛ phlegma generat.Raſis autem in.iij. Almanſoris inquit.Pulmo tarde digeritur parumqȝ nutrit et eſt frigidus. Et in xxij . continentis.c. cccxliiij . ſic etiam ait autoritate Galieni. Pulmo lenioris digeſtionis eſt epate ꝛ ſplene iuxta modum raritatis corporis ipſius: tamen minoris nutrimenti eſt:et nutrimentum eius eſt phlegmaticum. Et propterea dixit. Ruffus in libro regiminis .Pulmo eſt modici nutrimenti valde . et Ioannitius dixit. Hoc accidit cauſa ſiccitatis ꝛ leuitatis ipſius.Et iterum Ruffus inquit. Iuxta modum leuitatis ſubſtãtie debuit eſſe velocioris digeſtionis: tamen quia ipſe natat in ſuperioribus ſtomachi factus eſt tardioris digeſtionis.

¶Idem quoqȝ ſenſit Paulus. Auicenna vero in.ij.canonis.c.dlxxij.dixit.Pulmonis nutrimentum eſt paruum declinãs ad phlegmaticum. Et infra dixit.Eius digeſtio eſt facilis:ꝛ in ipſo eſt conſtrictio ventris.Et ſic ipſe ꝛ Iſaac vidẽtur eſſe cõtrarie opinionis ꝗ̄ prefati ſapientes:qui abſolute pronũciauerunt ipſum eſſe digeſtionis difficilis:quibus magis aſſentimus.Pro cõcordia tamẽ dicere poſſumus ꝙ aut textus eſt corruptus:et vbi dicit facilis dicere velit difficilis: aut (et forſitan melius)intellexerunt omnes ꝙ abſolute pulmo difficulter digeratur . In comparatione tamen



UVA. BHSC. IyR_272

ad epar ⁊ ſplenem faciliter. Qđ videtur Gal. voluiſſe in.iij.de alimētis.c.xj.dicēs. Pulmo digeſtibilior eſt epate ⁊ ſplene q̄to eis rarior ad nutrire aūt minor. Alimentis vero ꝙ dat corpori phlegmatico ſuis ⁊ magis ⁊c. Et propterea pulmones aīalium dimittant: aut eligant ſolūmodo ex animalibus iuuenibus temperatis: aut temperamento vicinis: vt hedi pinguis: vituli: porci: ⁊ ſimilium: vt Michael inquit ⁊c.

¶ Capitulū.cvij.oſtendit naturā ſtomachi: matricis: inteſtinoꝝ ⁊ ſimilium pro q̄to via cibi ⁊ nutrimenti faciunt ad ſanitatem.

De his oībus in vno capitulo ſcribendū eſt.cum eiuſdem fere ſint ſubſtātie cōplexionis ⁊ nature: ſꝫ oſtēdētes q̄d ſint hec dicam⁹ cum noſtro Sauoronola in ſua practica ſic ſcribente. Stomachus eſt mēbrum organicū cōplexione frigidum ⁊ ſiccū: in medio corporis ſituatū tunica neruoſa intrinſeca ⁊ carnoſa extrinſeca cōſtitutū: cibi ⁊ potus ꝑ meri ab ore ſuſceptiuū: atq ipſius calore proprio ⁊ circūſtantiū mēbroꝝ adiutorio digeſtiuū. Inteſtina aūt, vt dixit Conſiliator in differentia .cciiij. ſunt mēbra corporis ceteris longiora duplici conſita tunica iuuatiui ⁊ ſuperfluitatis contētiua: q̄ ſex extāt numero: vt ex.xvj.tertij colligendū a principe. Matrix vero eſt mēbrū cōcauum: neruoſum pelliculoſum ſpiſſuꝫ neruoſum in ꝯcauitate alchatin locatū ad rotūditatē quādā figuratū ⁊c. Ex quibus deſcriptionib⁹ cōplexio hoꝝ mēbroꝝ intelligit: que frigida eſt ⁊ ſicca de ſui nā in viuis animātib⁹: frigidior vero in mortuis plurimū: ⁊ ꝓpterea dicebat Iſaac in.c.xvj.dietaꝝ vniuerſalium. Carnes ſtomachorum dure ſunt ad digerendū. Et in particularibus etiam inq̄t. Mēbra ſicca naturaliter ſicut neruus: cutis: inteſtina: vēter vulua.i.matrix ⁊ ſimilia dure digerūtur: tardeq de ſtomacho eijciuntur ⁊ minus ceteris ſunt nutritiua: ⁊ maxime ſi fuerint de animalibus ſiccis naturaliter. Quod etiā voluit Almāſor in li.iij.xj.dicēs. Uēter tarde digerit: qui frigidus exiſtēs parū nutrit atq phlegmaticū generat ſanguinem. Et in.xxiij.continentis idē Raſis.c.cccccclxxij.ſic ſcripſit. Uēter inteſtina ⁊ matrix animaliū ſolidiora ſunt carne: iō lꝫ digerant perfecte de eis generatur ſanguis non purus carens bonitate: imo generat humor vehemētioris frigoris ⁊ crudus indigēs tpe longo in ſui alteratione ⁊ trāſmutatiōe: laudabiliores tn̄ ſunt vētres aīalis lactentis ex humiditate ⁊ veloci digeſtione ipſorū. Auctoritate ēt Pauli dixit qđ vētres ⁊ inteſtina ſint tarde digeſtionis ⁊ generēt phlegma. Haliabas q̄z in.v.theorice.c.xxij.ſic ait. Inteſtina: ſtomachus: ⁊ iecora omnia membra neruoſa ſunt ⁊ ſolida duraq digeſtioni inobedientia quez generāt ſanguinem bonus nō eſt: ſed malus ⁊ ad frigidū inclinus: nec aliq̄d peruenit ex eis ad corp⁹ nutrimentū ⁊c. Princeps quoq in.ij.canonis.c.cccccxxxvij.dixit. Uenter parui eſt nutrimenti ⁊ mali chimi: ⁊ ſimiliter qđ ſimilat ei ex viſceribus q̄uis ei⁹ bona fiat digeſtio: que fuit Gal. ſnīa in lib. de euchimia ⁊ cachochimia dicētis. Partes que in animalibus difficile ſunt digeſtibiles ſunt inteſtina ⁊ venter ⁊ matrix. et in libro de ſubtiliante dieta.c.viij.ſic ēt ait. Uitandus eſt eſus viſcerum ſicut ⁊ ſanguinis: quoniam ipſa ſuperfluita ſunt ⁊ digeſtibilia ⁊ pachichima: quod ⁊ de ventribus: cum eiuſdē ſint nature: intelligi poteſt quare aut dimittantur omnino: aut eligantur ſolummodo ventres volatiliū potius

UVA. BHSC. IyR_272

ꝗ ambulantiũ: ⁊ non omniũ ſed laudatorum vt anſeris ⁊c. dicēte Iſaac in particularibus dictis. Uēter oīm volatilium lacertoſus eſt ⁊ durus ad digerendũ: ſed ſi digeretur multũ dat nutrimentũ: omnib⁹ tamen vētribus anſerinus eſt melioꝛ ⁊ laudabilioꝛ propter copiā ſue humiditatis: poſt hūc galli naſcentis venter commēdatur. Quod etiā ſenſit Auic. in. ij. canonis. c. xlvj. cum ait. Uentres earũ. ſ. anatũ ⁊ anſerũ ſunt ſuaues. Et in. c. ccxxxvij. eiuſdē ſic inquit. Uentres auiũ qñ digerũtur ſunt melioꝛis nutrimenti ꝗ aliorũ: ⁊ precipue gallinarũ ⁊ anſerũ. Qđ non minus voluit Raſis. in. xxiij. continētis. c. dcxv. Et fuit ſentētia Gali. in. iij. de alimētis. c. xx. dicentis. Uētres nutritiui ⁊ delectabiles ſunt qui anſerum ⁊ impinguatarũ gallinarũ: hi enim tantũmodo approbātur. Inteſtina aũt ⁊ matricē nullibi cōmēdata reperi: vituperata aũt in omnibus prefatis locis: ⁊ pcipue ab Iſaac in. j. doc. cũ inquit. Mēbra acute ⁊ oſſibus remota ſunt indigeſtibilia ⁊ inſipida: groſſiorē habentia carnē: copiam malorũ chimoꝝ generātia propter duas res. Una qꝛ vijs ſunt vicina per quas humoꝝ feces expellunt. Alia propter longinquitatē poꝛoꝝ cutis per quos ſue humiditatis ſuperfluitas nequit egredi. Alia propter oſſium abſentiā vnde tenera fieri neqꝫ collidi poſſunt. Ideoqꝫ venter ⁊ inteſtina ⁊ ſimilia vt matrix ⁊c. ſunt groſſioꝛa ⁊ male nutribilia: ⁊ propterea finiamus hoc capitulum dicētes cum Michaele noſtro: ꝙ huiuſmodi relinquenda ſunt guloſis qui cum eis ⁊ vino dulci in eoꝛum interitum ſolatiantur.

¶ Capitulum. cviij. oſtēdit naturā epatis ⁊ ſplenis prout faciunt ad nutrimentum: declarando que ipſoꝛum ſint meliora ⁊ eligibilioꝛa.

Declarātes quid ſit vnũquodqꝫ predictoꝛũ: dicemus primo cũ Aui. in. j. ſ. doctrina. iij. c. ij. Epar eſt ſicut ſanguis cōgelat⁹. et cum eodem in. xiiij. tertij ſic ſcribēte. Epar eſt mēbꝛum qđ generat ſanguinē: ⁊ eſt caro rubea quaſi ipſa ſit ſanguis verus cōgelatus. ⁊ cũ Gali. in. v. interioꝛũ. c. vij. dicēte. Epar eſt inſtrumentũ faciendi ſanguinē. ⁊ in. v. de iuuamentis mēbꝛoꝛũ. c. iij. epar eſt principiũ venarũ ⁊ primum inſtrumētoꝛũ generantiũ ſanguinē: ⁊ hoc ꝓpter ſuā ſubſtantiā carnoſam: quā qui cōſiderauerit inueniet ipam eſſe propinquā nature ſanguinis. A quibus ſumpſit Cōciliatoꝛ in differētia. xlvij. cũ inqt. epar eſt ſanguis inſpiſſatus: ⁊ ipſius primũ generationis inſtrumentaliter organũ. Quas cũ habeat in viuēte dignitates moꝛtuũ quoqꝫ alias quaſdā habet proprietates ⁊ bonitates: cum plurimũ faciat ad nutrimētũ: vt dixit Iſaac in particularibus dictis: qñ ſic ſcripſit. epar omnib⁹ mēbris groſſius eſt ⁊ durius digeri: ſanguinē tñ generat laudabilē et nutribilius eſt carne non habēte pinguediuē: ſed lactentiũ epar ceteris eſt melius. galline autē adhuc melius ꝗ lactentũ ⁊ precipue ſi galline nutrimentũ fuerit tritici farina cum lacte diſtēperata ⁊ ficubus. Et in. c. xxj. v. d. Ficatum omniũ animalium. durum eſſe cōſtat tamē laudandum eſſe anſerinum ⁊ gallinaceũ eſt melius. Que quidē fuit Gal. ſentētia in. iij. de alimentis. ca. xj. dicentis. epar quidem omniũ animaliũ groſſi chimi eſt: et quaſi indigeſtibile ⁊ tarde pertranſitionis exiſtens. ⁊ in libro de euchimis. c. iij. ait epar non eſt cachochimum. a quo ſumpſit Auicen. in ſecundo canonis. c. ccxxxiij. cum dixit. humoꝛ generatus ab epatib⁹ eſt groſſus: ⁊ ſanius ex eis eſt epar anatis pinguis ⁊ gallinarum pinguium



UVA. BHSC. IyR_272

et infra ſic ait. Amplius epar eſt tar-
di inceſſus iuvenis: niſi eparanatis pin
guis. ꝛ ſimiliter haliabas in. v. Theo
rice. c. xxij. dicens: epar complexione
polida ꝛ humida: ſapoꝛ ꝛ iocundus
eſt: ſed groſſum eſt ꝛ digeſtionez im-
moꝛans: quod ſi digeritur plurimo
paſcit coꝛpus cibo: ꝛ ſanguis ex eo ge
neratus laudabilis exiſtit. Laudabi
lius aūt oīb⁹ epar ꝛ iocūd⁹ ē āſeris i-
pinguate cū paſta ꝛ lacte. Deide gal
linarum impinguatarū: poſt que poꝛ
ciniū: omnis etenim animalis ſagina
ti epar delectabile eſt: maximeqꝫ ſi cū
lacte fuerit ſaginatum: opoꝛtet autez
quadrupedum comedentes epar nō
multum ſumere: digeſtione etenim
im:r oꝛatur hec ipſe. Cum quo videt
conſonare Raſis in. iij. Almanſoꝛis. c.
xj. dicēs. Epar calidum eſt ꝛ humidū:
quod ꝛ tarde digeritur: ꝛ graue exi-
ſtit. Et in lib. xxv. ꝯtinētis c. ccccccl xiij.
cum ait auctoꝛitate Gal. in lib. nutri-
menti. Epata animalium ſubiectoꝛū
ad comeſtionem generant humoꝛez
difficilis digeſtionis: tarde deſcenſio
nis de ſtomacho: ꝛ penetrationis de
inteſtinis: ꝛ melius epar in omnibus
conditionibus eſt animalis comeden
tis fic⁹ ſiccas. Et ſubdit. Et epar ana
tis cum nutrimentum diſtenperatur
cum lacte ē delectabile valde. ꝛ abun
dantis nutrimēti valde: generat ſan-
guinē laudabilem ꝛ humoꝛem in vl
tima bonitate: ꝛ diſpoſitio eius in di
geſtione in ſtomacho ꝛ egeſtione eſt
ſatis digna. ꝛ poſt ea auctoꝛitate Bi-
maſui dixit. Epata oīm aīalium cali-
da ſunt ꝛ humida: tarde digeſtionis:
ꝛ generant ſanguinē groſſum ad mo
dum illius quem generant ſplen et te
ſticuli: ſed epata gallinarium lauda
bilia ſunt: ꝑcipue ſi fuerit impingua-
te ꝛ pꝛoprie ſi comedunt ficus ſiccas
ꝛc. Eligātur itaqꝫ epata anſerum ana
tum pinguium: ꝛ galinarum ſagina-
tarum: de inde poꝛcoꝛū: deinde alio
rum animalium lactentium: vt Mi-
chael noſter ait. ¶ De ſplene autem
dicamus cum Auicē. in. xv. tertij. c. ij.
ꝙ ipſe eſt mēbꝛum linguoſum longū
cōiunctum cū ſtomacho a ſiniſtro ſuo
vſqꝫ retro vbi eſt doꝛſum: attrahens
melancholiam. Gal. vero in. v. de iu-
uamentis membꝛoꝛū. c. iij. dixit de eo.
Splen eſt inſtrumentum ad purgan
dum ſuperfluum feculentum genera
tum in epate: et pꝛopter hoc ꝙ ſplen
eſt ſaccus melancholie: illaudabilis
eſt nutrimenti via cibi: ꝛ cū in men-
ſam venerit: ꝛ coꝛruptuz ꝛ melancho
licum ſanguinem generat: ꝛ digeri-
tur dure et tarde de ſtomacho eijci-
tur: vt inquit Iſaac in particularibus
dietis: vbi ſubdit. Splen autem poꝛci
melioꝛ eſt ceteris pꝛopter ſue ſubſtā-
tia raritatem ꝛ ſubtilitatē. Quod etiā
voluit Pꝛinceps in. ij. canonis. c. cccccc
xxj. dicens Melioꝛ ſplenum eſt ſplen
poꝛci cum hoc tamen eſt mali chimi.
In ipſo enim eſt ſtipticitas quedam
et generat ſanguinem melancholi-
cum: et eſt tarde digeſtionis pꝛopter
ſuam ſtipticitatem. et hoc eſt quod
ſenſit Raſis in. xj. capitu. libri. iij. Al-
manſoꝛis cum ait. Splen mali exiſtēs
nutrimenti tarde digeritur: ac nigruz
generat ſanguinem. et in libro. xxij.
continentis. capitu. ccccl xxxiiij. idem
retulit auctoꝛitate Gal. Ioānitū et
Bimmaſui. A quibus non diſceſſit.
haliabas in. v. Theoꝛice. capitu. xxij.
cum inquit. Qui ex ſplene ſanguis
generatur malus eſt: et ad choleram
declinans nigram: ſed tamen ſi de
poꝛco ſumatur minus malum ſequi-
tur: ꝛ animalium ſplenes ſaginatoꝛū
minus mali ſunt ꝙ̄ macroꝛū. Quare
comedentem pinguidini illum admi
ſcere opoꝛtet. ꝛ optime coq̄re ꝛc. Qui
omnes a Gal. fonte copioſo accipere
in. iij. Alimentoꝛū. c. xj. dicentis. Splē
quidem neqꝫ ad guſtum bene dele-
ctabilis eſt: habet enim ponticū ap-

UVA. BHSC. IyR_272

parens meritoq; cachochim⁹ eſſe cre ditur melancholici ſanguinis genera tiuus exiſtens. Et in lib. de euchimia ⁊ cathochimia. c. iij. ſic etiã inquit de ipſo Splen ſufficienter eſt cachocim⁹ ⁊ melancholichus. In porcis autem minime ẽ talis. Omnes tñ hortamur vt porcinio ⁊ quocunq; alio ſplene p̃termiſſo: cibis alijs melioribus reſici antur.

Capitulum. cix. oſtendit natu ram teſticulorũ: renũ: ⁊ vberũ: ⁊ d̃ eis quo ad nutrimentũ ſit eligẽdũ

Teſticuli ſunt vnum de mẽ bris corporis principalib⁹ plus pro cõſeruatione ſpe ciei q̃ indiu idui generatũ vt colligitur ex ſententia Principis primi. doc. v. c. j. ⁊ in cãticis de eis ſic ſcribentis. Teſticuli ſunt mẽ bra generationis. A quo ſumpſit Mi chael noſter in ſua practica cũ ait q̇ ipſi ſunt membra glandoſa: alba: ex tra corpus eminentia: geniture per ſe ⁊ principaliter generatiua ſeu produ ctiua ⁊c. Quorũ cõplexio prout etiã pertinet propoſito: calida eſt ⁊ humi da vſq; ad ſcdm. teſte eodẽ in. ij. tra ctatu libri ſui. Et quemadmodũ ſcri pſit Auicẽ. in. ij. canõis. c. cccccc xx iij. Plurimi ipſorũ ſunt difficilis digeſtio nis plurimi nutrimenti: ⁊ propter cum ſunt de aĩalibus magnis groſſe car nis. Que quidẽ fuit ſententia Raſis in. xxj. continentis. c. cclxxvij. ⁊ Gal. in iij. de alimẽtis. c. vj. cum inquit. Ani maliũ teſticuli indigeſtibiles ſũt ⁊ ca chochimi: digeſti autẽ bene nutritiui quod autem magis ⁊ minus in ipſis proportionale eſt dico ſecundum car nem: in quantum enim porcorum caro ea que aliorum eſt melior intantum et teſticuli teſticulis. Soli autem qui gallorum optimi ſecundum omnia ⁊ maxime ſaginatorũ. Et in. c. xx. eiuſ dem dixit. Teſticuli ſunt optimi ⁊ ma xime impinguatorum gallorum. Et in. ij. c. de euchimia ⁊ cachochimia ſic etiam de eis ait. Epar non eſt cacho chimũ: renes autem ⁊ teſticuli non euchimi preter eos qui gallorum et propterea dixit Auicen. in. ij. canonis c. cccccccxxiij. Melior teſticulus eſt il lius cuius bonus eſt teſticulus: ⁊ qui eſt adoleſcentium: ⁊ teſticulus qui ẽ magnorũ hyrcorum ⁊ que eis aſſimi lantur: de arietibus ⁊ tauris non di geritur: ⁊ non eſt ſicut teſticulus gal lorũ ⁊ precipue impingnatorum: nã ipſe eſt bonus valde. Et ſubdit. Non habet bonitatem nutrimẽti mamilla rũ: niſi teſticulus gallorũ impingua torũ: ipſe namq; eſt boni nutrimenti plurimũ ⁊ oẽs ſpecies teſticuli qñ di gerũtur ꝓprie qui nõ ſunt difficilis di geſtionis plurimũ nutriũt. Ex quib⁹ manifeſtũ eſt quantũ gallorũ teſticu li ſunt cõuenientes. ⁊ ideo dixit Auer rois in ſecunda parte canticorum cõ mento. cxj De teſticulis gallorũ ha betur opinio: q̇ ex eis tantum pond⁹ ſanguinis generet. quãtũ ipſi ſũt q̇ alijs poſtpoſitis his ſecuriſſime po terim⁹ vti ⁊ dbiles eſſent ⁊c. de ma millis vo dicam⁹ cũ Auicẽ. l. xij. tertij ſic eo deſcribẽte mamillã. Mamilla eſt membrum creatum ad generan dum lac vt nutriatur cum eo nouiter natus in introitu ſue natiuitatis et vſq; quo confirmetur et creſcat eius virtus et fiat conueniens ad digeren dum cibum fortem ſolidum. Conci liator vero in differentia. cxcv. dixit q̇ mamilla eſt inſtrumentum generati uum lactis: qd̃ cõponit̃ ex arterijs ve nis ⁊ neruis carne alba ſenſibili: vt ſanguis in ea in lac vlterius deco ctum dealbetur ⁊c. Et propterea be ne dixit. Michael noſter cum ait. Vberum carnes ſunt ſimiles carni bus glandoſis: et complexio ea rum eſt humida declinans ad frigidi



UVA. BHSC. IyR_272

tatẽ:ſunt boni ſaporis ꝛ dulcis: ꝛ ex eis generatur ſanguis bonus:ꝛ multum nutriunt licet tarde digerantur. Que quidem fuit ſententia Haliabatis in.v.theorice.ca.xxij.Et Almanſoris in libro.iij.c.xj.dicentis. Uber eſt frigidum groſſum:quod licet multũ nutriat tarde tamen digeritur. Et in xx.continentis.c.ccccclxxx.ſic etiã Raſis inquit. Mamilla ſi comeditur: vt dixit.Gal.in libro nutrimenti: plena lacte nutrimentũ eius:poſt digeſtionem bonam:erit primũ nutrimento carnis:tñ niſi conditionabilis fiat digeſtio ipſius de ea generatur humor crudus aut phlegma.Et dixit. Bimmaſui.Mamilla frigida eſt ꝛ ſicca ex neruoſitate que in ea:tamen ſi in ea fuerit lac erit velocioris digeſtiõis et laudabilior ex complexiõe:ſed comedẽda eſt cum aromatibus:vt velox fiat deſcẽtio eius de ſtomacho ꝛc.Gal. aũt ante hos oẽs in tertio de alimentis.c.v.ſenſit qđ dictũ eſt quando ſic ait.Qui autẽ in mamillis quando habent lac:inſinuant et aliquid dulcedinis illius:ꝛ ꝑpter hoc deſiderabile lecatoribus edulium adenes pleni lacte facti et maxime in porcis. Quod autem ex ipſis alimentum bene quidem digeſtis prope id eſt qđ ſcđm carnes:magis aũt defectiue elaboratis crudum ꝛ phlegmaticũ humorẽ generãt ꝛc.A quo ſicut ꝛ ceteri:princeps accepit cũ in.ij.canonis.c.cccc.ccxlvj. ſcripſit.Uber natura eſt frigidũ ꝛ ſiccũ propter neruos plures qui ſunt in ipſo:ꝛ nutrimentũ vberis pleni lacte quando digeritur propinquũ eſt nutrimẽto carnis.Et illud eſt melius in quo eſt lac:quoniã facit ipſum velociter deſcendere:ſi eſt de animali bone carnis boni humoris groſſi et fortis erit generatiuũ.Et in capitulo.cxlvj. eiuſdem dixit.Mamille quidem nutrimentũ eſt bonũ:ꝙ ſi in ea eſt lac:eſt groſſum ꝛc.Eligantur igitur:vt Michael iubet.vbera de animalibus iuuenibus ꝛ temperatis ꝛc. ¶De renibus poſtremo dicamus cum Auicen= in.xviij.tertij.ca.dicente. Renes fuerunt creati ad hoc vt ſint inſtrumentum mundans ſanguinem ab aquoſitate ſuperflua ꝛc. Et quia ſunt duo membra carnea dura ꝛ in complexione calida ſicca:vt noſter inquit Sauoronola.Quod etiam ſenſit Auicenna in.ij.canonis.ca.ccccclxxx. cum dixit.ꝙ ad ſiccitatem ſunt declinantes propterea parui ſunt nutrimenti ꝛ humor eorũ eſt malus.ſunt difficilis digeſtionis ꝛ horridi saporis: laudabiliores tamen ex eis ſunt renes hedi lactentis inquit ipſe. Quod etiam voluit Iſaac in.p.d.cum ait Renes duobus modis ſunt illaudabiles: immo propter ſue ſubſtantie corruptionem ꝛ credo ꝙ velit dicere compactionem et duritiem et groſſitiem. Secundo quia eorum nutrtmentum fuerat vrine pinguedo:vnde ſanguinem generant groſſum ꝛ peſſimum.Et ideo dicebat Haliabas in.v.Teorice.ca.xxij. Renes malus eſt cibus propter eam que in eis eſt vrine qualitatem. Et ſimiliter Raſis in.iij. Almaſoris.c.xij. inquit.Renes tarde digeruntur: qui nec bonum generãt ſanguinem: nec multum dant nutrimentũ.Et in.xxiij. cõtinentis.c.ccccclx.auctoritate Gal. dixit ꝙ malum humorem generant manifeſte:ꝛ digeſtio eorum eſt difficilis ꝛ laborioſa. Et Ruffus inquit ꝙ ſunt male digeſtionis ꝛ nutricatiõis Et Joannitius ait.ꝙ nõ ſunt laudabiles ex groſſitudine ſubſtantie ipſorũ neqꝫ in nutrimento ex malitia chimi generati de eis:neqꝫ in ſolutione ventris ex taeditate deſcentionis ipſorũ quare preter hedinos laudatos alij dimittantur.

¶Capitulũ.cx.oſtẽdit naturam pedum ꝛ caudarum animalium in via nutrimenti:ꝛ quõ eligendi ꝛc.

UVA. BHSC. IyR_272

Pedes ⁊ cauda ſunt mēbra corporis manifeſtiſſima:⁊ ppterea diffinitione non indigerent. Attamē id mihi minime videtur eſſe pretereundum quod ſcripſit Gal. in.iiij. de iuuamentis mēbrorum.c.j.cum ait. Pes eſt inſtrumentū ambulationis in hoīe qui eſt aīal ſapiens:⁊ ambulatio fit per motum ⁊ fixionem: pedes ergo ſunt inſtrumēta fixionis ⁊c.Et ꝙuis hec deſcriptio pedibus hoim ſit attributa:pōt tñ ⁊ pedibus brutoruꝫ cōuenire:vt tñ noſtro pertinet propoſito de eis dicendū eſt cum Auicē. in ij.canonis.c.ccccclv. dicente. Pedes generāt humorem viſcoſum nō groſſum.ſed ipſe eſt laudabilis ⁊ paucarum ſuperfluitatum.Et infra ſubiunxit.Boni ſunt digeſtioni ⁊ boni chimi viſcoſi nō groſſi.Et ſignificatio bonitatis digeſtionis eorum eſt velocitas inflationis ipſorum ⁊ diſſolutionis in decoctione.Uerum eoruꝫ nutrimentum non eſt multū. Qd ſenſiſſe videtur Haliabas in.v. theorice cap. xxij.dicens.Pedes aures ⁊ labia:omnia hec neruoſa ſunt paululū carnis habentia ⁊ adipis parum nutriunt celerius digeruntur.Amplioris nempe ꝙ reliqua membra ſunt motus:quare a ſtomacho citius deſcendunt ſue viſcoſitatis cauſa:⁊ qui ab eis generatur ſanguis bonus eſt ⁊ laudād⁹: Et ſimiliter Raſi in vigeſima tertia cōtinentis.capit.cccccclxj.dixit auctoritate Gal.pedes generant chimum viſcoſum:tamen nō groſſum:⁊ ſunt conuenientis digeſtionis carentes ſuperfluitatibus boni chimi:et velocis digeſtionis.Deinde ſubdit auctoritate eiuſdem in lib.de chimis:ꝙ generāt humorem viſcoſum nō groſſuꝫ.⁊ hñt ſignū ſup hoc ex diſpoſitione ipſoruꝫ in decoctione: qꝛ id qd augeꝶ ⁊ liqſit in coquendo bonum erit in digeſtiōe ⁊ in.iij.Almanſoris. capitulo.xj.ait. Pedes ſanguinem generat viſcoſum qui frigidior ac lenior exiſtit illo quē caro gñat.Quorū āteriores leniores ſunt ⁊ calidiores:poſteriores vero grauiores ſunt ⁊ frigidiores.A quo ſumpſit Iſaac in pticularibus dietis cum inquit. Extremitates aīalium quia omnino carent pinguedine:tarde digeruntur ſunt enim ſubſtātie cutis et neruorum:ſed qm̄ ſemper ſunt in motu ⁊ labore digeſtibiliora ſūt neruoſis membris.⁊ immobilibus:⁊ non laborioſis:quia neruoſa nec laborem habentia viſcoſum dant nutrimentū lubricatiuum a ſtomacho ⁊ ex inteſtinis cito deſcendens.Neceſſe eſt ergo vt extremitates ſimile generent nutrimentū:ſed tamen nō tātū. qd ſic pbatur.Cū eñ coquuntur per partes ſuas dilatantur quod ſignificat leuitatem ⁊ ſubtilitatem:paruū tamē eorū ē nutrimētū.Et poſt aliqͣ ſubiūxit. Pedes anteriores poſteriorib⁹ ſunt meliores propter fundamentū naturalis caloris eis vicinantis. Concludamus itaqꝫ ꝙ cū pedes quadrupedum ſint de numero ciborum ſuperfluitates nō habentiū.vt dixit.Gal.in libro de diſſolutione continua. ſecuri ſint ad ſanitatē: pmaxime cholericis ⁊ ſanguinē ſubtilem habentibus cōuenire videntur.Eligantur ergo pedes laudabilium aīaliuꝫ ⁊ decoquantur vſqꝫ ad diſſolutionem ⁊ preparentur cū aceto ⁊ croco:⁊ ſic remouebitur eorū nocumentū ſi quod ex groſſitie ⁊ viſcoſitate ipſorū timetur:vt Michael inqt.Et eorū patina apponi prima menſa conſueuit ⁊ mirū modum appetentiam excitabunt:vt obſoniorū retulit autor.

¶De cauda autem dicemus cum Raſi in.xxij. continentis.c. ccccxxvij.autoritate Gal.ſic ſcribente Caude ſunt magis ſolidiores ventribus ⁊ inteſtinis.⁊ iuxta hunc modum erit difficultas digeſtionis ipſa

UVA. BHSC. IyR_272

rum ⁊ paucitas nutrimenti:tamen ſuperfluitates ipſarꝫ ſunt modice ex motibus ipſarū:⁊ propter hoc quidā modernorum dixerūt ꝙ cauda eſt ſatis cōuenictis nutrimēti propter ſui motum cōtinuū.Quod tamen dictum ſic abſolute nō eſt conueniēs:cum dicat Iſaac in particu.dietis ꝙ nō ſolū cauda:ſed etiam mēbra que caude ſunt vicina:⁊ a calore naturali longinqua duriora ſunt ⁊ indigeſtibiliora minuſ ꝗ ſaporoſiora.Quod fit duobus modis.Primo ꝑpter calorē naturalē ab eis remotum. Secundo quia fuerit nutrita ſanguine male ī epate cocto. Et hoc videtur ſenſiſſe Raſis cum in iij.Almanſoris.c.xj.inquit.Cauda eſt calida que ſtomacho nocēs faſtidiū facit ac cholerā generat rubeam. Et in libro.iiij.ſuorum aphoriſmorū ſic quoqꝫ ait. A capitibus homines ſibi precauere debent ⁊ a caudis. Philoſophi eñ dixerunt ꝙ carnes piloſe venena nō euadunt naturaliter. ⁊ maxime capita eorꝫ ⁊ caude:⁊ ideo comedi nō debēt que fuit ꝑ parte Gal. ſententia i libro de euchimia ⁊ cachochimia c.iiij.cum caudā enumerauerit inter partes difficilis digeſtionis ⁊ mali chimi.quāobrem vſum eius nō laudamꝰ ad ſanitatē pacto aliquo quemadmodum pedes laudabiles plurimum cōmendamus.

¶Capitulū.xxj.oſtendit naturam ſanguinis ⁊ pinguedinis ꝑ quāto via cibi quādoqꝫ ſumuntur.

Sanguis ⁊ pinguedo nō ſunt corporis membra quemadmodum ſentiūt medici verū q: cum mēbris vicinitatē habēt:de ipſis poſtremo mihi videt eſſe ſcribendū tanqꝫ ſi mēbra quedā forent: quātum ad ſanitatis cuſtodiā pertineant.Licet eñ ſanguis in viuēte aīali:vt dicit Cōciliator in differētia.xxx. ſit humor calidus ⁊ humidus ſapore dulcis odore fetidus minime coagulabilis ſolus.que diffinitio ſoli ſanguini prout ab alijs diſtinguit humoribus conuenire videtur. Tamē cōſideratꝰ prout via cibi ex aīalibus ſumitur: eſt quoddā cōfuſum ⁊ cōmixtum ex oībꝰ quatuor humoribus:qui proprie a medicis maſſa humoralis nūcupatur:alterius cōplexionis ꝗ̄ dictū ſit alteriuſ ꝗ nutrimēti ⁊ illaudabilis :cuiuſcūqꝫ fuerit animalis:⁊ preſertim domeſtici.vt ex dictis Iſaac cōprehēdi pōt: ꝙ in.c.xiiij.dietarū vniuerſaliū inquit. Siluaticorꝫ ſanguis ſubtilior eſt ⁊ acutior:q: minus ſunt comedētia : ⁊ ſunt ſicciora ex nimio motu ⁊ calore aeris. vbi eñ aluntur ſemper ſole cooperiūtur.vnde pori rarificantur ⁊ ſuperfluitates humorū diſſoluuntur:⁊ q: parū comedunt atqꝫ bibunt.Sanguis vero domeſticorꝫ datus eſt cōtrarius:q: durior:groſſior:viſcoſior:atqꝫ nutribilior ex paruitate aeris ⁊ defectione mouēdi ⁊ multitudine comedēdi atqꝫ bibendi:vnde pori oppilantur: ⁊ nutrimenta ingroſſantur:que videt fuiſſe Gal. ſententia in.iij.alimentorū.c.xvij. dicētis.Omnis quidē ſanguis difficulter digeſtibilis eſt: ⁊ maxime qui groſſus ⁊ melācholicus qualis qui boū:Qui autem leporū tanqꝫ delectabiliſſimus appreciatus eſt. ⁊ in.c.xxij. eiuſdē inquit.Superfluicus ⁊ indigeſtibilis eſt omnis ſanguis:ſcdꝫ quemcūqꝫ modū ipſum preparauerit aliquis. ⁊ in libro de ſubtiliāte dieta.c.viij.ſic quoqꝫ ait. Et ſanguinis vſus omniū animalium vitandus eſt:⁊ multo magis ad ſubtiliantem dietam. A quo ſumpſit Raſis cum in.xij. continentis. ca. cccviij.ſic ſcripſit autoritate Pauli.Omnis ſanguis eſt difficilis digeſtionis: ⁊ precipue ſanguis groſſus qui declinat ad

UVA. BHSC. IyR_272

cholerā nigram ad modū ſanguinis teuri ⁊c. ꝓpterea ipſius comeſtio: quomodolibet fugienda eſt: lȝ ꝙ plures ex ſanguine porcino ſanguinaceos faciant cū eo admiſcētes lac pinguedinem cū feniculi ſemine: ⁊ eis in hyeme vtātur: neſciētes quantū mali: ex illorū comeſtione: ⁊ in ſanitate detrimētum ꝓueniat. quare ⁊c. ¶ De pinguedine autē dicimus cū Serapione autoritate Gal. ſic dicente. Quādo aial eſt humidū generať in eo pinguedo: ſicut porcus. Et quādo eſt ſiccū generatur in eo adeps: ſicut taurus: capra: ⁊ alia que habēt cornua: ⁊ in hoc differunt. Erit igitur pinguedo id quod a vulgaribus laridū dicitur. Adeps vero ſiue vnctuoſitas id qđ axungia nuncupatur. Et hoc eſt qđ ſenſit haliabas in. v. Thorice. c. xxij. cū ſ ait. pinguedinis cōplexio calida eſt ⁊ humida. Adeps vero minꝰ calidus eſt ⁊ humidus ꝙ pinguedo: ſunt autē ambo phlegma ⁊ ſuperfluitas humida: ſtomachū eneruant ⁊ in calorē cito alterantur: ⁊ eoꝝ modicū eſt nutrimentū ⁊ ſanguis quē generāt nō eſt laudabilis. Ubi ſciendū eſt ꝙ ipſe haliabas ſicut ⁊ alij de noibus nō curātes: qñꝗ ſicut in prehabitis: adipis ⁊ pinguedinis noibus abutitur. Iſaac etiā idē voluit qđ dictū eſt cū in. v. d. ſic ſcripſit Unctuoſitas ſiue adeps eſt illa que in bobus creſcit: que calidior eſt ⁊ humidior ꝙ pinguedo que in porcis generatur: qꝛ vnctuoſitas calorē naturalē habet ꝓpter vicinū ſibi carnis calorē: pinguedo vero frigidior eſt vnctuoſitate ⁊ ſiccior: qꝛ a carnis calore eſt remota ⁊ ab eius humiditate. Generať autē adeps ex aquoſitate ⁊ vnctuoſitate ſanguinis quam frigiditas coagulat: ideoꝗ ipſam reſoluit caliditas vt inquit Princeps in prima primi doctione. v. c. j. Res autem vnctuoſa et pinguis eſt aquea aerea ſicut voluit Galie. in lib. de ſimplici medicina diſtinctione. viij. c. j. Complexio igitur adipis eſt calida: vt idem dixit in. v. de iuuamentis mēbroꝝ. c. ij. dicens. Signū multi caloris in pinguedine et adipe eſt velocitas in accenſione ꝓpter propinquitatē nature eius ad naturam ignis. Cōplexio etiā ſua eſt humida: cum dicat idē in. j. de cōplexionibus. c. vlti. Cerebro humidior eſt pinguedo: cuiꝰ coagulatio nō eſt niſi propter frigus panniculorum: ⁊ illud ideo quoniam oleo ſpiſſo eſt ſimilis: ⁊ propterea congelatur cū mēbra ei obuiant frigida ſanguine priuata: neꝗ quidem poſſibile eſt vt pinguedo in circuitu epatis coaguletur: neꝗ in circuitu venarum pulſatiliū: neꝗ in circuitu cordis: neꝗ in circuitu alicuius membrorum vehementis caliditatis. Et propterea ꝙ eius coagulatio fuit a frigore: eſt eius reſolutio ⁊ liquefacto a calore ⁊c. Ex quibus patet cōplexio pinguedinis ⁊ adipis: que calida ſunt et humida: licet calidior ſit adeps pinguedine. ⁊ ob hāc cauſam dixit Iſaac in doctrina. v. capitu. xiiij. ꝙ craſſiſſima ſint peſſima: quia pinguedinis ꝓprietas ſtomacho et digeſtioni eſt nociua. Primo quia innatat cibis: ⁊ facit eos inflantes: et cito ſaturantes. Cum autem alteri cibo admiſcentur: ſua viſcoſitate ille alter ingroſſatur: ⁊ digeri incipiēs villos ſtomachi emollit: et viſcoſitatem et lubricitatem eis tribuit: vnde virtus contentiua deficit et expulſiua vigoratur vnde plurimū lienteria generatur. Et hoc proprie operantur in ſtomachis frigidis. In ſtomachis vero calidis pinguia ad fumoſitatem et ad choleram conuertuntur: quia calor ſtomachi ex pinguedine interius incenſiuus fit: ſicut exterius calor ignis pinguedine ⁊ oleo accenditur. In docto. quoꝗ. v. ſic inquit. Adeps ⁊ pinguedo ſunt faſtidium inducentia: cibiꝗ inſtrumētum mollientia ⁊ humefaciētia maxime villos ſto

UVA. BHSC. IyR_272

machi: habent quoq₃ proprietatē ſup
omnes cibos natādi: ⁊ cibū viſcoſum
groſſum; digeſtioniq₃ inobedientem
faciende: ⁊ falſum ſaturitatē generan
di. Et infra dixit. Carnoſa ⁊ nō carno
ſa pinguedo pro nutrimēto data peſſi
ma eſt: oppillationē generat: ⁊ humo
res phlegmaticos adiuuat ⁊c. Idem
quoq₃ ſenſit Princeps in.ij.canonis.c.
cxlvj.cum ait. Pinguedo ⁊ adeps ſunt
mali nutrimēti ⁊ pauci: ⁊ ſubleuant ci
bū: ⁊ nō eſt conueniēs ex eis niſi quāti
tas parua ſcḋ₃ menſurā que delectet.
Et in tertia.j.dixit. ꝙ ex cibo vnctuoſo
ſit ocioſitas ⁊ auferturdeſideriū. Et in
xiij.tertij.tractat.ij.c. vlti. ſic ſcripſit.
Scias ꝙ omnia vnctuoſa proſternūt
appetitu₃ aut debilitant ipſum ꝑ hoc
ꝙ mollificant: ⁊ per hoc ꝙ corrūpunt
orificia venarum ⁊c. Eis itaq₃ via cibi
nō eſt vtendu₃: ſed tantummodo via
cōdiendi: vt infra apparebit. Et ſic eſt
finis ſermonis noſtri de carnibus ad
laudem indiuidue trinitatis.

¶ Capitulū.cxij.oſtēdit naturam
cōplexionē vtilitates: ⁊ iuuamēta
ouorum in via nutrimēti.

OB noſtre ſanctiſſime legis
reuerentiam; nō ſemꝑ licet
nobis carnes comedere: ſ₃
in quibuſdam dieb⁹ oua:
lac: caſeū: ⁊ hmōi. In aliq₃
bus autē alijs vti ſolū piſcibus: oleri
bus: fructibus: ⁊ talibus cōceſſum fuit.
Et propterea de his omnibus eſt ſcri
bendum. Et primo quidem de ouis tā
ꝙ̄ de re magis vſitata: ⁊ plurimū ad
ſanitatem faciente: cum oua aliquan
do vicem carnis retineant: vt inquit
Almanſor in.c.xiiij. libri tertij. Dica
mus ergo cum noſtro Conciliatore in
differentia.lxix.ſic ſcribente. Ouu₃ eſt
animal potentia ex ouificantis produ
ctum ſuperfluo. Cuius complexio ad
equalitatem tendit ⁊ temperamentū;
licet ipſius albumen ad frigiditatem:
⁊ vitellus ad caliditatem: quoꝝ ambo
ſunt humida: vt ait Auicen.in.ij.cano
nis.c.cccccxvj. Quod ēt ſenſit Iſaac
in libro dietarum vniuerſaliu₃.c. xvij.
dicens. Quorum nature vniuerſaliter
temperate ſunt: ⁊ mediocres comple
xioni humane vicinantes. Et in parti
cularibus inquit. Qua id ſunt ex ani
malibus volatilibus: quod ſanguis et
ſperma ex animalib⁹ ambulātib⁹. Si
cut eni₃ ſanguis ⁊ ſperma ſunt ex ma
teria ⁊ nutrimēto animaliū ambulan
tium: ita oua ſunt ex materia ⁊ nutri
mento volatilium. Qua enim volati
lium maſculū ſuccunbētium hec duo
in ſe retinere videntur: ſperma videli
cet ⁊ nutrimentum: proinde velociter
⁊ multum ſunt nutrientia ⁊ confortā
tia. Velociter nutriunt propter ſue ſub
ſtantie ſubtilitatē ſuiq₃ liquoris tēpe
ramentū. Corpus ſunt cōfortantia: et
velociter nutriūt: ⁊ quanto plus calor
in eo operatur; tanto magis indura
tur; ſicut videmus in exterioribus fie
ri: quanto enim calor ignis in eis ope
ratur: tanto indurari incipiunt. Nutri
mentū autem dant multū: q₂ tota eo
rum ſubſtantia mutata membris om
nino aſſimilatur pro ſui nature huma
ne vicinitate. Et maxime eorū vitella:
q₂ in calore ⁊ humiditate ſunt tempe
rata: ⁊ magis videntur humane cōple
xioni ſimilia. Que fuit Raſis ſentētia
in tertia Almāſoris.c.xiiij. dicētis. Gal
line ⁊ perdicis oua temperata ſunt et
cōuenientia. Vitellus quoq₃ in calidi
tate temperatus exiſtens bene nutrit.
Albumē vero frigidū eſt ⁊ viſcoſum
dureq₃ digeritur; ſanguis etiam ex eo
generatus nō eſt bonus. Quod conſi
derans Serapio inquit. Complexio
quidem oui eſt frigidior parum ꝙ̄ cor
pus temperatū: ipſum namq₃ infrigi
dat temperate ⁊c. Que complexio ſic
poteſt declarari ſi frigidū plus in mo
le ⁊ quantitate permiſcetur cu₃ calido

UVA. BHSC. IyR_272

temperato: proculdubio totũ commi-
xtum erit frigidũ: vt patet: ſed aggre
gatum ex albumine ⁊ vitello eſt huiuſ
modi: ergo totum erit frigidius tem-
perato: vt bene dixerat Serapio. Qđ
autem vitellum ſit temperatū: appa
ret per Iſaac in .v. doctrina .c. xvij. di-
cente. Vitella ſunt temperata: ⁊ calori
naturali viciniora: ⁊ ideo ad digeren-
dum velociora ⁊ faciliora: ⁊ maxime
ſi de iunioribus fuerint volatilib⁹ ma-
ſculos habentibus. Patet etiam per
ea que dixit Raſis ⁊ ſimiliter Auicen.
in preadductis eorum allegationib⁹.
Similiter albumen eſt frigidum: licet
Conciliator in predicta differentia de
claret ipſum eſſe calidũ abſolute: ſed
tamẽ reſpectu corporis temperati eſt
frigidum: cum dicat Iſaac in particu
laribus dietis. Albumen ouorum ali-
quãtulum frigiditati ⁊ groſſitati perti
net: vnde eſt durum ad digerẽdum et
tardum. Quod ſenſit Gal. in .xvj. Te
rapeutice .c. v. dicens. Debilibus ma-
gis ſunt danda vitella ouorũ ꝓpterea
ꝙ album ipſorꝫ difficile digeſtibile eſt.
Cuius rationeꝫ expreſſit in quarto de
ſimplici medicina diſtinctione .ij. c. iij.
cum ait. Albumen oui compoſitū eſt
⁊ permixtum ex ſubſtantia aerea: ter-
rea: et ſubſtantia aquea ſimul: ſicut
oleum: verũtamen eſt pluris terreita
tis ꝙ̃ oleum ſuaue: ⁊ propter illã ter
reitatem ⁊ groſſiciem ſuam cũ quodã
viſcoſitate eſt difficile digeſtibile. Ex
quibus apparet que ſit oui cõplexio.
¶ Utilitas autẽ ouorũ ad ſanitatẽ eſt
multa: cum plurimum nutriant corp⁹:
vt pro parte iam dictum eſt ⁊ quẽad-
modum innuit nobis Iſaac in .xvij. c.
d. v. dicẽs. Oua cũ materia ⁊ nutrimẽ-
tum omnium volatilium exiſtant: ne-
ceſſe eſt vt fortiſſimi ⁊ multi ſint nutri
menti. Multi enim qr totũ aſſimilatur
ſanguini ⁊c. Et infra ſubiunxit. Oua q̃
de ſubtili ſunt animali ⁊ temperato ſi
cut perdicum ⁊ gallinarum laudabi-
lium: laudabile eſt eorum nutrimentũ
facile digeſtiuum ⁊c. Et ꝓpterea om
nia oua augmentum faciunt in coitu:
vt dixit Princeps in .ij. canonis. c. alle
gato. Et fuit ſententia Raſis in tertio
Almanſoris .c. xiiij. dicentis. Duo ve
ro ouorꝫ prius dicta genera: galline vi
delicet atqꝫ perdicis: ſperma valde au
gmentant: atqꝫ ad coitum ſtimulãdo
incitant: quod ideo fit quoniam oua
gallinarũ virtutem augmentãt: ⁊ ma-
xime virtutem coeũdi: humectant em̃
⁊ ethicis conferunt ⁊ ſanis hominib⁹:
vt idem ait in quarto ſuorꝫ aphoriſmo
rum autoritate Arzicon philoſophi.
Ratione igitur ſue temperate comple
xionis: atqꝫ ſue ad humanum corpus
conuenientie: ⁊ multitudinis nutrimẽ
ti: oua inter reliqua vſitata cibaria nõ
immerito cõmendantur.

¶ Capitulũ .cxiij. oſtẽdit que oua
ſint meliora ad ſanitatẽ nutribilio
ra ⁊ magis eligenda.

Viſa cõplexione ⁊ vtili
tate ouorũ: dicendum
eſt de ipſorum electio
ne: nõ eniꝫ ſic oua om
nia vt ſupraſcripſim⁹
approbãtur: ſed ſolũ
electa ex eis. Que ſi
electa ⁊ laudabilia dici merentur: ne-
ceſſe eſt vt ipſa has habeant cõditio
nes. Quarum prima eſt hec: vt ex lau
dabilibus ſint animalibus: perdicis
ſcꝫ ⁊ galline iuuenũ atqꝫ pinguiũ ma
ſculinum coeuntem habentiũ: qm̃ vt
ait Iſaac in .v. d. Oua gallinacea ⁊ per
dicũ tẽperatoria ⁊ laudabiliora ſunt
ceteris: maxime maſculum habentiuꝫ
bene nutriunt: ⁊ iuniorũ oua ſunt me
liora ꝙ̃ veterũ: ⁊ craſſorum ꝙ̃ macro-
rum: vicinitas factorꝫ ꝙ̃ veterorũ. Et
in particularib⁹ ſic inquit. Si oua de
tẽperatis fuerint aĩalibus bñ carnoſis
etiã ⁊ iuuenculis: ceteris fiunt lauda-

UVA. BHSC. IyR_272

billiora maxie ſi maſculis fuerint ſuc=
cũbentia contraria autẽ ecõtrario p=
inde oua perdicis ⁊ galline naturali
ter pinguis ſunt laudabiliora quã ſi
ſint craſſe propter eſcã vł quietẽ quã
habẽt. Si vero fuerint iuuenes ⁊ ma
ſculos habuerint: multo plus erunt
laudãda. Animalia em̃ maſculis ſuc
cumbentia calorẽ habent vehemẽtio
rem quare odor eorum omni caret
acumine: vñ ſunt facilia ad digeren=
dum. Deinde ſubdit. Poſt hec anſe=
ris oua ſunt bonitatis q̃d habentia:
⁊ lʒ ſint grauia duraqꝫ ad digerẽdũ:
tñ ſi calor erit fortis: ipſaqꝫ bene dige
rant: ſuperi⁹ dictis nutribiliora ſunt:
⁊ magis confortantia. Peiora iſtis
ſunt oua ſtrutij: ſunt em̃ grauis odo
ris: idcirco ſunt dura grauiaqꝫ dige=
ſtioni. Peſſima vero oĩm ſunt pauo=
nis oua ꝑpter horribilitatem odoris
ſue carnis: vñ ſunt indigeſtibilia hu
maneqꝫ cõplexioni incõuenientia: ſʒ
calidiora ceteris ⁊ ardentiorẽ ſangui
nem generẽtia ſunt oua paſſerũ poſt
hec colũbarũ q̃ minorẽ calorez ⁊ ſicci
tatez hñt. hec ipſe. Que fuit ẽt ſentẽ
tia Raſis in. iij. Almãſoris. c. xiiij. dicẽ
tis. Oua plus alijs hoĩbus conueniẽ
tia galline ſunt ⁊ perdicis poſt q̃ oua
anatis in bonitate exiſtũt: q̃uis ma
lum efficiant nutrimentũ. Alia vero
ſicut ea que paruarũ auium atqꝫ ma
gnarum comedenda nõ ſunt niſi me=
dicine cã. Et poſt pauca ſubiũxit. an
ſerum aũt oua faſtidiũ faciũt grauẽ
habẽtia odorẽ. A quo ſumpſit Auer.
in. v. colliget dicens. Oua gallinaruʒ
ſunt meliora ceteris: ante quos oẽs
ſapiens inquit Gal. in. i. de alimentis
c. xxj. Meliora oua ſunt que gallinaꝝ
⁊ faſianorum. peiora que ſunt anſerũ
⁊ ſtructionũ. Cõcludẽdũ eſt ẽ cũ Iſaac
l. v. d. ſic ſcribẽte. Oua q̃ de groſſis ſũt
aĩalib⁹ ad digerendũ duris ⁊ nutrimẽ
ti illaudabilis ſicut ſtructionis ⁊ anſe
ris: mali ſunt nutrimenti, ⁊ ad digerẽ

duʒ dura grauis odoris ⁊ maxime de
veterib⁹. Oua v̾o q̃ de ſubtili ſunt ani
mali ⁊ temperato ſicut perdicum: et
gallinarum laudabilium: laudabile
eſt eorum nutrimentuʒ facile digeſti
uum: ⁊ maxime ſi de iunioribus fue=
rint: quoniam oua leuiora ſunt de iu=
nioribus: ⁊ grauiora de veteribus: et
temperatiora de mediocribus: quia
caloris ſunt perfecti ⁊ minoris humi=
ditatis: vt etiam dixit in eodem. c. li=
cet in alio loco. Si igitur oua de ſa=
nis fuerint animalibus ⁊ craſſis nutri
menti erunt laudabilioris: ſimiliter
de coeuntibus cum maſculis: quoniã
calorem naturalem maiorez habent
coeuntia quã non coeuntia: vt idem
refert vbi ſupra. Que fuit etiam Ra=
ſis ſnĩa in. iiij. ſuorũ aphoriſmorum:
cũ ait. Oua meliora ſunt oua gallina
rum ⁊ earũ que cũ gallis viuũt. Ex q̃
bus oĩbus prima integrat̃ cõditio. ſ.
ꝙ oua eligenda eſſe debeãt ex lauda
bilibus aĩalibus iuuenibus pinguib⁹
⁊ cũ maſculis coeũtibus. Scd̃a v̾o cõ
ditio eſt: vt oua ſint recẽtia: qm̃ vt in
quit Iſaac in particu. dietis. Oua re=
centia ſunt laudabiliora: q: calor na=
turalis eorũ eſt fortior: qđ teſtat̃ boni
odoris ſuiqꝫ ſaporis acceptabilitas
ꝑpter hoc bñ nutriũt atqꝫ calorẽ con
fortant naturalem. Vetuſta vero peſ
ſima fiunt: vñ corruptibile generant
nutrimentũ: calor em̃ naturalis eorũ
eſt defectus: atqꝫ ab aere aliũ ſumpſe
runt: ĩõqꝫ malorũ humoꝝ putredinẽ
citius ſubeunt: ⁊ q̃to vetuſtiora tan=
to erunt deteriora. Qđ ante ipſum di
xerat Gal. in. iij. de alimentis. c. xxj.
cum ait. Optima quidem oua ſunt q̃
recentiſſima: peſſima autez que vetu
ſtiſſima: que autem inter media hoꝝ
proportionãtur diſtantia qua diſtãt
ab extremis bonitate ⁊ malitia. Et ĩõ
concludamus cuʒ Auic. in. ij. canonis
cap. cccccxxxv. ꝙ meliora ex ouis ſunt
oua galline recẽtia: quare illa tantũ=

UVA. BHSC. IyR_272

modo ſunt eligenda.

¶ Capi.xxiiij.oſtendit quomodo
quoquant oua:⁊ quis modus co=
quendi ſit melioꝛ ad ſanitatem.

QUã multifariã oua
dequoq̃ conſuetue=
rit:dicendũ eſſe vti
le ⁊ neceſſariuꝫ de
eoꝛũ decoctionibꝰ
exiſtimauimus:vt
ſanitatis conſerua
toꝛ intelligat quis
modus laudabilioꝛ ⁊ ſalubꝛioꝛ a me=
dicis eſſe ꝓnuncietur.Dicamus ergo
ꝙ pꝛincipaliter oua dupliciter prepa=
rentur. aſſando.ſ. ipſa ſuper cineres
calidos ⁊ in aqua elixando.que ſi in=
uicem cõparentur:elixa melioꝛa.⁊ aſ
ſatis laudadilioꝛa dicẽtur:vt placuit
Iſaac in.v.doctrina.ca.xvij.dicente.
Oua aſſata elixis ſunt groſſioꝛa. Et
ad digerendum durioꝛa.qꝛ focus ſub
ſtantialẽ eoꝛũ humiditatẽ deſiccat:
vnde deſiccatoꝛia ⁊ minus refrigera
tiua exiſtũt.Et in particularibꝰ etiã
ait hoc modo.Oua in caloꝛe ⁊ humi=
ditate ſunt temperata ⁊ humide cõ=
plexioni ſimilia:ſed tñ ſi aſſentur:ab
igne caloꝛẽ ſuſcipiũt ⁊ ſiccitatem:vñ
fiunt deſiccatiua minuſq; caloꝛis re=
frigeratiua. Si vero cũ aqua fuerint
elixa humiditatẽ ſumunt:pꝛoinde mi
nus deſiccatiua magiſq; caloꝛis miti
gatiua.⁊ infra ſic ait.Oua aſſata ſũt
groſſioꝛa ⁊ durioꝛa ad digerendum
elixatis:qm̃ caloꝛẽ ⁊ ſiccitatẽ ab igne
ſuſcipiunt famoſitatẽ etiã odoꝛis gra
uitatem.Uñ ſic cocta plus viã medici
ne ꝙ̃ cibi cõueniunt:teſte Auic.in.ij.
cano.c.cccccxxxv.cũ inquit.Et que ex
eis ſunt aſſata ſuper cinerem ſine fu=
mo conferunt ſolutioni ventris ⁊ diſ
ſinterie ⁊c.cũ aũt duobus modis aſ=
ſentur oua:ſuper carbones.ſ.⁊ ſub ci
neres:petet quiſpiaꝫ q̃ deterioꝛa?cui
rñdet Iſaac in.v.doctrina.c.pꝛealle=
gato dicens.Oua q̃ inter cineres po=
nuntur tota ſunt peioꝛa eis que ſuꝑ
carbones ponuntur qm̃ cũ caloꝛ foci
circũeat ipſa:fumoſitatẽ ſuã exire ꝓ
hibet:ſuper carbones vero poſita fu
moſitatem emittũt ⁊ mũda ſunt .nul
lo igitur pꝛedictoꝝ modoꝝ ſunt oua
coquenda:ſed potius elixanda:dicẽ=
te Haliabate in.v.theoꝛice.c.xxvj.Cõ
petentius aũt ouum qđ ſumitur:eſt
elixatũ in aqua ⁊ non multũ decoctũ
vt durum fiat:ſed media tñ matura
tione decoquat̃ qđ etiã ſoꝛbile vocat̃.
hoc nanq; citius digerit̃ ⁊ melioꝛ eſt
cibus.Nodatũ aũt ⁊ durum ⁊ lapido
ſum ⁊ patellatũ malũ eſt ⁊ difficilis
digeſtionis:humoꝛẽ generat groſſuꝫ
facitq; oppillationẽ ⁊ lapidem in re=
nibus:⁊ putrefactionẽ in ſtomacho:
⁊ colicã mouet paſſionẽ.Cũ aũt ouuꝫ
elixari etiã duobus modis cõtingat:
cũ coꝛtice.ſ.⁊ ſine ipſo cũ frangit̃ ⁊ in
aquã calidã ꝓijcitur:quereret aliqͦs foꝛ
ſitan ⁊ bene que harũ duarũ elixatio
ſit conuenientioꝛ? Cui dicemus cum
Iſaac vbi ſupꝛa ſic ſcribẽte.oua elixa
coꝛticibus ſuis peioꝛa ſunt ꝙ̃ fracta
in aqua:quia fumoſitati ⁊ groſſitiei
coꝛtices repugnãt exterius.Que oua
qui ſepe comedunt ventoſitatem in=
flatiuam ⁊ grauatiuam patiuntur
ſtomachi ⁊ totius ventris et poſtea
ſubdit.Oua in aqua fracta melioꝛa
ſunt his que cum coꝛticibus elixan=
tur:quia caloꝛ aque temperate pene=
trat ⁊ groſſitiem ſuam ſubtiliat ⁊ au=
fert ſibi grauitatem ſui odoꝛis.Unde
huiuſmodi ſunt laudabilioꝛa cete=
ris.Et poſt multa ſic etiaꝫ inq̃t.Oua
in aqua elixa laudabilioꝛa exiſtunt:
maxime medie cocta:quia ex toto co=
cta mutantur in aſſatoꝛum naturaꝫ
Et in particularibꝰ idẽ voluit cũ ait.
Oua elixa in aqua ⁊ mediocriter co=
cta facilis ſũt digeſtiõis. Ꝓo ad du
ritatẽ coquãt̃ tarde digeñt ⁊ infra
ſubiunxit.Oua elixa in aqua ſine te=

UVA. BHSC. IyR_272

ſtis: in ſua naturali cuſtodiuntur humiditate: cū aque humectatiōe ſuiqꝫ odoris grauitatē amittunt: vnde ceteris ouorū preparationib⁹ ſunt laudabiliora: ⁊ precipue ſi mediocriter cocta fuerint ⁊c. Sed q: ſic ꝑparata: etſi magis ꝙ alia dicātur eſſe ſaniora: nō omnibus tamē placēt: imo quidā: de quorū numero ſumus: plus cū cortice oua elixa deſiderāt: melioriqꝫ cum appetitu: vt ita dixerim: aſſumūt ea. Ideoqꝫ de ipſis dicamus vlteri⁹ ꝙ tripliciter poſſunt eſſe decocta. parū. ſ. ⁊ vt ſemicruda ſint: ⁊ talia ſi nō abominabilia fuerint: plurimum dāt nutrimentū: vt voluit Serapio cū ait. Ouum ſemicoctū ſorbile eſt magis nutritiuū ꝙ alio modo comeſtū. Quod etiā ſenſit Almanſor in. iij. c. xiiij. dicens. Oua mollia ad deſcēdendū velocia hi[...]a quib⁹ ſanguis fluxit multitudo: ac vires fuerunt diminute cōferunt. Quedā vero cum teſtis ſuis indurantur. ⁊ hec ſunt dura ad digerendū: bene tamen digeſta plurimū exhibēt nutrimētū: teſte Iſaac in. v. doc. ſic ſcribēte. Oua indurata deſiccatoria ſunt ⁊ a ſtomacho dure exeuntia ⁊ venas tarde penetrātia: ſi tamen digerātur dure diſſoluūtur: ⁊ ideo ſtomachū grauāt et inteſtina: plerūqꝫ tamē bene cōfortāt. qd cōfirmauit Raſis in tertio Almāſoris c. preallegato dicens. Oua cū elixātur ⁊ dura fiunt plus nutriūt: ad digerēdū tamē ſunt duriora: tardiuſqꝫ de ſtomacho deſcēdunt. ⁊ Gal. in tertio Alimentorū. c. xxj. cum ait. Oua quidē cocta ⁊ indurata difficulter digeſtibilia: ⁊ tarde pertranſitionis ⁊ alimentum groſſum tribuunt corpori: his tamen adhuc magis ſunt tarde pertranſitionis ⁊ groſſioris chimi que ſupra cinerem calidum aſſata. Et in libro de euchimia. ca. iij. ſic etiam dixit Ouorum quecunqꝫ vſqꝫ ad perfectam coagulationem coquūtur aut aſſantur nō bene euchimia ſunt. Quedam vero oua inter hec extrema medium tenent decocta quidem ſufficienter et non indurata: que ſorbilia vel coagulata dicūtur: ⁊ hec ſunt ſaniora ⁊ omnibus fere hominib⁹ gratiora: ⁊ ceteris laudabiliora dicēte Almāſore vbi ſupra. Oua tremula que neqꝫ dura ſunt: neqꝫ mollia inter illa duo media exiſtūt. ⁊ Ga. etiā in loco ſuperius adducto inquit. Optima ouorum ad alimentum ſunt que tremula ſorbilia. que quidem minus nutriunt induratis: facilius tamē ſubeunt ⁊ eas que inuocata alteriora aſperitates [.]eniunt. Et in libro de euchimia ſimiliter ait. Oua que moderate ſunt cocta: propter quod tremulenta vocātur: meliora ſunt alijs: ⁊ ad digeſtionē ⁊ ad euchimiam ⁊c. ¶ De frixis autem cum oleo et huiuſmodi dicimus cum Iſaac in quinta doctrina. c. xvij. ꝙ oua frixa ceteris ſint peiora: quia paruiſſime in ſtomacho ſunt morantia: ⁊ quia in fumoſitatē ⁊ corruptionem ſunt mutabilia. quicquid ibi ciborum inueniunt corrumpentia ſunt: grauitatem ſtomacho generantia et faſtidia peiora ꝙ alia quelibet faciāt oua. Et īfra dixit. Oua frixa peſſimos generāt chimos ⁊ faſtidia. ⁊ in pria doctrina etiā ſic ſcripſit. Oua frixa ceteris deteriora ⁊ groſſiora citoqꝫ in fumoſitatē ⁊ ī cholericos humores ac in putredinē conuertibilia: quare ſunt cauſa faſtidij ⁊ abhominatiōis: q: cōuerſa in putredinē quicquid bonorū cibariorū in ſtomacho inueniūt putrefaciūt. Que fuit Gal. ſentētia in tertio Alimentorū ſic dicētis. Oua frixa peſſimū dant alimētū: ad oīa indigeſtibilia eñi ſunt: ⁊ groſſum dāt chimū ⁊ prauū ſupfluū. Et in li. de euchimia. c. iij. dixit. Oua q̄ frigunt cachochimia fiūt: ⁊ in eā q̄ in vētre digeſtio nō habēt in fumoſam corrūpunt ſubſtantiā ⁊ propter ipſa ⁊ alia cibaria. Et propter eis qui indigeſtionē patiūtur peſſima ſunt: quare ⁊c.

¶ Capitulū

UVA. BHSC. IyR_272

¶ Capitulū .xcv. oſtendit q̄d ſit lac. ⁊ que ſit eius natura ſiue complexio ⁊c.

Cum tot vt dixit princeps in ſecundo canone lac cum corporibus humanis habeat proportionalitates: quod earum cauſe non comprehenduntur nō eſt aliqua afficiendum admiratione ſi priſci ſapientes lactis generibus vtebantur quos ⁊ poſteri ſunt imitati: id tamen quod illi ex eis iuuamentum non conſecuti propterea quia inordiatiſſime lacticiniis ſunt abuſi: ⁊ inde quamplures egritudinum ſpecies deuenere: quod aliqui conſiderantes: ⁊ id putantes ex parte lactis contingere ipſum penitus ſpreuere eo nunquam vtentes a quibus plerique edocti illud idem obſeruant quorum opinio falſa ⁊ erronea quantum a via deuiet veritatis ex infra ſcribendis clariſſime patebit. Sed primitus q̄d ſit lac quod ipſi intelligere minime videntur: declaremus dicentes cum Gal. in octauo de iuuamentis mēbrorū ca. vltimo ſic ſcribēte. Lac eſt ſuperfluitas cibi corporis bona digeſta. a quo ſumpſit Conſiliator noſter in differentia .cxlviij. cum dixit. Lac eſt animalis ſuperfluū albū bina decoctione in mamīs generatum ⁊ eſt ſanguis bis decoctus: vt inquit Meſue in albedinemque mutatus. quod quidē ſenſit Auic. in .iij. tertij .c. j .cum ait. mamilla albificat ſanguinē rubeū ⁊ facit ipſum lac. Et propterea dicebat Iſaac in .c. xvij. doctrina quinta. Lac nihil aliud eſt quam ſanguis ſecundo coctus. Et in particularibus iterum. Lac vicinum eſt ſanguini: neque aliud eſt quam ſanguis ſecundo coctus in vberibus: habet tamen de mamillis albedinē: ſaporitatem: ⁊ humilitatem. ⁊ infra dixit. Lac non eſt ſeparatum a ſanguine ſicut cholera vel melācholia per ſe: immo non eſt aliud niſi ſanguis ſecūdo coctus in vberibus: quod natura probauerit ad nutrimentū animaliū: ſicut eundē ſanguinem operata eſt ad fouenda corpora: ⁊ ob hanc cauſam Auicen. in ſecundo canonis. c. ccccxlix. ſic ait. lac eſt boni chimi ⁊ facit exuberare ſanguinē: augmentū faciens in cerebro: ⁊ eſt propinque digeſtiōis cū ſit generatum ex ſanguine quod eſt in ſummo digeſtionis cui ſuperuenit digeſtio quedam alia quamuis fiat ex membro quod ad frigus declinat. Et propterea lactis complexio parumper ad frigus declinat: vt tetigit Conſiliator in preallegata differentia cum inquit. Et ſi lac ſit ſanguis ſecundo coctus: ſecunda tamen decoctio eidem nō caliditatē: ſed potius inferat frigiditatē propter mamillarē carnē glandoſam frigidam ⁊ humidam exiſtentē: ſicut enim ſpiritus animalis bis decoquitur puta in corde ⁊ in cerebro ita lac in epate ac mamīs ⁊ quod ita ſit patet per dictū Haliabatis: in .v. theorice. c. xxvj. quod eſt tale. Lac vniuerſaliter frigidū eſt ⁊ humidum: Et per Almanſorem in libro .iij. c. xv. dicente. Lac recenter multū temperamento exiſtit vicinū: licet frigiditati et humiditati parūper approximet: quod corpus humectat ⁊ impinguat ethicis inſuper ⁊ ptiſicis necnon ſicce tuſſi ac ardori vrine confert. quas. ſ. operationes minime faceret niſi frigidum ⁊ humidū foret. Que quidem fuit etiā Ga. ſententia in quarto de ſimplici medicina diſtin. iij. c. vlt. ſic quod dictū eſt probantis. Lac quamuis ſit ſuaue tamen nō alteratur per ſeipſum ad amaritudinem prorſus: ⁊ iſtud eſt quoniam frigiditas in ipſo eſt vincens caliditatē ⁊ nō caliditas frigiditatē. Et propter illud fit quod quando moratur occurrens ei aliqua hora aceſcit: ⁊ iſtud eſt quoniam cōpoſitū eſt ex tribus ſubſtantijs diuerſis in qualitate: quarū vna eſt ſubſtantia groſſa



UVA. BHSC. IyR_272

ex qua eſt caſeus: ſecũda eſt pinguis
ex qua eſt butyꝛum recens ⁊ coctũ: et
tertia eſt aquea que dicitur aqua ca=
ſei: ⁊ vnicuiqꝫ harũ trium ſubſtantia=
rũ ineſt cõplexio ſibi ꝓpꝛia. Suſtãtia
pinguis eſt maioꝛis equalitatis i cõ=
plexiõe. ⁊ ſubſtãtia groſſa eſt frigida
in equalitate cõplexiõis: ⁊ aquea eſt
frigida ⁊ humida: ⁊ cũ res ſit ſecũdũ
q̃d narrauit: tũc caliditas totius lactis
eſt ſub caliditate toti⁹ coꝛpoꝛis tẽpe=
rate cõplexionis: ⁊ ꝓpter illud eſt q̃d
cõuertitur ⁊ permutat̃ per ſe ad ace=
toſitatẽ. Et in. v. lib. eiuſdẽ diſtinctio
ne. vj. c. ij. ſic etiã inquit. Lac in calidi
tate ſua eſt inter phlegma et ſangui=
nẽ: ſed nõ eſt lõgitudo eius ab vtriſqꝫ
ſimilis ⁊ equalis: imo a phlegmate
eſt lõginquius ⁊ ꝓpinquius ſangui=
ni. Q̃d etiã voluit Serapio i. c. de me=
dicinis ꝓuocãtib⁹ lac a pꝛedicto ac
cipiens loco ex quib⁹ apparet ꝙ licet
lac ſit decliue ad frigidũ et humiduꝫ
hoc tñ eſt parũ. Iſaac tñ aliter ſenſiſ=
ſe videt̃ cũ in. c. xvij. doctrina quinta
inquit. Lac dulci vicinitus mamillas
exiẽs calidũ eſt in medio pꝛimi gra=
dus ⁊ in initio ſecũdi: q̃d mõſtrat ſa=
poꝛoſitas ſua ⁊ ſapoꝛis ſanguinis vi
cinitas ⁊ facilis in eũ mutabilitas ⁊c.
Qui noſtro iudicio etſi cõtrari⁹ videa
tur opinioni Gal. ⁊ alioꝝ: vt viſuꝫ eſt:
ab eis tñ nõ diſcedit. nã ſi cõſideretur
lac abſolute an calidũ ſit vel ne: pꝛo=
culdubio calidũ eſt pꝛonũciandũ cuꝫ
dulce ſit ⁊c. vt dixit Iſaac. Si aũt cõ=
paretur coꝛpoꝛi tẽperato vt pꝛobauit
Gal. erit frigidum ⁊ humidũ nec hoc
Iſaac negaſſet. et ſic omnis remoue=
tur contradictio inter eos.

¶ Capitulum. xxvj. oſtendit
quale quantumqꝫ ſit lactis nu
trimẽtum: ⁊ que ſint ipſius vti
litates.

Quantũ ſit lactis nutrimen
tũ: ⁊ ex eo coꝛpoꝛis robur
ꝓueniẽs: nunqꝫ equideꝫ
q̃s poſſet credere niſi ea q̃
de ipſo ſcribũt autoꝛes no
ſtri ꝑlegiſſet. Quos qui nõ legit: aut
minime põt intelligere ⁊ hoc ſaltẽ le=
gat capl'm: in quo non cõpꝛehendunt̃
ille q̃ ad moꝛbos infinite fere ſunt la=
ctis vtilitates: ſed tantũmodo he que
ad coꝛpoꝛis ſani faciũt cõfoꝛtationẽ.
Dicamus ergo cũ Auerroi in. v. colli=
get. c. de humiditate aĩaliũ. ꝙ ſi coꝛ=
pus eſt mundũ: nihil eſt cõueniẽtius
lacte ad reſtaurandũ quod diſſolutũ
eſt ex mẽbꝛis radicalibus: et pꝛopꝛie
lac mulierũ: ſecũdo lac aſinarũ: ⁊ poſt
lac caprarũ: ⁊ ideo eſt lac magis iuua
tiuũ oĩbus alijs rebus ethicis: ⁊ hoc
eſt ꝓpterea: q2 eſt materia ſimilis pꝛi
me materie: ex qua eſt humiditas ra=
dicalis: ⁊ ideo nutrimẽtũ bonum coꝛ
poꝛi exiſtit ⁊c. Q̃d etiam voluit Sera
pio auctoꝛitate Diaſcoꝛidis cum ait.
Lac omne eſt boni chimi: ⁊ eſt multũ
nutritiuũ: mollit ventrẽ ⁊ confert ſto=
macho. Similiter Iſaac in. c. xvij. die=
tarũ vniuerſaliũ dicens. Lac femini=
num ⁊ capꝛinũ temperatũ eſt in ſuis
tribus ſubſtãtijs: ⁊ perfectũ generat
nutrimẽtũ ⁊ tẽperatum. Et infra ſub=
dit. Et ſi coꝛpus ſit mundũ: ⁊ lac bene
digeſtũ: multũ dat nutrimentũ: lau=
dabilẽ ſanguinẽ generat augmentat
carnẽ: totũ coꝛp⁹ laudabiliter hume=
ctat: exterioꝛa renerat ⁊ facit pulchꝛa.
Et iterũ poſt aliqua dixit. Cõcoꝛdati
ſunt oẽs antiqui: ⁊ rõne teſtant̃ nulla
re melius nutriri coꝛpus q̃ꝫ que faci=
le in ſanguinẽ mutat̃ ſicut lac: q2 nul=
la res lacte nutribilioꝛ exiſtit. Pꝛin=
ceps quoqꝫ Auic. in. ij. canonis. c. cccc=
xlix. ſic inquit. Lac quidẽ eſt nutrimẽ=
tum: ⁊ equat chimos: ⁊ cõfoꝛtat coꝛp⁹
⁊ abluit. Et poſt pauca ſubiũxit. Lac
eſt boni chimi: ⁊ facit exuberare ſan=
guinẽ: augmentũ faciens in cerebꝛo:

UVA. BHSC. IyR_272

⁊ proprie muliebre. Et in areola deco rationis ſic inquit. Et quādo lac bibitur cū zuccaro: colorē efficit valde bonum ⁊ proprie mulierū: ⁊ impinguat: ⁊ ꝓprie habētes cōplexiones calidas ⁊ ſiccas: cū ſoluūtur potu eius ꝓpter ſuā cām ⁊ nō impinguat eos niſi propterea q: humectat ⁊ extrahit humorem malū quare rectificat nutrimētū quod nō minus ſenſit Raſis in. iij. Almanſoris. c. xv. dicēs. Corporib⁹ ſiccis lac optimū tribuit nutrimētū: atq; ad temperiē ducit: ſanguinē quoq; atq; ſperma augmētat. Que fuit Gal. ſententia in. v. de regimine ſanitatis ver ſus finem ſic dicentis. Boni lactis hec ſunt: moderata ſubductio vētris: ⁊ euchimia ⁊ nutrimentū nō paruū. ⁊ eiuſdē in. iij. de alimētis. c. xiiij. ſic quoq; ſcribentis dicendū eſt. Optimi chimi eſſe optimū lac fere omniū quecunq; comedim⁹. Nec; ſimpliciter dictū eſt optimū qm̄ lac malū euchimos ipſo vtētes cachochimos efficit. Ecce igit̄ quot bona quātecq; vtilitates in bono lacte reperiūtur: ⁊ ꝓpterea nō ita vt aliqui faciunt deſpiciendum eſt.

¶ Cap. cxvij. oſtēdit ꝙ lac ſit bonū ⁊ laudabile ad ſanitatē: ⁊ quas debet habere conditiones.

Bonū eſſe oportet lac qd̄ comedimus ſi vtile debet eſſe ac vt ſupra diximꝰ nutritiuum. Qm̄ lac maluꝫ nō modo eſt inutile verū etiā permaxime nociuū vt apparebit ex dicēdis. Et ꝓpterea ſcribendū eſt qui requirant̄ ad lactis bonitatē q̄tū eſt ex parte ei⁹ primo: deinde ex parte ſuſcipiētis ⁊c. quod in alio faciem⁹. c. In preſentia aūt dicamus cum haliabate in. v. Theorice. c. xxvj. dicēte. Bibere vero lac volēti oportet nō ſtatim ſumere poſt partū: ſꝫ poſt ad minus. xl. diebus. Quo premiſſo procedamus dicentes cū Iſaac in. xvij. c. d. v. ſic ſcribente. Electum lac quatuor qualitates: colorem albiſſimum clarum a citrinitate rubore et liuiditate liberum: odorem odoriferū ⁊ ab horrore ⁊ grauitate alienum: liquorē inter ſubtilem ⁊ groſſum medium: vt ſi gutta ſuper vnguem aut aliud corp⁹ ſolidum proijciatur remaneat continua inferius lata: ſu perius acuta. ſaporem acceptabileꝫ ab amaritudine ſalſitate ⁊ acetoſitate liberum. quod etiam voluit Raſis in. xxiij. continentis. c. dcc. cum ait. Bonum lac eſt vehementis albedinis: equalis contēti vel ſubſtantie: quod ſi ſtillatur ſuper vnguem non fluit. Et lac caprinum minus nocet ventri q̄ʒ aliud ⁊c. A quo ſumpſit Auicen. in. ij. canonis. c. cccc xlix. cuꝫ dixit. Melius lac eſt quod eſt vehementis albedinis equalis eſſentie: quod ſuper vnguem diſtillatum figitur ⁊ non currit: ⁊ eſt paſtus planta bona: ⁊ non eſt in ipſo ſapor extraneus declinans ad acetoſitatem aut amaritudinē aut acredinē: aut odor extraneus horribilis. Idem etiā voluit Serapio cū dixit autoritate Gali. Lac melius eſt ſanum naturale nō habēs infectionem alicuius alterius humoris: aut ſuper quod non vincit aliqua qualitas: et eſt clarum in quo non eſt turbulentia aliqua nec acuitas in ſapore vel odore: nec acetoſitas nec ſalſedo: imo eſt in eo dulcedo pauca et eſt odor eius bonus. Et lac quidem quod eſt huiuſmodi eſt illud quod generatur ex ſanguine ſano expiato ab omni malicia et circa medium capituli ſic etiam inquit. Eſt autem lac bonum quod eſt albū equale in ſpiſſitudine quādo ponitur ſuper vnguem et non diffunditur ſed ſtat collectum in ſe et iſta fuit in rei veritate Gali. ſententia in primo de



UVA. BHSC. IyR_272

regimine ſanitatis cum dixit. Bonuz
lac eſt quod guſtu odoratu delecta=
bile eſt:.quod album ⁊ quod equale
⁊ medium hz inter liquidum ⁊ groſ=
ſum: malum vero ⁊ groſſum ⁊ caſea=
tum ⁊ liquidum ⁊ inequale ſubſtãtia
⁊ amarum ⁊ ſalſuz vel ꝙ aliã ineptã
hz qualitatez qua neqꝫ odore erit de
lectabile ⁊c. debet preterea lac eſſe in
ſubſtãtia ſubtile vt velle vr̃ Iſaac in
v.d.c. preallegato diciens. Omnium
lac eſt laudabiliſſimum quodcunqꝫ
ſubtiliſſimum eſt femininum primo:
ſecundo non tamen adeo in ſubtilita
te vicinum: aſininum groſſiſſimuz et
plus nutritiuum: deinde pecorinum:
deinde vaccinum ⁊c. Quantum autẽ
eſt ex parte animalis lac fit laudabi=
li: qm̃ opz ex laudabili iuuene carno=
ſo ⁊ ſano aĩalia et bono paſtu nutrito
accipiaꝛ̃ dicente Iſaac vbi ſupra. Lac
aĩalis bñ carnoſi meli⁹ eſt lacte ĩfirmi
aut macri. qđ ſenſit Gal'. i li. de euchi.
c. iij. cũ ait. Ad euchimiam lac eſt bo=
num animalium eucraſiam haben=
tium. Et infra ſubiunxit. Scriptuz eſt
de lacte ab oĩbus medicis quoniam
euchiſſimum eſt ſi ex ſanis ⁊ mundis
animalibus fuerit: quoniaz ex cacho
chimis cachochimum eſt ſimiliter et
in cachochimis corporibus. Et ꝓpter
ea ipſe concludit in. v. de regimine ſa
nitatis. Animal ergo cuius lac ſum=
pturi ſumus ſine querela erit ſi etate
iuuenis fuerit ſm̃ habituz corporis.
Et in lib. de diſſolutione continua ẽt
inquit ⁊ melius lac ⁊ tẽperatius eſt
lac capre quia eſt ſubtilius ꝙ̃ lac pe=
cuduz ⁊ vacce ⁊ eſt groſſius ꝙ̃ lac aſi
ne ⁊ camele: ⁊ proſequiꝛ̃. Et debet ac
cipi lac ex animalibus ſanis iuuenib⁹
bene nutrientis ⁊c: ⁊ poſt pauca ad=
didit: ⁊ melius eſt recipere lac ſtatim
nullum anteqꝫ immutetur ab aere: qr
velociter immutatur. A quo Raſis ac
cepit. in. iij. Almanſoris. c. x. v. cuz ait.
Lac animalium pinguium ⁊ iuuenũ;
que diſcurrẽdo bonas paſcũt herbas
⁊ partui adhuc vicina exiſtunt: tẽpe=
ratuz ⁊ melius iudicatur. Nemo eñ
debet lacte vti animalis cuius nutri=
mentum ignorauerit quoniam pluri=
mum facit ad ipſius bonitatẽ: vt pla
cuit Iſaac in. p. d. ſic ſcribenti. Anima
lia enim recentes herbas paſcẽtia fa
ciunt ſubtile lac ⁊ aquoſum cito dige
ſtiuũ ⁊ minus vẽtoſitatis ⁊ inflatio=
nis generatiuum ꝙ̃ lac animaliũ ſic
carum herbarum extremitates paſcẽ
tium vel ſicca genera. Lac enim ani
malium ſtiptice arboris extremitati=
bus veſcentium vtilis eſt ſtomacho.
ceteriſqꝫ viſceribus: quod autẽ ex aĩa
libus ſolubilia manducantib⁹ fit om
nibus eſt deterius: proinde lac capri=
num plus ceteris ſtomacho cõuenit:
qm̃ ſemper ſtipticis herbis vtunꝛ̃. ſci
licet extremitatibus arboꝝ: maſticis:
quercus: lentici: oliue: ⁊ ſimiliũ. Que
autem de frondibus veſcuntur arbo
rum ſolutiuarum: ſcilicet ſcamonee:
tithymali elebori: ⁊ ſimilium: eaꝝ lac
eſt peſſimum vtpote ſtomacho noci=
uum: quod Diaſcorides teſtatur. Ui=
di inquit capras eleborum album pa
ſcentes in initio paſcendi vomitũ pa
tiebantur. Cuius rei effectus talis eſt
quia earum lac bibentibus ſtomachi
defectionem vomitum atqꝫ nauſeam
ingerebat. Lac preterea ex parte tem
porum bonitatem atqꝫ malitiã aſſu=
mit quoniam melius eſt quod in pͥn=
cipio eſtatis accipiꝛ̃ ꝙ̃ in aliquo alio=
rum temporũ anni: vt ſenſit Iſaac. v.
d. capitulo. xvij. dicens. Lac in initio
veris ſubtilius eſt ⁊ aque aſſimilatur
in fine aũt veris ⁊ in initio eſtatis tẽ
peratior ⁊ laudabilior cibus erit: in fi
ne aũt eſtatis ⁊ in initio autũni groſ
ſius ⁊ minus aquoſuz fit. Et infra ſic
etiam dixit lac veris quia aquoſum
eſt: nocinum ſtomacho faſtidiuz mo
uens ⁊ vomitum ſtomachi emolliẽs
aſperitatez ⁊ lubricans. deinde dixit.

nota electionem
lactis ex tempore

UVA. BHSC. LyR 272

lac groſſum tēperamentū exiēs fit du rum ad digerendū ⁊ ſtipticū ſicut lac qḋ in fine eſtatis ⁊ in principio autū ni generatꝰ:qḋ maxime in ſtomacho coagulatꝰ:⁊ peſſime infirmitates inde generantꝰ. Et in particularibꝰ ſic etiaȝ ſcripſit. Lac vernale.ſ.in fine veris ge neratū ceteris q̄dē melius ⁊ tēperatiꝰ duobus modis exiſtit. Uno qꝛ ceteris tpibus tēperatius eſt cū ſit mediocre inter quatuoꝛ qualitates. Alio ꝓpter lactis naturā:nā lac tpi ſeu parui ge neratoꝝ animaliū ꝓpinquū:eſt aquo ſum ⁊ indigeſtū ꝓpter humoꝛes i vbe ra coadunatos a tpe cōceptionis:⁊ iō cū lac.l.diebꝰ a tpe quo generata fue rint aialia prolongetꝰ:ſupfluitas quā habuerūt deſiccatꝰ ⁊ conſumitꝰ:⁊ nō re ſtat in lacte niſi humiditas ſubſtātia lis ⁊ naturalis:quare tēperatū eſt et laudabile facile digeſtioni ⁊c. Autū nale vero eſt diſſimile:naturalis eñ humiditas eiꝰ eſt plurimū finita:⁊ ca ſeata eſt multiplicata vñ groſſum eſt ⁊ difficulter digeritur:ſtomachū gra uat:groſſam ventoſitatē ⁊ inflationē generat:⁊ putredini apparatꝰ. Eſtiuū aūt.ſ.in principio eſtatis:eſt inter hec duo mediocre. hyemale ꝟo peſſimuȝ ⁊ groſſiſſimū:⁊ qꝛ ſicciſſimū ꝓpter lon ginquitatē tēpoꝛis a partu:idcirco ſui humiditas naturalis proꝛſus eſt fini ta. Similiter inq̄t Aui.i.ij.canonis.c. ccccxlix. halia.⁊ ceteri quoꝛū autoꝛi tates ⁊ dicta breuitate omnibus gra tiſſima exiſtente:pꝛetermittamus.

Capi.cxviij.oſtendit qḋ lac ſit malū:⁊ quod acetoſum:⁊ que no cumenta proueniant ex eis.

QUāuis ex ſupraſcriptis eli ci poſſit qḋ lac ſit malū:⁊q̄ ſint eiꝰ nocumēta. Pro ple nioꝛi tñ noticia boni atꝙ mali lactis mihi videtꝰ eſſe dicendū de malo lacte:⁊ de ipſiꝰ ma licia ſigillatim vt meliꝰ cognoſcatur. Qm̄ lac malū:vt inq̄t Iſaac in.c.xvij. d.v. nō ſolū coꝛrūpitꝰ:ſed etiā oēs lau dabiles chimos cōfundit.⁊ Ga.in.iij. Alimētoꝝ.c. xiiij.ſic ait de ipſo. Ma lū lac euchimos vtētes ipſo cachochi mos efficit. A quo pꝛīceps in.ij.cano nis accepit cū dixit. Nō eſt aliq̄d no cibilius coꝛpoꝛi q̄ꝫ lac malū.qm̄ vt di cit hip.in lib.de aere ⁊ aqua ⁊ regio nibꝰ. Lac ſi malū eſt lapidē in veſica latentē facit:maxime aūt ſi calidiſſi mū choleris rubeis pertinēs eſt:ven trē enim ⁊ veſicā calefacit:⁊ vrinā in cēdit:⁊ lapides facit. Quod etiā vo luit Almāſoꝛ in.iij.lib.c.xv.dicēs. Lac ſimiliter ſpiſſum oīno vitandū eſt:ge nerat enim lapidē in renibus eo vten tium. Lac igitur malū erit cū ſpiſſum ſeu groſſum vel nimis aquoſum fue rit:vel aliqua mala affectꝰ qualitate: vel de nō laudabili aiali:dicēte Gal. in.i.de regimine ſanitatis. Lac malū eſt groſſum caſeatū ⁊ liquidū et liui dū:⁊ inequale ſubſtantia amarū vel ſalſum:vel ꝙ aliā ineptā habet quali tatem:ſimiliter illud qḋ odoꝛe nō erit delectabile:vt in precedēti etiā.c.dixi mus.⁊ in.iij. Alimētoꝝ.c.xiiij.ſic etiā ait. Lac quidē qḋ paucū habet humi ditatis.ſ.ſeroſe et nō paucū groſſiciei caſealis non eſt ſecurū oībus his qui in ipſo habūdant:ledit quidem et re nes quicūꝙ idoneos habent ad lapi dis generationē oppilationes etiam ⁊ ſecundū epar efficit his qui hoc prō ptē pati poſſunt Auic.vero in pꝛealle gato loco ſic de ipſo dixit.lac quidem omnis animalis cuius pꝛegnatio eſt prolixioꝛ pꝛegnatione mulierū eſt ma lum.quapꝛopter pꝛopoꝛtionale eſt ei illud quod eſt pꝛoximum ſicut vacci num.⁊ Serapio dixit.lac animalium quoꝛum carnes ſunt fetide ⁊ longin que a natura hominis eſt malum:vt canis:vrſi:leonis:⁊ ſimilium. Nullus ergo huiuſmodi lacte vti debet, Si



UVA. BHSC. IyR_272

militer lac ꝓpinquū partui ⁊ venale
in initio veris vel in poſtremo eſta-
tis autūnale ⁊ ſimiliter hyemale ⁊ fu
giendum eſt. Lac quoqꝫ aīalis vete-
ris aut nō ſani aut macri vel paſti ex
malis herbis humidis nimiū ⁊ aq̃ſis
vel ex ſolubilibus: ⁊ talia omnia la-
ctis genera ſunt deteſtanda: vt ex ſu-
periori ca. fuit manifeſtum. Similiter
⁊ lac acetoſum ex quo extractum fuit
butyrū. quale id qđ paduc ꝑ vicinias
vēditur via cibi eſt oīno fugiendum
ratione ſue frigiditatis: niſi a corpori
bus valide calidis: qm̄ plurima facit
in aliis nocumenta dicente Jſaac in
p. d. Lac acetoſum frigidum eſt ⁊ ſic-
cum digeſtioni inobediens: grauat
gingiuas ⁊ ſtomacho nocet. Quod
etiam voluit Auicen. in. ij. cañ. c. vbi
ſupra cū ait. Et lac quidē acetoſum
eſt tarde digeſtionis valde ⁊ eſt cru
di humoris. Uerum ſtomachus cali-
dus naturaliter aut accidentaliter di
gerit ipſum: ⁊ iuuatur cum eo. ⁊ non
eructuat fumoſe propter ablationem
butyri ab ipſo. Quequidem fuit Ga-
lie. ſententia in. iij. alimentorum. c. xv.
dicētis. Sufficit đ acetoſo lacte dicere
q̄ꝫ frigidum eſt ⁊ groſſi chimi. ſequit̄
enim ad hoc non de facili ipſum dige
ri cōmenſurata ſe habente cōplexio-
ne. Et poſtea ſubdit. Lac acetoſum
vtile eſt edulium magis ignitis ven
tribus: frigidioribus vero ventribus
contrariјſſimuꝫ. Et propterea ipſo nō
eſt vtendū niſi via medicine: vt Raſis
inquit in. iij. Almāſoris preallegato
cum ait. Lac qđ poſt butyri extractio
nem remanet fluxū ventris ex acumi
ne cholere rubee patientibus: corpuſ
qꝫ habentibus macrum ac debile con
fert: ſi ferrum ignitum in eo pluries
extinguatur ⁊c. Nō commedamꝰ lac
tale igitur pacto aliquo via nutrimē
ti qū ab ipſo butyrū ſiue vt vulgares
appellant capita lactis. q̄ calidiores
ſunt lactis partes: quibus extractis
frigidum nimis remanet lac vt dictū
eſt: ⁊ nō modica inducens in corpus
nocumenta. Nec etiā approbamus
id quod iā mulſum eſt qm̄ a natura
dulcis lactis eſt egreſſum. ⁊ factuꝫ eſt
ad digerendū durū groſſum ⁊ maluꝫ
dans corpori nutrimentū: ⁊ in renibꝰ
⁊ veſica lapidem generat: maxime ſi
ſtomachus a cibis nō ſit mūdificatus
teſte Jſaac in vniuerſalibus dictis ca
pitulo ſepius adducto.

## Capitulum. cxix. oſtendit de ſpeciebꝰ lactis que ſunt in vſu: que ſit melior ⁊ eligibilior.

Oſt q̄ꝫ ſcitū fuerit quod
bonū quod ve malum:
lac fuerit in vniuerſali
ſicut ſupra diximꝰ. Sci-
re deſiderat vlterius in
tellectus: cuius aīalis
in ſpecie lac magis in via cibi commē
detur: ⁊ propterea dicendum eſt de
hac re quid ſenſerint antiquiores: qui
non modo ad egritudinis: ſed ad ſa-
nitatis conſernationem lac femininuꝫ
vidētur approbare. Poſt qđ lac aſini
nū: caprinū deinde ⁊ poſt ipſum oui-
nū: poſtremo vero tā̄q̄ꝫ minus vtile
vaccinū. Et quod ita ſit apparet per
Jſaac in. c. xvij. d. v. ſic dicēte. Lac fe-
mininū et caprinū temperatum eſt in
ſuis tribus ſubſtantiјs: ⁊ perfectū ge
nerat nutrimētum ⁊ temperatum. Et
infra. Omniū lac eſt laudabiliſſimuꝫ
quodcūqꝫ ſubſtiliſſimū eſt femineuꝫ
primo: ſcđo vero nō tñ adeo in ſubti-
litate vicinum aſininū: groſiſſimū ve-
ro ⁊ plus nutritiuū dehinc pecorinuꝫ:
⁊ deinde vaccinū: plus aquaticū oīm
eſt porcinū ⁊c. Et ſuddit. Temperatiꝰ
in tribus ſubſtantiјs ⁊ mediocrius eſt
femininū. Et adhuc magis i proceſſu
ait. Lac femininñ tēperatius eſt ⁊ nu
tribiliꝰ ceteris: ⁊ mortiferis ſuccurrēs
venenis. Qđ etiā voluit Auicē. i. ij. ca-

UVA. BHSC. IyR_272

nonis.c.cccclxiiij.dicẽs.Lac qđ melꝰ
eſt oībꝰ eſt lac muliebre. Et in.j.liij.
trac.iij.c.vj.inquit.Non eſt lac ſuper
lac mulieris. Et Auerrois in.v.col=
liget ſic etiam dixit. Melius lac eſt
femineũ:⁊ poſt illud lac aſine et poſt
hoc lac cape. Et iſte ſpecies lactis
ſunt ſubtilis ſubſtantie.Sed lac ouis
ẽ groſſius:⁊ ꝓpterea citꝰ in ſtoma=
cho caſeat:Sʒ vacciniũ adhuc groſſiꝰ
⁊ cũ hoc butyroſius. Serapio quoqꝫ
in.c.lebẽ.ſic etiã ſcripſit.Sanꝰ lac eſt
mulieris maxime cuiꝰ corpus ẽ ſanũ
nõ antique:ſʒ iuuenis:pulchre:tẽpera
te cõplexionis:cuiꝰ nutrimẽtũ eſt bo=
nũ:generatiuuʒ bonorũ humorũ. Et
poſt lac mulieris eſt lac aĩaliũ:quoꝝ
natura nõ eſt elõgata a natura hoĩs:
ſʒ ꝓpe naturã eiꝰ:excepto porcino.ſ.
quãuis ipſe nõ dicat:qꝛ eſt aquoſũ ⁊
incoctũ.teſte Iſaac. Et infra ſubdit
Serapio.Et lac mulieris eſt dulciꝰ et
nutribilius oĩ lacte.Et fuit Gal.ſentẽ
tia in.j.Terapẽtice.c.vj.dicẽtis.Lac
humanũ cognatũ q̄dẽ eſt ⁊ familiare
nobis ⁊ optimũ:qꝛ vero nõ ſuſtinent
multi lac mulieris in moduʒ infantiũ
accipere:dãdum eſt eis aſininuʒ hoc
enim eſt alioꝝ optimũ.Si q̄s tñ que=
reret ꝓpter qđ aſininũ intãtum come
dat cũ immeditate poſt humanuʒ ꝓ
nat:cui dicemꝰ cuʒ Iſaac in.c.xvij.d.
v.qꝛ quodcũqꝫ lac ſubtile eſt ⁊ aquo=
ſum ſicut aſininuʒ ⁊ caballinũ ſangui
nẽ nõ generat groſſum. Qđ ṽo plus
abundat ad caſeuʒ ſicut vaccinum ⁊
pecorinum:ſanguinẽ facit groſſuʒ ſʒ
tñ plꝰ vaccinuʒ.Et qꝛ etiã lac aſininũ
poſt femineuʒ ⁊ caprinum eſt tẽpera
tiꝰ ceteris.teſte eodẽ vbi ſupra:ſʒ in
vlteriori proceſſu.Auicẽ. quoqꝫ in.ij.
canonis.c.allegato dixit.Lac aſinaꝝ
minꝰ exiſtẽs butyroſuʒ ẽ ſubtile.capra
rũ ṽo lac ẽ tẽperatũ: ⁊ lac ouie ẽ groſ
ſum valde:⁊ lac vaccinũ eſt pinguiꝰ ⁊
groſſius.Idẽ quoqꝫ ſenſit Almanſor
in.iij.c.xv.cũ dixit. Aſininũ oĩ lacte
ſubtilis eſt:que fuit ſententia Galie.
i.v.de regimine ſanitatis dicẽtis.Te
nuiꝰ ⁊ ſeroſiꝰ lac ẽ aſininũ modeartũ
vero groſſitie ẽ caprinũ.Quare hoc q̄
dem ad nutriendum eſt magis. ſi eo
opus eſt aſininuʒ vero minꝰ fallax oĩ
no etenim ſi quãdoqꝫ ſumatur ſine pa
ne:⁊ ſubducit citius:⁊ minime eſt vẽ=
toſum:neqꝫ caſeatur ſcđm ventreʒ ⁊c.
Et in libro de euchimia ⁊ cachochi=
mia capitulo.iij.ſic quoqꝫ ait. In ca=
melarum ⁊ aſinarũ lacte plurimum
eſt ſeroſitatis:in ouino autẽ plurimũ
de ſubſtantia caſeali:in bouino vero
multũ de vnctuoſitate:caprinuʒ autẽ
mediocritatem in omnibus tenet Sʒ
ſi quis obijceret bos eſt aĩal frigiduʒ
⁊ ſiccũ vt patet in.c.de carne bouina
ſupra.vnctuoſitas vero calida ⁊ hu=
mida:vt in.c.de adipe ⁊ pinguedine
ſcripſimus:quõ ergo lac bouinũ eſt
ceteris vnctuoſius.Ad hoc reſponde
bimus dicentes cũ Iſaac in.v.c.ſepiꝰ
allegato dicẽte. Cũ vacca nõ tantuʒ
caloris habeat vt vnctuoſitatem ſan
guinis attrahat ſibi fit eiꝰ lac vnctuo
ſiſſimũ ⁊ nutribiliſſimũ:qꝛ ceteris eſt
aquoſum ⁊ acutũ ⁊ magis nutrit: ſto
macho cõuenit:mẽbra cõfortat:calorẽ
epatis ⁊ ſtomachi refrigerat:⁊ bonũ
eſt ad alia butyroſitate ablata. ⁊ qꝛ
lac caprarũ ĩter vacinũ ⁊ aſininũ: vt ẽt
dixit Serapio:mediũ tenet:⁊ qꝛ ĩ vac
cino multiplicat butyroſitas vt Prin
ceps dixit:iõ videt vtrũqꝫ eorũ cõue=
niẽs eſſe his q̄ ĩpinguare deſiderãt et
ꝑcipue vaccinũ ⁊ qꝛ ita ſit apparet per
Gal.in.iij.de alimẽtis.c.xiiij. dicente.
Lac bouinũ eſt pinguiſſimũ iõ macilẽ
tis deſiderãtibꝰ ĩpinguari videt alijs
conuenientius. Et per Almanſorem
in.iij.ſic ſcibentem.Uacinũ enim lac
omni lacte cuiuſlibet alterius anima
lis groſſius iudicatur: quod etiam
omnibus ſui corporis pinguedinem
adipiſci volẽtibꝰ cõueniẽtiꝰ exiſtit.Et
ꝑ ↄ̄ſeq̄ns pĩguibꝰ icõueniẽs ⁊ nociuũ



UVA. BHSC. IyR_272

pronunciandū eſt. Similiter lac oui
nū q̃ eſt groſſum valde teſte princi-
pe in .ij. canonis. et Gal. in lib. de eu-
chima. ideo dicendū eſt de ipſo cū Ra
ſi vbi ſupra dicente. ꝙ ouinū lac plu-
res ꝙ̃ aliquod aliud procreat ſuꝑflu
itates: ⁊ ꝓpterea citius in ſtomacho
caſeantur vt dixit Auerrois in .v. colli
get. ⁊ Iſaac in .p. d. cū ait. Vaccinū et
pecorinū ſemper coagulantur in ſto
macho pro ſui groſſitie ⁊ terreſtreita
te ⁊ propterea dimittendū eſt. Pro ſa
nis aūt ⁊ ſatis bene cõplexionatis cor
poribus cõuenientiſſimū eſt inter cete
ra lactis genera caprinū cum ſit tem
peratum in ſuis ſubſtantijs plus om
ni lacte poſt feminū vt inquit Iſaac
vbi ſupra. ⁊ eſt magis ſtomacho cõ-
gruum: q̃ capre ſiluaticis herbis et ra
morum extremitatibus paſcuntur: vt
etiā Princeps voluit vbi ſupra quan
do ipſum tẽperatū eſſe pronunciauit
⁊ fuit Raſis ſententia ſcribẽtis in Al-
manſore. caprarum lac tẽperiem te-
net. Qua de re concludendū eſt cum
Gal in. lib. de euchimia ſic dicente: bo
num omnibus ⁊ commoda eius lac ē
id quod caprarū: neq; enim ſufficien-
ter eſt humidum nec vnctuoſum nec
groſſum. Ideo poſt feminum melius
eſt alijs: ⁊ ad ſanitatem magis eli-
gendum.

¶ Cap. cxx. declarat quibus corpo
ribus ⁊ naturis: lac etiam tempe-
ratū ⁊ electū ſit cõueniens.

NOn oportet hoc in .c. di
cere q̃ lac infantibus
ſit exibendum cū id ſa
tis ſit manifeſtum vni
cuiq;. Et ſi nūq̃ Gal. in
.j. de regimine ſanitatis
precepiſſet cum ait Puer nutriendus
eſt ſolo lacte vſq; quo mittat anterio
res dẽtes. ⁊ tūc aſſueſcendus eſt groſ-
ſiori cibo. q̃m lac ſane matris propri⁹
aſſuetus eſt cibus infanti: cū enim in
vẽtre ſanguine eius nutrietur qui pa-
rum in mamillis mutatus eſt in lac:
eodem fere nutritur ⁊ poſt ortū vt ipe
dixit ibidē. Sȝ in hoc capitulo ſcriben
dū eſt q̃bus adultis cõueniat cū non
paucos ex lacticinijs infirmari videa
mus: pro cuius expeditione hanc po-
nimus concluſionem de mẽte ſapien-
tiū antiquorū. Quod lac quātūcunq;
bonū conuenit cõſiſtentibus ⁊ ſenib⁹
nõ phlegmaticis: ſed calidis ⁊ ſiccis ī
cõplexione: ſi ſtomachum a malis hu
moribus mundificatum habuerit. Et
ſi bene ipſum lac digerunt: ⁊ ex eius
cõplexione: ⁊ ipſius comeſtione nullū
perceperint nocumentū. Qui vero nõ
habuerit has cõditiones: eis minime
cõuenit quātūcunq; lac de ſe perfectiſ
ſimū exiſtat. Et ꝙ ita ſit declaratur.
auctoritate Auicē. in ſcđo canonis. ca
ccccxliiij. ſic ſcribẽtis. Lac nocet phleg
maticis: quoniam caliditas eorum nõ
conuenit ipſum ad ſanguinem ſicut
oportet. Et corpus vtitur ipſo ante cõ
uerſionem eius propterea ꝙ eſt ei ꝓ-
pinquum. ⁊ ꝓpter hoc cõfert habenti
bus cõplexionē calidam ⁊ ſiccam cū
in ipſorū ſtomachis nõ eſt cholera. ⁊
infra ſubiūxit. Lac eſt magis conue-
niens cõſiſtentibus ꝙ̃ adoleſcentib⁹
calidam habentibus cõplexionē: nam
conuertitur in ipſis ad choleram ⁊ cõ
fert ſenibus etiā propterea ꝙ hume-
ctat ⁊ remouet pruritum qui eis eſt ꝓ
prius. Quod ſenſit Gal. in .v. de regi-
mine ſanitatis cū inquit. Lac nõ oib⁹
dandū eſt: ſed his ſolū ſenibus quicū
q; bene illud digerūt ⁊ ſint homo nul
lum circa dextrum hypocūdriū ſenti
unt. Cuius quidem ratio ab eodem
aſſignatur in quarto de ſimplici me-
dicina diſtinctione. tertia. c. vltimo di
cente. Quando lac non digeritur in
ſtomacho conuertitur et permutatur
ad vnā duarum ſpecierum. ⁊ iſtud q̃m
ipſum in ſtomacho frigido aceſcit. et

UVA. BHSC. IyR_272

in ſtomacho calido fumigatur ⁊ amaricatur. Quod maxime fit cū ſtomachus cholera vel phlegmate repletus fuerit. Et hoc etiā voluit Iſaac in. d. v. c. xvij. cū ait. Si quis lac acceperit ſtomacho non mundificato: ſiue corpore nō tēperato vel tēpore nō moderato. cito mutatur in fumoſitatē. cholerāqꝫ nigram generat ⁊ fumoſam cōplexionē calidis vel acetoſitatē ⁊ putredinē frigidis. ⁊ poſt aliq̄ dixit. Et ſi lac in ſubſtantia ſua ſit laudabile cā ſubtilitatis ⁊ digeſtibilis ſue: aliquādo vel ſemper ex mutatis qualitatibus ſtomachi coagulatur ⁊ mutatur in fumoſitatē ⁊ in cholericā genera: aut aliquādo vel ſemper mutatur in acetoſitatē vel phlegmatū putredinem ſcd̄m accidentia hoc facientia. ⁊ propterea cōcludit deinde ꝙ lac non ſit accipiendū niſi corpus ſit tēperatū: ⁊ ſtomachus ſit inanitus de cholericis ⁊ phlegmaticis humoribꝰ: ⁊ in libro d. p. ſic quoqꝫ dixit Cū lac in ſe duas ſubſtantias cōtrarias habeat aerā et terreſtrē. ſ. caſeatam ⁊ butyroſam. Caſeata propter frigiditatē ſuiqꝫ ſiccitatē induratur ad digerendū. Unde in acetoſitatē cōuertitur: ꝑcipue ſi inuenerit cibū vel humores in ſtomacho acetoſitati pertinētes butyroſa vero pro ſui calore ac leuitate: mutatur in fumoſitatē preſertim ſi ſtomachum ſibi ſimilē inuenerit. Ideoqꝫ nō oportet lac potari niſi ſtomacho inanito ⁊ ab humoribus mundificato Que ēt fuit Auerrois ſententia in. v. coliget dicētis. Lac recipit immutationē citiꝰ omnibus aliis rebus ab aere. ⁊ ſimiliter permutat̄ in diſtēperatis corporibus ex malis humoribꝰ ⁊ aceſcit ⁊ caſeatur in ſtomacho frigido: aut in fumoſum in ſtomacho calido: ⁊ replet cerebrū. Sed ſi corpus ſit mūdū nihil ē cōuenietiꝰ eo ad reſtaurādū ⁊c. His ergo lac cōuenit aliis autē minime. quare ⁊c.

¶ Capitulum. cxxi. oſtendit quomodo preparandum ſit lac. ⁊ que alia obſeruanda ſint ante ipſius aſſumptionem.

Poſtq̄ electū lac habuerimus: ⁊ de mūditia noſtrorū corporū certi fuerimus: adhuc eſt a nobis obſeruandū ꝙ lac ſit recēter mulſum dicente Iſaac in. c. xvij. d. v. Lac nouiter mulſum magis eſt calidū ⁊ tēperatū cum nature ſanguinis ſit vicinū. Ad cōparationē ergo alterius lactis laudabilior ⁊ nutribilior cibus erit ⁊ maxime acceptū ſicut oportet. ⁊ in particularibus etiā inquit. Lac vberibus vicinū eſt dulce ⁊ liquidū. Et idcirco ceteris laudabilius eſt digeſtibiliꝰ citoqꝫ in ſanguinē cōuertibile: ſi prout oportet accipiat̄: ⁊ quātū virtꝰ tolerare valuerit ⁊c. Cui cōcordat Auer. in. v. colliget cū ait. Et lac nō valet in his q̄ diximꝰ niſi recēter trahat̄ ex mamillis ſi eſſe pōt. Et ſimiliter Aui. in ſcd̄o cano. ca. ccccxliiij. dicens. Et opꝫ vt adminiſtretur ſtatim vt mulgetur: anteq̄ cōuertatur. Que quidē fuit Gal. ſententia i v. de ingenio ſanitatis. c. xij. dicentis Studendū eſt vt lac mox vt ab vberibus aialiū eſt emūctū ſugatur nequomodolibet ab aere tangatur. Quorū quidē ſapiētū preallegatorū ratio eſt Quī lac in ſua ſubſtantia eſt velocis cōuerſionis. i. corruptionis: teſte principe vbi ſupra: ⁊ Almāſore i libro. iij. c. xv. ſic ſcribēte. Conuerſio lactis eſt velox. ⁊ experientia illud docet: qꝛ facile aceſcit ⁊ cito. Obſeruādū eſt preterea ꝙ ſi ex vbere non ſugatur permiſcendum eſt cum eo ſalis et melius modicum vt in ſtomacho minime coaguletur: et preſertim ſi lac groſſum fuerit iuxta preceptum Iſaac in v. d. ſic ſcribentis. Si mel et parum ſalis in lacte apponat̄: minꝰ coagulabitur. et in particularibus ſic etiaꝫ

UVA. BHSC. IyR_272

inquit. Lac caprinum nõnũq coagulatur in ſtomacho: niſi cũ calidum ab vberibus exiens bibatur. aut cũ fuerit cũ modico melle ꝛ ſale permixtuz: tali eñ modo ꝓpinatũ nullã cõglutinationẽ dabit. ꝛ ſubdit. Sin autẽ tali dabitur modo ſemetipſum coagulabit ꝛ grauitatẽ in ſtomacho ꝛ in gula ſuffocationẽ gñabit. q̃ fuit Gal. ſnia in v. de ingenio ſanitatis. c. ſuperius allegato dicentis. Qui miſcet aliquãtulũ mellis cũ lacte: ꝓhibet ei⁹ coagulationẽ in ſtomacho. nam mel cuſtodit ne coaguletur in ſtomacho: ꝓpter qđ ſi vis vt facile a ſtomacho deſcẽdat mitte parũ ſalis in eo. Et in. v. lib. de regimine ſanitatis verſus finem ait. Lac nõ caſeatur ſcđm ventrẽ: ſi de ſale et melle aſſumpſerit. Et in. iij. alimẽtoꝝ. c. xiiij. Si quis accipiat ſalis aliqđ aut mellis impoſſibile eſt lac in ſtomacho eius coagulari. Et in libro de euchimia. c. iij. Conſimiliter inquit nõ eſt infallax abſq melle offerre tẽperatũ lac qm̃ multis eoꝝ qui ipſum biberũt caſeatum fuit in ventre ꝛ nimirum. Que autẽ ſint nocumẽta eius cũ in ſtomacho coagulat̃: nõ eſt hic opus dicere: cũ ex ſuperius habitis ſint ſatis manifeſta. Et ideo talis preparatio lactis cũ melle ꝛ ſale aut cũ zuccaro ꝛ paſſulis vt aliqui iubent moderni: pro re vtili nõ minuſq neceſſaria ad ſanitatẽ eſt obſeruanda. ¶ Qua autẽ hora lac bibẽdum ſit ſubiungamus: cũ ꝛ ipſa nõ modicũ faciat lꝫ per accidens ad nutrimẽtum: dicẽte Iſaac in. v. d. c. xvij. autoritate Ruffi hec verba. Ruffus inquit ꝙ lac bibentes ieiunos eſſe opoꝛtet ꝛ bibãt cũ exeat vbera: neq aliqđ comedãt quouſq digerat̃: ꝛ poſt pauca ſubdit. digeſtio autẽ illo ſcđo accipiant. ꝛ tertio itidẽ faciant. ſic eñ faciendo ſolutionẽ preſtat ventris cum aquoſitate ſua: ꝛ corp⁹ eſt nutriẽs: augens quoq carnẽ: ꝛ ſanguinẽ nature amiciſſimũ gñat. ꝛ ꝙ cum lacte nõ ſit aliud ꝑmiſcendũ tolli põt ex dicto illo principis in. iij. j. doc. ij. c. vij. Lac cũ rebus acetoſis comedendũ nõ eſt: neq piſces cum lacte: qm̃ inde peruenit̃ ad egritudines permanẽtes ſicut lepra ꝛ hmõi inquit ipſe eo in loco indoꝝ experimentorum autoritate. Que autez quantitas lactis bibenda ſit minime expreſſum inuenio: ſcđm tñ etates cõplexiones ꝛ ſtomachi tolerãtiam accipiatur: ꝛ in tanta quãtitate ꝙ digeratur ꝛ nõ ledat vt tetigit Iſaac in. j. docto. cũ ait. Prout oportet accipiatur: ꝛ quantum virtus tolerare valuerit. Si eñ vltra q̃ꝫ oportunũ fuerit ſumatur: naturã grauat: ꝛ capiti ſtomachoq infert nocumẽtuꝫ. Securiſſime igitur a pauca lactis quantitate incipiendũ eſt: ꝛ paulatim ad maiorẽ tranſeũdo: prout digeſtiua ſtomachi docebit.

¶ Cap. cxxij. ponit q̃ ſint obſeruãda poſt lactis aſſumptionẽ ne in ſtomacho corrumpatur.

Quecũq hacten⁹ dicta ſunt de lacte obſeruanda ꝓculdubio forẽt inutilia: ſi poſtq̃ꝫ bibitũ fuerit q̃ oportuna ſunt nõ intelligẽtes pretermitteremus. Et ideo dicendũ eſt q̃ neceſſario debẽt attẽdi poſt lactis comeſtionẽ cũ Iſaac in. d. v. c. xvij. ſic ſcribẽte. Poſtq̃ꝫ lac bibitũ fuerit in ieiuno nihil aliud comedãt quoaduſq digeratur ꝛ labor ꝛ nimius motus fugiatur. Si eñ oĩno ſine motu ſtomachi inuenerit defectionẽ: eijcitur lac anteq̃ꝫ digerat̃. Si vero fortitudinẽ: mutatur in corruptionẽ: nõ eñ quieſcendo a deãbulatiõe: ſed ambulãdo ſuauiter quoaduſq ad ſtomachi fundũ ſentiat deſcendiſſe. Sic enim melius ad digerendũ preparat̃. Quod etiã voluit Aui. in ij. canonis. c. ccccxliiij. dicẽs Illũ autez qui bibit lac poſt ipſuz quieſcere opoꝛtet vt nõ corrũpat̃ ꝛ nõ aceſcat verum

UVA. BHSC. IyR_272

opꝫ vt nō ſup ipſum dormiat neqꝫ ſu-
ſcipiat ſup ipſum cibū aliū donec de-
ſcendat nec etiā poſt ipſum bibat vi-
nū qm̄ alterat ipſum ꝛ coagulat ꝛ pe
netrare facit indigeſtum. vt iuniores
medici ſentire vident̄. hoc igit̄ ſit pri-
mum ꝓ regula obſeruādum. Secun-
dum autē nō minus hoc dicto neceſſa
riū eſt: vt lauent̄ dentes ꝛ gingiue cū
aceto vel vino: aut cū aqua mellis et
hmōi re aliqua abſtergēte. Qm̄ vt di
xit. haliabas in. v. theo. c. xxxi. Lac dē
tib⁹ nocet: ꝛ gingiuas comedit ꝛ ener
uat ideo lac comedentē poſt illū ma-
ſticare opꝫ aquā mellis vel vinū quo
gingiue oīno abluantur ab ea q̄ illis
inheſit coagulatiua ſubſtantia. clari⁹
autem Iſaac in. p. d. ſic etiā hoc inqt.
Lac dentibus atqꝫ gingiuis mollitiē
dabit ꝛ putrefaciet ea: vnde mollifica
te putreſiunt: ſit ergo neceſſariū vt os
lauetur cum vino vel aceto: vt qđ de
lacte dētibus inuiſcatū fuerit mundi-
ficetur. hoc etiā voluit Auicen. in ca-
nonis. ij. c. ſepius allegato dicens. Et
lac quidem nocet dentibus. ꝛ corrodit
eos ꝛ concauat ꝛ conſumit ipſos: ꝛ ꝓ-
prie cū dens eſt frigide cōplexionis ꝛ
laxam efficit gingiuam: immo opꝫ vt
poſt ipſum colluatur os cum melle et
vino ꝛ oximelle. Que ſententia fuit
aſſumpta a fonte vberrimo Gal. in ter
tio Alimentorum. c. xiiij. ſic ſcribente.
Oportet poſt oblationem lactis vinū
mixtum traijcere. Et ſubdit. Et meli⁹
eſt ꝛ ſi mellis aliquid ſupermittas ipſi
oīno eīm ſic abſtergitur qđ circumplaſ
matum dentib⁹ ꝛ gingiuis fuerit. hoc
etiā ſimiliter obſeruandū eſt poſt la-
cticiniorum dicendorꝫ infra comeſtio
nem: ꝛ preſertim poſt lactis coagula-
ti ꝛ caſei ſine ſale recentis aſſumptio-
nem. quorū partes groſſiores ꝛ viſco-
ſiores magis gingiuis adherent ꝛ in-
ter dētes precipue raros inuiſcantur.
Abſtergantur itaqꝫ ꝛ lauentur cū ali
quo predictorꝫ: ne putreſiant: ſcđm qđ
ſapientes antiqui vt ſupra viſum eſt
preceperunt. Et hec de obſeruandis
poſt hauſtum lactis dicta q̄ breuiſſi-
me ſufficiant.

¶ Cap. cxxiij. oſtēdit que nocumē
ta proueniāt ex aſſiduo ex frequē-
tata lactis etiā boni aſſumptione
in multa corporis membra.

Et ſi multa bona de lacte
ſuperius dixerim cū debi-
to accipitur modo: ꝛ qñqꝫ
nō tñ frequentandus eſt
eius vſus: cū ad diuerſas
perducat egritudines ꝛ dentibus pre
ſertim noceat: dicēte Iſaac in ꝑticu
laribus dietis. Aſſuefacto ꝛ multū la-
cte ebibito dentes ꝛ gingiue mollificā
tur: ꝛ inde putreſiunt. Que quidē fuit
etiā Gal. ſnia in. iij. Alimentorꝫ. c. xiiij.
dicentis. Continuus vſus lactis ledit
dentes ſimul cum adiacentibus carni
bus quas nomināt gingiuas: has igi
tur laxas: dētes autē valde putreſcibi
les ꝛ corroſos efficit. Nocet ſimiliter
vſus lactis viſceribus nō modicū: cū
dicat Princeps in. ij. canonis. c. ſupe-
rius annotato. Lac preterea nō eſt bo
num viſceribus: licet lac caprarum ſit
minus nocens viſceribus q̄ aliud. qđ
etiam ſenſit Raſis in libro. iiij. ſuorū
aphoriſmorum dicens. Lac a quo bu
tyrum non eſt extractum ꝛ maxime re
cens: et butyrum crudū inteſtina hu
mefaciunt et lubricant et ea ledunt.
Et ideo viſcera habentes debilia co
rarius q̄ ceteri homines vti debent.
Similiter ſtrictas habentes venas et
oppillationibus parati lacte omni q̄
rariſſime vtantur. quoniam vt Auer-
rois inquit in. vj. colliget. cap. de dimi
nutione cibi. Et lac bonū eſt ſenibus
venas habentibus largas: ſed neceſ-
ſarium eſt vt cum melle vtantur. Se-
nes vero frigide complexionis per na
turam: ꝛ venas habentes ſtrictas la-

UVA. BHSC. IyR_272

cti non approximēt: quoniā omne qui
dem lac facit poſſidere oppillationes
in epate et in meſeraicis. Et propter
hanc etiam cauſam lac facit euenire
lapidem vt idē dixit eo in loco.⁊ per=
maxime ſi groſſum fuerit dicente. Ha
liabate in.v.theorice.c.xxvj. Lac cui
coagulatiua dominatur ſubſtātia ma
lum eſt:ideoq̄ oppillationeʒ parit in
epate ⁊ ſplene:in renibus vero ⁊ veſi
ca lapides:nec oportet illud multum
ſumere. Multoq̄ magis predicta fa=
ciet nocumenta ſi cū groſſis cibarijs
permixtum fuerit:vt Iſaac voluit vbi
ſupra dicens. Si lac coctum cū alijs ci
barijs manducetur:ſicut riſis: milio:
panico:⁊ ſimilibus bene nutrit minuſ
q̄ generatiuū ventoſitatis:eſt tamen
durum digeſtioni:⁊ eſt cauſa generā=
di in epate ⁊ inteſtinis oppilationes:
⁊ in renibus lapides. Poſtremo ſic cō
cludit. Ideoq̄ non oportet lac pota
ri niſi ſtomacho inanito ⁊ ab humori
bus mundificato:ſitq̄ lac de ſanis ani
malibus:ſed neq̄ crebro:neq̄ multaʒ
de eo quantitatē accipiant. Lac pre=
terea:vt princeps voluit vbi ſupra:ma
lum eſt neruis ⁊ habentibus egritudi
nes neruorū proprie frigidas ⁊ phle=
gmaticas. Et infra dixit. Lac facit eue
nire tenebroſitatē viſus ⁊ caliginem.
Et plurimus vſus eius generat pedi=
culos ſcdm q̄d quidā exiſtimauerunt:
⁊ multotiens facit euenire febres ⁊c.
hec ipſe. Et propterea videtur omnes
antiqui in hoc conuenire q̄ frequens
vſus lactis fugiendus ſit oīno. Cuius
quidem ratio plus ex parte corporis
non diu mundi remanētis potius q̄
ex parte ipſius lactis poteſt contin=
gere;⁊ ideo tutiſſimū eſt veterū auto
rum cōſilium:vt raro lac bonū come=
damus poſtq̄ ſciuerimus q̄ corpꝰ ſa
nū fuerit calidum ⁊ ſiccū ⁊ ſtomachus
mundificatus a cholera phlegmate:
vt ſuperius diximꝰ. Etēm lac ſit bonū
ex laudabili aīali nō acetoſum:ſʒ cor=
rectū vt ſupra.in cōuenienti quoq̄ mē
ſura bibitū:tunc enim nocere minime
poterit:ſed plurimum iuuare: dicente
Iſaac loco ſepius allegato q̄ lac pre=
dicto modo ſuſpectū ſanguinē lauda=
bilem generat:ventrē humectat pectꝰ
pulmonē ac veſicam iuuat:corpus im
pinguat calorē clarificat:⁊ multa alia
facit iuuamēta:quare ⁊c.

Capitulū.cxxiiij.oſtendit naturaʒ quorundā lacticiniorum ſcilicet lactis coagulati:capitis lactis:butyri ⁊ huiuſmodi.

Quantū nobiles errēt lacti
cinijs quibuſdā vtētes. ſi
hoc legerint capitulū ſa=
tis quidē poterūt intelli=
gere. Et pmaxime qui in
vltima menſa hoc comedere cōſueue
rint. Neſciētes q̄ quicq̄d boni ciborū
preaſſumpſerant cōfundunt: alterant
atq̄ corrumpūt. Et q̄ lacte cōcreto p=
ſepe veſcuntur: intelligant primo q̄d
de ipſo ſcripſit Iſaac in.c.lvij. dietarū
vniuerſaliū cū ait. Lac coagulatū gra
uitatē generat in ſtomacho:fumoſita
tem mittit capiti:vñ ſuffocatio ⁊ angu
ſtia ſepe generat.⁊ infra. Lac coagu=
latū ex groſſitie ſua eſt ad digerendū
durū:⁊ peius omni alio lacte:groſſos
humores generat:⁊ cito faſtidiū facit
⁊ cauſa fit lienterie. Quod etiā voluit
Raſis in.iij. Almanſoris.c.xv. dicens.
Lac coagulatū faſtidiū facit:atq̄ gra
ue exiſtens appetitū non irritat:vt ca
ſeus ⁊c. Et ꝑpter ea aut oīno dimittē
dum eſt:aut vt Platina inquit: coagu
latū lac ꝑma mēſa ſit hauſtū: nā poſt
cibū ſumptū:vt fere ſolemꝰ:aut ſtatiʒ
putreſcit:aut ſecū alterū cibū in coctū
ad ima trahit. De butyroſitate ꝟo di
ximus q̄ pars calidior ⁊ vnctuoſior eſt
lactis:⁊ q̄ ex quiete ⁊ nocturna frigidi
tate fieri ſolet:⁊ facta in ſuperiori par
te lactis natās apparet:⁊ ipſam vul=

UVA. BHSC. IyR_272

gares caput lactis appellãt: ꝛ multuȝ ab indulgentibᵒ gule appreciat: Ne=
ſcientes ꝙ lȝ guſtui placeat voraci: q2 tamẽ calida eſt ꝛ humida viſcoſa et vnctuoſa ꝛ parte caſeata nutribilioꝛ teſte Iſaac in quinta do. eſt tamẽ mol
lificatiua villoꝝ ſtomachi: ꝛ q2 aerea natat ſupra cibũ: vt oleũ ſuper aquaȝ quare cibis groſſitudinem tribuit ꝛ vi
ſcoſitatem. vnde indigeſti manent ci=
bos etiã digeri incipientes lubricat: et a ſtomacho deponit priuſꝗꝫ decoctio=
nis tempus cõpleatur: vt idem dixit in prima doctrina. Et infra etiã ſubiũxit: pars lactis butyroſa pro ſui caloꝛe ac leuitate mutat in fumoſitatẽ preſer=
tim ſi ſtomachũ ſibi ſimilẽ inuenerit: ꝛ aſſuefacta ſtomacho nocet: q2 villos ꝛ ſtomachi aſperitatẽ lenit: ꝛ ꝓpterea via cibi fugiẽda eſt cũ in calido ꝛ frigi
do ſtomacho ſit ſuſpecta: ꝛ nihil fere a butyro ipſo differre videtur. Quod via nutrimenti a medicis minime ap=
probatur: cum calidũ ſit ꝛ humidũ in primo: ꝛ mollificatiuũ ſtomachi. vt di=
xit Princeps in. ij. canonis. c. cxv. ꝛ Ra
ſis in. iij. Almanſoꝛis. c. xv. vbi ait. Bu
tyrum etiã coctũ ſtomachũ debilitat: ac dura mollificat ꝛc. Et poſt pauca ſubdit. Qui autẽ eo in comeſtiõe vſus fuerit: phlegmaticas patiet egritudi=
nes: quanto igitur magis crudũ eſt il
laudabile. Et ꝓpterea ipſo nequaꝗꝫ eſt vtendũ niſi pro cõdimẽto: ꝛ preſer
tim a pinguibus: q̃m impinguat mul=
tum: vt docet experientia. de quo in ꝓ
ceſſuȝ prout in via ingredit cõdimenti longioꝛẽ dño cõcedente ſermonẽ facie
mus. ¶ De re cocta vero nõ niſi pau
ca ab antiquis inuenio cũ eam foꝛſitã cõprehẽderint ſub lacte coagulato vel ſub caſeo recẽti ſine ſale. de quo infra ſcribemus. dicit enĩ Auicen. de ipſa in ij. canonis. c. cxxviij. Recocta minᵒ eſt nociua ſtomacho ꝗꝫ caſeus nouᵒ. Et haliabas i. v. Theoꝛice. c. xxvj. ſic di. inquit. Quãdo excolat lactis ea aquo
ſitas remanet coagulatiua ſubſtãtiᵃ que vocatur in noſtro vulgari recoctᵃ huiuſmodi quidẽ ſubſtantia coꝛpᵒ oꝑ
poꝛtuno paſcit cibo: calidiqꝫ homini=
bus vtilis eſt ſtomachi ꝛ cholericum habentibus fluxum. Magis autem ex vaccarũ lacte ſi fuerit: nec nocet homi
ni ſi ſanus fuerit. Sed tñ ſi frigidus cõ
plexione ſit ſtomachus minime illam digerit. Quod etiã ſenſit Raſis in. iij. Almanſoꝛis. c. xv. cũ ait. Maſſal vero ideſt recocta infrigidat foꝛtiter: atqꝫ ſitim ꝛ choleram reprimit rubeã: ner=
uis tamen ac frigidis egritudinibus malũ eſt. Et ideo dormitaſſe videtur Platina q̃n recoctã calidã eſſe ſcripſe=
rat. Et hec de ipſa dicta ſufficiant.

## ¶ Capi. cxx. oſtendit naturã caſei recentis nõ ſaliti: ꝛ illius etiaȝ qui modicum ſalis habuerit.

CAſeus ꝗꝫ plures habet diuer
ſitates: cum quidã recẽs: qui=
dam antiquus: ꝛ quidam me
dius exiſtat: ꝛ iterum recentis aliquis eſt ſaltus. ꝛ aliquis ſine ſale: ꝛ etiam diuerſificatur ex parte lactis: q̃m qui=
dam factus fuit ex ouino: ꝛ alius ex vaccino: ꝛ tertius ex ambobus ꝛc. De quibus ſeriatim dicendũ eſt: vt quis ſit melioꝛ: ꝛ ad ſanitatẽ laudabilioꝛ in
telligatur. Dicamus ergo cũ Auicen. in. ij. canonis. c. cxxviij. ꝙ caſeus recẽs ſine ſale eſt frigidus ꝛ humidᵒ in ter=
tio: ꝛ ẽ nutritiuᵒ: ꝛ ipinguitiuᵒ ẽtñ malᵒ ſtomacho: lȝ vt ipſe refert: ꝙ Diaſcori
des dixerit ꝙ recens eſt bonus ſtoma
cho. Quod dictum eſt ex eis in quibᵒ eſt ambiguitas: ꝛ ꝯ̃uis ipſe ſic dicat: mihi tamen videtur Diaſcoridi plus Iſaac aſſentire cum in quinta doctri=
na. c. lviij. inquit. Caſeus carens ſale eſt nutribilioꝛ ſalito: ꝛ humectans coꝛ
pus: ꝛ magis carnis eſt augmẽtatiuᵒ ꝛ nõ tantum ſtomacho nocens. Sapo
ritus tamẽ parum melioꝛ. Et ſimiliter

UVA. BHSC. IyR_272

Hal. in. iij. alimentorũ. c. xvj. dicẽs. recens caſeus eibus caſeis eſt melior: quoniam ipſe delectabiliſſimus eſt ad eſuz. & innocuus ſtomacho: & omnibus aliis caſeis difficulter digeſtibilis: & difficulter pertranſibilis: non tamen cachochimus eſt: neq; valde groſſi chimi. qd etiam voluit in lib. de euchimia. c. iij. cũ dixit. Cachochimi ſunt caſei oẽs. ſed iuuenes ſunt abſq; cachochimia in corporibus. ſ. calidis illum bene digerentibus. qm̃ frigidis minime cõuenit. cuz dicat Auerro. in v. colliget. Caſeus recẽs frigidus eſt & humidus groſſe ſubſtantie. & clarius Almanſor in. iij. c. xv. cuz ait. Caſeus recens frigidus eſt & groſſus: q̃ carnis augmentatiuus exiſtens aduſtionem reprimit ſtomachi. neq; natura frigidis bonus dicitur. Et infra concludit. Verumtñ oportet vt recẽs dimittatur. ſ. eis qui frigidi ſunt. Et idem in lib. xxij. continentis. c. ccij. ſic etiam inquit. Caſeus recens eadem hora factꝰ eſt frigidus reſpectu aliorũ: q: retinet adhuc de natura lactis & q: multũ aquoſitatꝫ hꝫ & nõ eſt iñ eo ſal: nec coagulũ ardens & acutũ per que acquirat caſeus caliditatez & ſiccitatem & non poteſt hic caſeus cõſeruari: ſꝫ dꝫ comedi eo die quo fit & tũc eſt boni ſaporis: & non groſſi chimi: & in lib. xxij. eiuſdẽ. c. dccij. dixit. Caſeꝰ recens nõ ſalitus valet ad ſtomachũ ſcꝫ calidũ: de leui accedit ad membra auget carnem: lenit ventrem &c. Qui licet frigido ſtomacho non cõueniat: tñ calidum habentibꝰ ſtomachũ cõfert vt dictum eſt: cuius rõ ab Iſaac poſita fuit in prima doctrina cum inquit. Caſeus recẽs minus ceteris eſt calidus & acutus vnde vicinũ eſt frigiditati & humiditati quaſi in primo gradu. & in hoc valde diſcrepat ab Auic. qui gradnauit ipſum frigidum eſſe in tertio quod eſt propter humectationem & lactis aquoſitatem in ſe contentam: quare ceteris eſt nutribilior: & ventrem humectat abſq; vllo ſtomachi fortis nocumento pͨipue ſi ſale indiget. que fuit Serapionis ſententia. in capitulo de leben dicentis. Caſeus recens ſine ſale quando comeditur eſt nutritiuus: & bonus ſtomacho & boni saporis facile tranſiẽs ad membra: auget in carne & impinguat: & mollit ventrẽ tẽperate: ſed obſeruetur vt vere recens ſit & plurium dierum: quoniam caſeus ſalez nõ habens in aceto ſitatẽ mutari ſuſpicabitur: teſte Iſaac in vniuerſalibus dietis. c. lviij. Quo in loco ipſe etiam cõmendat caſeum recentem modicum ſalis habentem cum inquit. Caſeus recens humores non malos generat cum ſit mediocris inter lac & caſeum ſiccum: retinet enim partim dulcedinem & aquoſitatem lactis: & ideo ad digerendũ facilior & ad nutriendum laudabilior: maxime ſi ſale caruerit multo. Et ſubdit. Si caſeus ſit ſaporitus omni malo ſapore carens laudabilior eſt non ſalſo & multo ſale refracto: vbi etiã dixit autoritate Hyppocratis ꝙ caſeus recens paruz ſalitus melior eſt nõ ſalito. Multũ vero ſalis habens fit ſiccus & mordens ſtomachuz & incendens ſanguinẽ. Quare cõcludamus hoc capitulũ & hanc materiam dicentes ꝙ caſeus recens modicũ ſalitus eſt laudabilis cũ nõ tñ frigiditatis & humiditatꝫ habeat q̃tum is que ſine ſale penitus fuerit nec tñ caliditatis & ſiccitatis q̃tum ſalitus. Relinquitur ergo ꝙ ſit mediocris & in cõplexione & in nutrimento. Et ꝙ ita ſit apparet per Principez in ij canonis. c. allegato dicentẽ. Caſeꝰ ſalitus nõ vetus eſt intra eos: & velocior in digeſtione q̃ non ſalitus & velocius deſcendit: & propterea ſtomacho frigido non eſt ita nociuus ſicut recẽs penitus ſine ſale: & iõ tutius ipõ vtendũ eſt q̃ altero quocunq;.

UVA. BHSC. IyR_272

Cap. cxxvj. oſtendit naturam caſei ſaliti ⁊ veteris et non ſaliti: ⁊ que ſint eorum nocumenta.

Quemadmoduz caſeus recens ab antiquis cõmendatur: ſic antiquus nõ ſalitus ⁊ ſalitus etiã plurimũ ab eis deteſtari vr̃: eo quod vterq3 eorũ q̃plurimũ nocumentorũ ſit gñatiuum dicẽte Iſaac in.v.doc.c.lviij. Caſeus ſalſus nimis eſt exiccatus ⁊ ſtomacho nocet ⁊ infra. Caſeus hñs multum ſalis fit ſiccus: mordens ſtomachũ ⁊ incẽdẽs ſanguinem. Qđ etiã voluit Aui. in.ij. canonis.c.cxxviij. dicens. Salitus eſt malus ſtomacho ⁊ ꝓpterea generat melancholiam: vt idẽ in canticis inqt tertu cõmenti.cxxx. In cuius cõmento Auer. cauſam aſſignat dicens. Caſeus arid⁹ ⁊ ãtiquus eſt calid⁹ ⁊ ſicc⁹: et ꝓpterea generat melancholiã: ſalſus vero eſt hmõi: ⁊ ꝓpterea fugiendus ſimiliter. ⁊ caſeus vetus nõ ſalſus eſt reprobãdus: cuz non pauciora in corpus inferat nocumenta: vt ptʒ per haliabatẽ in.v.theorice.c.xxvj. ſic dicente. Caſeus vetus peior oĩbus eſt. maximeq3 ille in quo acumẽ eſt ⁊ pũctio: in hoc eñ caſeo aquoſitatis nihil eſt: ⁊ ex coagulo acumen adeptus eſt: ideo cephaleã mouet oppilationẽ in epate generat: ⁊ in renibus calculos. Et ꝓpterea oĩs quidẽ caſeus q̃to ꝓpinquior recenti eſt minus malus: ⁊ q̃to amplius vetus ⁊ difficilioris digeſtionis erit: ⁊ maiorẽ vrgens ſitim ac cephalicã capitis. A quo videtur accepiſſe Iſaac in doct.v.c. vbi ſupra cũ ſcripſit. Uetus caſe⁹ eſt acutus ⁊ ſicciſſimus: vñ ad nutriendum eſt groſſus, ⁊ corruptibilis: ad exeundum de ſtomacho durus. et infra ſubdit. Caſeus vetus eſt vitandus: quoniam in renibus ⁊ veſica parit lapides: ⁊ nullũ aufert iuuamentũ: neq3 eſt nutritiuus: neq3 cito digeſtiuus: neq3 bonũ ſanguinez generans: neq3 ventrem humectans: ſed plurimum humiditatis deſiccans: ſtringens vrinam: ⁊ cito in intenſionẽ ſe mutans. ⁊ in particularibus.c. de caſeo ſic quoq3 ait. Uetus caſeus ſicciſſimus eſt acumen: ⁊ calorẽ palã habens pro ſalis coaguliq3 ſiccitate: proinde cito in fumoſitatẽ ⁊ cholericos ↄuertit humores q᷑ duob⁹ modis ↄtingit. Uno: q2 ei vnctuoſitas in ꝓpatulo ẽ ab aquoſitatis indigentia. Alia pro acumine qđ acquiſiuit a coagulo ⁊ ſale: iõ ſtipticum eſt ꝓpter ſiccitatẽ quã ab ipſis retinet. Idcirco ſi cũ alijs reb⁹ accipiatur vẽtrẽ ſubtiliatiuã ⁊ aperitiuam hñtibus fit deterior: q2 eſt cã lapides generãdi in renibus. nihil eñ aliud eſt materia lapidis niſi groſſorũ copia humorũ acumẽ cũ calore habentiũ: qđ ſemp in caſeo inuenit. Caſeus ergo taliter exñs pretermittendus eſt: q2 non eſt bonus ad nutrimẽtum: nec ad bonũ ſanguinẽ generandum: neq3 ad vẽtrem humectandum. hec ipſe. hoc etiaz ſenſit Auerrois in quito colliget dicẽs. Uetus caſeus calidus eſt ⁊ ſiccus ꝓpter ſal: ⁊ tẽdit ad aduſtionẽ ⁊ calidũ eſt ⁊ ſiccum in tertio: ⁊ ꝓpterea comeſtus facit cholericum humorẽ. Que fuit ſñia Raſis in tertio Almanſo.c.xv. dicẽtis. Uet⁹ caſeus ſm vetuſtatis q̃titatẽ diuerſificatur: qui eñ acuti eſt ſaporis calid⁹ eſt adurens atq3 ſitum faciẽs ac male nutriens. Et in lib.xxxj. cõtinentis c.cciij. ſic ẽt ait. Caſeus multum vetuſtus eſt calidus ⁊ ſicc⁹ reſpectu aliarũ ſpẽrũ: q2 non hʒ humiditatẽ lactis et eſt corruptus ꝓpter coagulũ ⁊ ſalem plurimũ iueteratũ in ipo. ⁊ ꝓpter hoc ducit multã ſitim ⁊ generat malum chimuz ⁊c. Sẽtẽtia quoq3 Gal. in tertio alimentorum.cap.xvj. dicens. Ca-

UVA. BHSC. IyR_272

ſeus diu ſeruatus eſt ſitis factiuus: et peius digeſtibilis: ⁊ peiorꝰ chimi ꝙ̄ alius propter hoc ad eam que in renibus lapidū generationē eſt nociuus talis chimus. ⁊ cōcludit. Fugiamꝰ igitur talem caſeū tanꝙ̄ nihil oīno boni habentē. neqꝫ ad digeſtionē neqꝫ ad vrinationē: neqꝫ ad ſubductionē ventris ſicut neqꝫ ad euchimiā. Et in lib. de euchimia. c. iij. ſic etiā ait. Cachochimi ſunt caſei omnes: ſed iuuenes ſunt abſqꝫ cachochimia. Antiqui vero minime propter groſſitatē ⁊ viſcoſitatē. Et poſtea dixit. Caſei groſſorū humorū generatiui ſunt oēs: antiqui aūt cachochimi ſunt itaqꝫ fugiendi. Qui autē antiqui ſint dicendi: ⁊ poſt quot mēſes: ab autore aliquo non reperi: credo tamen ꝙ vſqꝫ ad. vj. mēſes iuuenes ſunt pronūciandi et poſt. xij. antiqui: ⁊ ꝙ̄to poſt tanto antiquiores et ſine dubio peiores: vt qui duorum fuerint annorum vel trium peſſimi: et quanto ſicciores: tanto abſolute deteriores habeantur ⁊c.

¶ Cap. cxxvij. oſtēdit q̄s caſus ſit bonus ⁊ eligēdus: ⁊ que ſint obſeruanda in eius comeſtione.

Bonus caſeus ⁊ ad ſanitatē eligēdus eſt qui vitioſa reliq̄rit extrema: ⁊ medio tēperato appropinquauerit: nō nouus neqꝫ antiquus valde vt ſupra diximus: ſed mediꝰ exiſtēs: vt dicit Iſaac in. v. doc. c. lviij. his verbis. Caſeus inter nouū ⁊ veterē mediꝰ multū ⁊ fortiter eſt nutritiuus: multū q꞉ groſſicies lactis facit caſeum: fortiter vero q꞉ induratꝰ velociter. Et in particularibꝰ dietis. c. ꝓprio ſic etiā inquit. Caſeus quidē inter nouū ⁊ vetuſtū mediocris ſi laudabilis ⁊ illaudabilis ſcd̄m aliquarū extremitatū vicinitatem. Qđ ſimiliter Raſis ſenſit in li. xxj. cōtinētis. c. cciij. di. Ex caſeo dꝫ eligi qui non ſit multū vetuſtus: nec multū calidꝰ. ⁊ recēs. Et caſeus qui fit ex lacte pauce acetoſitatis eſt minus nociuus ſtomacho oībus ſpeciebꝰ caſei: et eius acetoſitas cōfortat ſtomachū: ⁊ nō eſt difficilis digeſtionis. Et infra dixit. Et caſeus mollis ⁊ melior duro ⁊ ſpōgioſus melior ſolido ⁊c. Auic. vero l. ij. canonis. c. cxxviij. inq̄t. Melior caſeus eſt qui medius eſt inter illū qui extendit vt viſcus ⁊ frangibilē: ambo eñ illi ſunt mali: ⁊ qui eſt priuatus ſapore: ⁊ declinis ad dulcedinē ⁊ ſuauitatē equalis in ſale qui non remanet in viſceribus plurimū: ⁊ factus ex acetoſo lacte melior eſt eis. Auer. quoqꝫ in. v. colliget ſic ſcripſit. Aliquis caſeus eſt bonus: ⁊ eſt medius inter nouū ⁊ veterē dūmodo ſit factꝰ rationabiliter ⁊ ex bono lacte ⁊c. ¶ Quis aūt caſeus melior ſit vaccinus an pecorinus eſt queſtio a Michaele noſtro ſic diſcuſſa. ꝙ licet caſeus ouinus ſit vaccino terreſtrior: alijs tamen paribꝰ minus malus: et ſaluior exiſtit vaccino: cū melioris ſit odoris ſaporis: ⁊ guſtui magis ꝓportionatus cū ſit factꝰ ex lacte cuius cōplexio eſt melior: ſimiliter vaccinꝰ ſanguinē groſſiorem generat cū viſcoſior ſit ouino. Et iterū. Lac ouinū factum in mēſe maij eſt laudabilꝰ quocūqꝫ alio: cū lac vernale in vltimo veris: et in initio eſtatis ſit omni alio cōuenietius: vt in ſuperioribꝰ patuit capitulis: et per ꝯn̄s caſeus factus ex illo eſt quocūqꝫ alio melior ⁊ laudabilior. Uaccinus aūt caſeus iā dicto eſt nutribilior: q꞉ vnctuoſior ſicut lac vaccinū vnctuoſius eſt ouino. Et ſic habemus ꝙ pluribꝰ de cauſis caſeus pecorinus ſit cōuenientior ꝙ̄ vaccinꝰ ⁊ ſi minus nutritiuꝰ exiſtat: deinde ſubdit ipē ꝙ a guloſis accepit ꝙ caſeus cōpoſitꝰ ex duabꝰ partibꝰ lactis ouini ⁊ tertia vaccini ſit guſtui delectabilior: et ab eis ſanior reputatꝰ. Caſeus vero caprinus etſi

UVA. BHSC. IyR_272

nus ⁊ ſi factus ſit ex tẽperatiori lacte
omnibus tñ caſeis eſt deterior: q2 ſta
tim exiccatur ⁊ terreſtrificatur: ⁊ effi-
citur valde frangibilis vt experiẽtia
docet: pro primo tñ die laudandus eſ
ſe videtur. hec ipſe. M. Sed pro ꝯple
mento ſermonis de caſeo tres regu-
le in ei9 comeſtione mihi videt̃ de mẽ
te auctorũ eſſe obſeruande. Quaruz
prima hec eſt. Maxime cauendũ eſt
ne caſeus cum ſubtiliatiuis vel diure
ticis ſiue aperientibus aſſumat̃: quo-
niam perducũt ipm ad renes ⁊ lapi-
des faciũt. queadmodũ ſenſit Auicẽ.
in. ij. cano. c. ſuperius allegato dicẽs.
⁊ ſubtiliantia q̃dẽ augmentãt mali-
ciam ei9: qm̃ faciũt ipm penetrare: et
impellunt eũ. Et propterea ſubiũxit
poſt aliqua ꝙ oppilatiões facit ⁊ ge-
nerat lapidẽ in renibus ⁊ veſica ⁊ ꝓ-
prie humidus: ⁊ ꝓprie qui comeditur
cum ſeminibus penetrare facientib9
vt ſunt feniculũ apiũ petroſelinũ pi-
per ⁊ hmõi. Quantum igitur ob hãc
regulaz decipiunt̃ qui raffiolos ex ra
dice petroſelini ouis caſeo ⁊ paſtilib9
confectos comedũt admiſcentes eis
paſſulas ⁊ ſpecies odoriferas pene-
trare facientes oĩa illa viſcoſa. ſ. adi-
pem caſeuz: ⁊ paſtile eorũ tegmentũ.
Secunda regula eſt ꝙ multa q̃titas
caſei q̃tumcũq3 laudabilis nõ ſit aſ-
ſumenda: queadmodũ faciunt illi q̃
cũ pane ĩ vna cena nihil aliud preter
caſeum accipiunt: ⁊ hoc ꝓpter pericu
la que põt inducere de oppilationib9
indigeſtionibus: humoꝝ groſſitie: et
lapidum gñatione: vt pretactũ fuit.
⁊ ꝙ ita ſit apparet per Gal'. in lib. de
diſſolutione continua ſic dicentẽ. De
oppilationib9 eſt caſeus multus: quo
niaz adducit oppillationẽ in epate: ⁊
lapidez in renibus ei qui multiplicat
aſſumptionẽ ei9: ⁊ cuius epar ⁊ renes
ſunt parata recipere leſionẽ. hec ille.
Tertia ⁊ vltima regula obſeruanda
eſt: ꝙ omnino paruus ex caſeo ſumat̃
q̃titas ⁊ poſt comeſtionẽ alioꝝ cibo-
rum: qm̃ os ſtomachi corroborat. ſa-
tietatem quoq3 nimiã atq3 faſtidium
que ex dulcib9 ⁊ vnctuoſis in ore ſto
machi ꝓueniunt cibis aufert. vt Raſis
inq̃t in. iij. Almanſoris a quo platina
accepit cũ ait. Caſeum ſumptuz poſt
cibũ q̃tũuis parũ: os ſtomachi ſigil-
lat: ⁊ faſtidiũ pinguiũ edulioꝝ tollit:
⁊ coctione capiti prodeſſe aiunt. Et
hec de caſeo cum laude omnipotẽtis
dicta ſufficiant.

¶ Cap. cxxviij. oſtendit in vniuer
ſali cõplexionẽ piſciũ ⁊ nocumen-
ta que proueniunt ex comeſtione
ipſorum aſſidua precipue.

Quz ſemper carnes
aut oua vel lactici
nia minime come-
damus. ſed in qui
buſdã tẽporib9 ſo
lũmodo piſcibus:
herbis: fructibus:
⁊ hmõi vti ſit ne-
ceſſe: de ipſis deiceps mihi videt̃ eſſe
ſcribendũ. Et primo de piſcibus q̃ in
tacta reperiunt̃ diuerſitate: vt impoſ-
ſibile aut permaxime difficile foret de
omnibus in particulari velle determi
nare ſiue ſcribendo pertractare. Et ꝓ
pterea de eis q̃dam tm̃modo vniuer-
ſalia annotauimus: quib9 tñ ſufficiẽ-
tiſſime poterimus bonos ac laudabi
les ab eis oppoſit' diſtiguere: vt vnuſ
q̃ſq3 piſces faciẽtes ad ſanitatẽ poſſit
eligere ⁊ reꝓbatos cognoſcẽdo reliq̃
re. dicamuſq3 ꝙ piſces lõge a bonita
te carnis ſint remoti: ⁊ plurimũ a nu-
trimento ⁊ ab ei9 tẽperie ſeparati: cũ
natura ipſoꝝ frigida ſit ⁊ humida. ſi-
cut voluit Iſaac in lib. particularium
dietarũ. c. de piſcib9 cũ ait. Dicim9 er-
go naturã piſciũ vniuerſaliter eſſe fri
gidaz ⁊ humidã ⁊ humoris phlegma
tici gñatiuã: cõuenientẽ calidã habẽ-
tibus complexionẽ ⁊ ſiccã maxime ⁊

UVA. BHSC. IyR_272

eſtiuo tpe:ꝛ calida regione. Incõue-
niens vero frigidis ꝛ humidis cõple-
xionibꝰ ꝛ carnoſis maxime quibꝰ mol
les nerui fuerĩt:ꝛ ad hyemalẽ tp̃s ve
nerint:vel frigidã regionẽ habuerit:
naturaliter eñ eos infrigidãt et hu-
mectãt:proinde q̃bus cholera rubea
dominaṫ ꝛ calidã habentibꝰ comple-
xionẽ coitum confortãt ꝛ ſperma aug
mẽtant. Qđ etiã voluit Raſis in.xij.
cõtinentis.c.ccccxxiij.cũ dixit autori-
tate Bimmaſui. Piſces recẽtes gene-
rãt phlemga:ſed cõferũt pſonis cali
dis ꝛ tenuibꝰ corporibꝰ.tũ illi in quo-
ruz corpore cõdominaṫ phlegma:nec
nõ ꝛ in neruis eſt laſſitudo ipſos eui-
tare debẽt ꝛ ꝑpꝛie in hyeme:ꝛ in ciui-
tatibꝰ frigidis:qꝛ ex ꝓpꝛietatibꝰ ipſo
rum infrigidãt ſtomachũ. Et ꝙ cõple
xio piſciũ ſit frigida ſic oſtẽdit ipſe di
cens. Significatio ꝙ piſces ſint frigi-
di eſt:qꝛ aut carẽt ſanguine:aut ha-
bent modicũ ſanguinẽ ꝛc. Hoc idẽ ſen
ſit Hali.in.v.theorice.c.xxv.cũ ait. Pi-
ſcis recens vniuerſaliter frigidꝰ eſt et
humidius.ꝛ phlegma generat:a qui
bus ſumpſiſſe videṫ Auicen.ij.cano.c.
dlx.cũ inq̃t. Oĩs piſcis frigidꝰ eſt ꝛ hu
midus.ꝛ infra. Qui piſciũ ſunt recen-
tes generãt phlegma aquoſuz:ꝛ mol
lificant neruos ꝛ nõ ſunt conueniẽtes
niſi ſtomacho calido valde:ꝛ ſanguis
eorũ ad ſubtilitatẽ declinat. Hoc ſimi
liter voluit Almãſor in.iij.c.xvj.dicẽs.
Piſces recẽtes frigidi ſunt ꝛ humidi.
ꝛ oẽs piſces ad digerẽdũ ſunt duri et
in ſtomacho longã faciũt morã:ſitim
quoqꝫ creãt:ſanguis aũt ex recentibꝰ
generatus phlegmaticꝰ eſt. Hi aũt pi
ſces corpus humectãt:ac ſperma au-
gẽt.qui colicis atqꝫ his quibꝰ frigide
accidere ſolent egritudines:mali exi-
ſtunt. Cõplexionẽ aũt habẽtibus ca-
lidã atqꝫ his quibꝰ cholera dominaṫ
rubea cõferũt:licet eorũ nutrimentũ
omnino ſit malũ. Cum alijs preterea
cibis mixti ad cholere rubee extinctio-
nem ſunt meliores. Piſces eñ in ſto-
macho longã facientes morã:ſitimqꝫ
generãtes:malas in corpore adunãt
ſuperfluitates:multaſqꝫ viſcoſitates:
ex quibꝰ multe ꝓueniũt egritudines.
Ratio aũt ꝛ cã dictorũ eſt:qm̃ vt dixit
Iſaac in vniuerſalibꝰ dietis.c.lix. Pi-
ſces vniuerſaliter parũ nutriũt ꝛ cito
diſſoluũtur ꝛ ſubtilis ſunt ſanguinis
phlegmati pertinẽtis. Et infra de ma
rinis loquẽs ait:ꝙ ipſi parui ſunt nu
trimẽti ꝛ laudabilis dureqꝫ deſcẽdũt
de ſtomacho ꝛ iteſtinis. Et de fluuia-
libus inq̃t ꝙ mali ſunt ad digerendũ
duri:ꝛ ſimiliter ad penetrãdũ venas:
velociterqꝫ de ſtomacho deſcẽdũt. Et
infra magis etiã dixit. ꝙ cito ſunt cor
rũpentes ſtomacho nocẽtes ꝛ humo
res crudos generãtes.ꝛ vt vno cum
Auerroy in.vj.colliget oĩa concludã
verbo. Dico ꝙ ſanguis ex piſcibꝰ ge-
neratus eſt cite corruptionis. Et pro-
pter hoc nõ eſt mirũ ſi plurime ex eo-
rũ frequẽtata comeſtione proueniãt
egritudines:teſte Almanſore vbi ſu-
pra. Et ꝓpterea ab eorũ vſu frequẽti
cauendũ eſt:ꝛ precipue cũ rebus alijs
loco ipſorũ vti poſſimus et eo magis
ꝙ perpauci reperiãtur qui omnes re
quiſitas habeant cõditiones vt ex di-
cendis patebit.

¶ Cap.xxxix.oſtendit naturã pi-
ſciũ maritimorũ:ꝛ ipſos eſſe pre ce
teris ob eoꝝ laudes eligendos.

VT piſces bonos a malis
diſcernere valeamꝰ:in pre
ſenti.c.adducemꝰ req̃ſitas
ad hoc cõditiones:non lo-
quẽdo de mortuis piſcibꝰ:
neqꝫ de fetẽtibꝰ qui ſatis vt vnicuiqꝫ
patet ſunt reprobãdi:dicente Hali.in
iij.de alimẽtis.c.xxiiij. Piſces mortui
ꝛ qui putreſcũt continuo cũ reſeruan
tur ꝛ peſſime olẽt ſunt indelectabiles
ꝛ ceterorũ peſſimi.ꝛ in libro de euchi-

UVA. BHSC. IyR_272

mia.c.vij. Odoratu et guſtu dignotio
nem piſciũ facere opoꝛtet: etenim qui
grauis odoꝛis ſunt: idelectabiles exi-
ſtunt ⁊c. Sed de viuentibꝰ ſermo no-
ſter ꝑtractabit in hoc.c. ⁊ nõ de oibus:
ſed de maritimis tantũ plus alijs ap
pꝛobatis: poſtea vero de reliquis ſcri
bemus tãꝙ̃ de imperfectioꝛibꝰ: cũ di-
cat Auerrois in cõmẽto cãticoꝛũ.c.xx-
viij. ꝙ tres ſunt ſpẽs piſciũ: ſcꝫ mari-
nus: fluuialis: ⁊ habitãs in ambabꝰ
aquis ſimul. ⁊ melioꝛ ex eis ꝑm Gali.
eſt marinus: ⁊ poſt illũ q̇ ſimul in am
babus aquis viuit: ⁊ poſtea qui viuit
in aquis dulcibꝰ. Cuius ratio eſt: qm̃
humiditas excedit ⁊ dominat̃ in piſci
bus: verũ oẽs illi qui nutriunt̃ in aq̃s
ſalſis ſunt minoꝛis humiditatis: con-
trariũ aũt eſt de illis qui in aq̃s dulci
bus nutriunt̃: ſed qui viuũt in amba-
bus aq̃s ſunt medij inter eos ⁊c. hec
ipſe. Cum quo conuenit Halia. in. v.
theoꝛice.c.xxv. cuꝫ ait. Et piſcis recẽs
vniuerſaliter eſt frigidus et humidꝰ
⁊ phlegma generãs: ſed q̇ in mari na
ſcitur ⁊ ſalſa aqua minoꝛis eſt humi-
ditatis ⁊ frigiditatis. Qđ etiã voluit
Iſaac in. v. d.c.lix. cũ inq̇t. Piſces ma-
rini calidioꝛes ⁊ minus humidi ⁊ mi-
nus viſcoſi ſunt: ſalſitudo eĩn aque in
habitate calefacit eos incidẽs humi-
ditatẽ ⁊ groſſitiẽ vnde pinguedo eoꝝ
minoꝛat̃. ⁊ infra ſic ait. Marini piſces
minꝰ grauis ſunt odoꝛis ⁊ facilioꝛis:
digeſtionis minꝰ nutritiui: cito in ſan
guinem cõuerſiui: velociter a mẽbꝛis
diſſoluẽdi. ⁊ ad exeundũ a ſtomacho
tardioꝛes. Unde antiq̇ aſſimilauerũt
piſces marinos humane cõplexioni.
ſani enim ſenſus ſibi tãtũ aſſimilatis
delectãtur: ſanguis enim quem gene
rant eſt tẽperatiſſimus: non groſſus:
neqꝫ turbidꝰ: neqꝫ ſubtilis: neqꝫ aquo
ſus licet ſubtili vicinus exiſtat. ⁊ poſt
aliqua iterũ dixit. Marini piſces ſunt
melioꝛes fluuialibꝰ quia ſunt ſalſita-
tem habentes ex aqua maris. ex qua

viſcoſitates eoꝛũ auferũtur: maxime
ſi loca fuerit petroſa: aſſiduo eĩn mo-
tu ſuo ⁊ colliſionibus ſaxoſis carnes
emolliũtur ⁊ tenerãtur: pinguedo mi-
noꝛatur ⁊c. Plurimũ quoqꝫ ipſos com
mẽdauit adhuc magis in ꝓceſſu cum
dixit. Piſces nõ viſcoſi ſunt qui de pe
lago ⁊ litoꝛibꝰ ſunt claris in nutrimẽ-
to ⁊ in tẽperamẽto: laudabilioꝛes om
niũ ſunt in cõplexione: ⁊ ad digeren-
dũ facilioꝛes qꝛ carnes habẽt molles:
nullꝰ viſcoſitatis atqꝫ groſſitiei: neqꝫ
grauis ſunt odoꝛis: ſicut etiã q̇ de pe-
troſis ſunt locis: ſanguis eĩn quẽ ge-
nerant tẽperamẽto eſt vicinioꝛ: ⁊ ideo
non minus exercitatis eſt cõgruus et
defectis ſicut ſanioꝛibꝰ ⁊ egritudines
exeũtibꝰ: ⁊ ad ſanitatẽ cuſtodire ma-
gis ꝙ̃ membꝛoꝛũ foꝛtitudinẽ amãti-
bus. Quod nõ minus voluit Auic. cũ
in. ij. cañ.c.dl. ſic ſcripſit. Et piſces qui
dẽ Marini ſunt laudabiles ſubtiles:
⁊ melioꝛ ſpecies eoꝛũ eſt illoꝛũ qui nõ
ſunt niſi in mari ⁊ pelago ⁊c. et infra
ſubdit. Et piſces q̇dẽ marini ſunt op-
timi ſubtilis carnis ⁊ ꝓcipue cũ eoꝛuꝫ
habitatio eſt in littoꝛibꝰ petroſis aut
arenoſis ⁊c. Que quidem fuit Galie.
ſententia in alimentoꝛũ. iij.c.xxiiij. di-
centis. Optimi piſces ſunt qui in puro
mari exiſtunt. ⁊ in lib. de euchimia.c.
vij. ait. Piſces qui in puro mari die-
tantur inculpabiles fere oẽs ſunt. ſi-
militer et quicunqꝫ in permixto aque
dulcis dietantur ſicut vocati pelaga-
les. et petrini ſunt euchimi. Et in ea
que ſecũdum eſum delectatione mul-
tum preeminent alijs ⁊c. Et poſtea
ſubiunxit. Qui vero in mari dietan-
tur piſces: odoꝛem inculpabilẽ ⁊ pin-
guedinẽ paucam habent. Concluda-
mus itaqꝫ de ipſis cũ Iſaac in prima
doc. ſic dicente. Marini piſces du-
plices ſunt: quidam enim naſcũtur in
pelago ⁊ in altis locis: quidam vero
alij in ripa planiſqꝫ aquis nati. Qui
vero creati ſunt in pelago aut petro-

UVA. BHSC. IyR_272

ſis ⁊ arenoſis habitāt: ſunt ſubtilio-
res ⁊ laudabiliores oībꝰ piſcibꝰ mari
nis ⁊ ad digerendum faciliores ⁊ ad
ſanguinem generandum laudabilio
res: ⁊ non ita de ſtomacho ⁊ inteſti-
nis exeūt ꝑpter ſue viſcoſitatis par-
uitatem qḋ teſtat̄ ſue pinguedinis in
digentia ſuiqꝫ ſaporis habilitas: ſunt
ergo humanis corporibꝰ conuenien-
tes. Ois em̄ cibus q̄to longior a ſa-
piditate tanto minus delectabilis et
minus cōueniens humanis naturis.
Et propter hoc hec ſpēs piſciū lauda
bilior ⁊ digeſtibilior magiſqꝫ cibꝰ ad
ſalutem gerendā eſt efficax ꝑpter eo
rum temperamentū non em̄ ſunt ſub
tiles aquoſi nec terreſtres aut groſſi.
Poſt hos quidē aliq̄d bonitatis ha
bent qui lutoſa ⁊ mollia loca maris
ſunt habitantes dulcibus aquis va-
cinantes: nō adeo puri ſicut q̄ in are-
noſis ⁊ petroſis locis pelagi morant̄
ꝑpter putredinē ⁊ ſorditatē terre. pri
mi itaqꝫ eligant̄: aliȷ̄ vero dimittant̄
propter cauſam aſſignatam.

¶ Ca. cxxx. oſtēdit q̄ de piſcibꝰ flu
uialibꝰ eligēdi ſint rōne fluminis
⁊ aque in quibꝰ nati ſunt ⁊ degūt
continue atqꝫ veſcuntur.

DOſtqꝫ de piſcibus
marinis: ⁊ de his q̄
in vtriſqꝫ aq̄s viuūt
diximus: de fluuia-
libus modo tm̄mo
do ſcribemus: q̄ nō
adeo ſunt a veteri-
bus laudati ſicut
marini. Queadmodū oſtendit Iſaac
in. v. doc. c. lix. cum inquit. Piſces flu-
minum in actione ⁊ paſſione contra-
riȷ̄ ſunt marinis: qm̄ fluminalis aqua
frigidior eſt ⁊ humidior: vn̄ piſces flu
uiales ſunt graſſiores ⁊ viſcoſiores:
atqꝫ pinguiores: ⁊ iō nutrientes plus
mali tn̄ ⁊ ad digerendū duri ⁊ veloci-
terqꝫ de ſtomacho deſcendunt. Et in
particularibus. c. de piſcibus inq̄t. Pi
ſces qui nati ſunt in flumine ſubtilio-
res hn̄t ſpinas multas ⁊ molles pro
mollitie humiditatis aque in qua na
ti ſunt. Et infra ſubdit. Piſces aquaꝝ
dulcium vniuerſaliter ſunt groſſiores
⁊ viſcoſiores tardioreſqꝫ ad digeren-
dum: facilꝰ tn̄ de ſtomacho egrediū-
tur q̄ marini. ⁊ nutribiliores ſunt. qui
aūt piſciū inter fluuiales magis ap-
probentur hi ſunt qui de magnis ac
currentibus fluuiȷ̄s accipiunt̄: vt idē
voluit in. v. c. vbi ſupra cū ait. Fluuia
les piſces maiora ac cito currētia cla
ra atqꝫ mūda flumina inhabitantes
ad cōparationem alioꝝ ſunt laudabi
liores: q2 claritas aque aufert ab eis
grauitatem odoris. fortis aūt fluuiȷ̄
impetu carnes teneraſ̄t: ⁊ groſſities
aufertur: ⁊ maxime ſi ſuper petroſa
currat. Quod etiā in particularibus
replicauit dicens. piſces dulciū aqua
rum hi ſunt meliores q̄ magna inha-
bitant flumina impetuoſe fluentia
quorū fundus lapideus ⁊ longinqua
ſunt a ciuitatis ſorditie: q2 fortitudi-
ne curſus aque cōprimūtur piſces et
ſuper lapides: vn̄ caro eorū teneraſ̄:
fitqꝫ cā ſue digeſtionis: ⁊ ab eis viſco
ſitas ⁊ odoris grauitas expellit. ⁊ pre
cipue ſi non ſit altitudo aquarum vt
piſces terre ſint ꝑpinqui: q2 q̄to pau
citatem aque habuerint: tāto a terra
frequētius percutiunt̄: ⁊ aque clarita
te oī horridilitate carebūt: ideoqꝫ ſūt
quaſi piſces petroſa loca pelagi ihā-
bitantes. Haliabas quoqꝫ in. v. theo-
rice. c. xxv. ſi ſcripſit. Laudabilior aūt
piſcis eſt qui in lapidoſis naſcit̄ locis
plurimos habentibꝰ lapillos quiqꝫ
magno nō eſt corpore ⁊ in ſuaui na-
ſcitur aqua ac clara ſpacioſiſqꝫ flumi
nibus magnis decurrentibuſqꝫ: vt ty
gri: eufrate: nec vero multum eſt pin
guis: nec extra moduz macer. Qui et
enim piſcis in ſaxis naſcitur ⁊ magni

UVA. BHSC. IyR_272

aquis decurrentib⁹ a corpore eius ſu=
perfluitas deficit propter mot⁹ copiā
⁊ percuſſionē ipſi⁹ in lapides. Qui ve=
ro i ſuaui naſcit̄ aqua delectabilis eſt
⁊ iocūde carnis. minime viſcoſus. cito
digeſtibilis: corp⁹ humectat: ⁊ ſangui=
nē generat bonū: calidiſq; cōuenit cō=
plexionibus iuuenib⁹ ⁊ ethicis in ca=
lidis tp̄ibus ⁊ ſiccis ⁊c. Hi piſces igit̄
inter ceteros maxie approbant̄ ſicut
oppoſiti deteſtāt̄ ab Iſaac vbi ſupra
ſic ſcribēte. Piſces aūt parui fluminis
lutoſi loci: ac aque debiliter currētis:
⁊ ſorditiei ciuitatis vicinātis ſunt vi=
ſcoſiores ⁊ horribilē habēt odorem
ſunt etiā grauiores ad digerēdū ⁊ de=
terioris ſunt ſaporis: vnde malū dant
nutrimentū: qꝛ debilitas curſus aque
q̄etos reddit piſces: clauditq; in eorū
corp̄ib⁹ copioſos humores: q̄re fit cā
viſcoſitatis et horribilis odoris: atq;
difficilis digeſtiōis. Sint igit̄ vt ipe di=
cebat in vltibus: piſces morātes i aq̄s
fortiter currētib⁹ qꝛ meliores ſunt q̄
in q̄ſcētib⁹. Et hoc eſt etiā qđ voluit
Priceps in.ij.can̄.c.dl.dicēs. In locis
aūt in q̄b⁹ morant̄ eſt electio: qm̄ illi
q̄ morant̄ in locis petroſis ſunt melio=
res: deinde in arenoſis ⁊ in aq̄s dulci=
bus currētib⁹ in quib⁹ nō ſunt ſordes:
⁊ nō ſunt limoſe: neq; lacunales: neq;
cāpeſtres ⁊c. Et fuit Gal.ſnia i.iij.ali=
mētoꝝ.c.xxiiij. dicētis. Piſces q̄ in flu=
uijs generant̄ meliores ſunt ſi i fluuio
rapido ⁊ multi flux⁹ exiſtāt: ſicuti pe=
iores q̄ in parua degūt aqua fluuios
magnos nō ſuſcipiēte: nec effluxū co=
pioſuꝫ habēte: multo vtiq; ⁊ his dete=
riores: ſi naūt oino neq; defluat aqua
adhuc deteriores ⁊c. Horū aūt rō eſt:
qꝛ piſces in hmōi aquis currentib⁹ de=
gentes cōtinue ſe mouēt: piſces aūt ſe
ſemp̄ mouētes ſūt cōtrarijs meliores:
qꝛ mot⁹ multus ⁊ eorū exercitia ipſo=
rū corpora emolliūt: carniſq; viſcoſita=
tē ⁊ groſſicies auferūt. vt Iſaac inq̄t
in.v.doc.c. ſuperius annotato. ⁊ ſimi=
liter Auicē. vbi ſupra cū ait. Et piſces
illi qui morant̄ in aq̄s multarū agita=
tionū ⁊ vndarū ſunt meliores eis qui
ſunt ecōtrario: qm̄ vehemētiori indi=
gent exercitio: q̄ȝ illi q̄ habitāt in aq̄s
ſtātib⁹. Et ꝓpterea meliores ſunt illi
qui morant̄ in aquis diſcoopertis fla=
tui vētorū ſuper ſe: qꝛ plus q̄ȝ alij mo=
uetur. ⁊ Iſaac in loco preallegato ſic
queq; ait. Piſces qui habitāt vbi vēti
ſemp̄ flant: melioris ſunt nutrimēti: et
melioris carnis: q̄ȝ ſi null⁹ vētus fla=
uerit: ⁊ maxime ſi ſeptētrionalia loca
ſint eis expoſita: ſicuti piſces vbi au=
ſtrini vēti flant illaudabiles fiunt: cū
auſter naturaliter humid⁹ ſit ⁊ qđ ſe=
cū fert abominabile: ⁊ iō piſcib⁹ aug=
mētatur grauitas odoris. Qđ in par=
ticularib⁹ etiā replicauit dicēs. Piſces
in ſeptētrionali plaga habitātes ſi in=
ſufflati fuerint ſeptētrionali vēto erūt
meliores. Et cām deide aſſignat quā
dimittam⁹ breuitatis gratia. Et con=
cludit ꝙ piſces fluminū a vētis ꝑfla=
torū meliores ſint q̄ȝ eis oppoſiti: qꝛ
fortitudine ⁊ impetu ventorū mouen=
tiū vacillatur aqua: ⁊ cū mouet̄ aqua
neceſſario piſces mouent̄ inuicē ſe al=
lidētes ⁊ perfricātes: quare ſuperflui=
tas humorū ab eis excluditur: ⁊ inde
ſaniores exiſtūt. Que fuit Gal.ſenten=
tia vbi ſupra dicētis. Piſces exiſtētes
in aqua ad boreales ventos cōuerſa
ſunt ceteris meliores: nō parum enim
ad euchimiam facientibus omni ani=
mali cōgruis vti exercitijs. Piſces er=
go huiuſmodi aquarum pre ceteris
ſunt eligendi.

¶ Capitulum.cxxxi. oſtendit
qui piſces fluuiales ſint eligē=
di ratione annexorum flumi=
ni: declarādo ꝙ piſces petroſi
optimi ſint: ⁊ reliquis omnib⁹
ſaniores.

UVA. BHSC. IyR_272

# De electione piſcium fluuialium.

Piſces fluuiales maxi-
me ab auctoribus ꝯmē
dãtur ſi flumina ex qui
bus accipiũtˀ: has duas
ſibi annexas habuerit
cõditiones. Quarũ pri-
ma vt ꝑ parte diximus ſupra: ē ꝙ ſit
fluminis fundus petroſus ſiue lapi-
doſus nõ plurimũ in altitudine aque
ꝓfundatus ⁊c. qm̃ tales ceteris melio
res eſſe approbanẗ: dicẽte Iſaac in .v.
doc. ꝙ ſanguis q̃ ex piſcibus petroſis
generaẗ eſt tẽperatus naturaliter: li-
cet ſubtilitati ſit pertinẽs: ⁊ velociter
a mẽbris diſſolubilis: ⁊ per cõſequẽs
melior ad regẽdã ſanitatẽ ꝙ̄ in mem
brorũ confortationẽ. Et poſt aliqua
ſubdit. Piſcs de clara aqua laudabi-
liores ⁊ lõge minus corruptibiles ſũt
ꝙ̄ alij: ⁊ maxime petroſa incolentes.
Quõ etiã ſenſit Auerrois in .v. colliget
cum ait. Piſces q̃ naſcunẗ in loco pe-
treſo ſunt ſubtilioris ſubſtantie: ⁊ mi
noris ſuperfluitatis alijs: ⁊ tales q̄
velociter mouentur ⁊ multũ laborãt:
⁊ cõplexio iſtorũ eſt minoris humidi
tatis: ⁊ q̃ parũ laborant ſunt frigidio
ris ⁊ humidioris cõplexionis. Auicẽ.
quoqꝫ in .ij. canonis .c. cccccl. ſic inq̄t.
Piſces illi qui morãtur in locis petro
ſis ſunt meliores: deinde in arenoſis
⁊c. Et in .i. iij. trac. iiij. c. xxi. cum dixit.
Piſces petroſi generãt ſanguinẽ lau-
dabilẽ. Que fuit Gal. ſententia in .iij.
Alimẽtorũ. c. xxiiij. dicentis. Alimẽtũ
ex piſcibus petroſis nõ ſolũ eſt dige-
ſtibile: ſed etiã ſaniſſimũ corporibus
hoĩm ſanguinẽ cõſiſtẽtia mediũ gene
rãtibus. Uoco autẽ mediũ qui neqꝫ
omnino ſubtilis eſt et aquoſus: ſꝫ ne-
qꝫ ſufficienter groſſus ⁊c. Secũda au-
tem cõditio flumini annexa per quaꝫ
piſces laudabiliores eſſe redduntur
hec eſt .ſ. vt flumẽ prope ciuitatẽ non
exiſtat eiꝰ recipiẽs ſuperfluitates: qm̃
⁊ ſi marini forent huiuſmodi piſces
adhuc illaudabiles eſſe iudicãtur. cũ
dicat Iſaac in doc. c. lix. piſces q̃ litto
ribus ſunt vicini: ⁊ in turbida ⁊ nõ mũ
da moranẗ aqua: ⁊ putridis flumini-
bus ciuitatũ putredines ferentibꝰ vi-
cina: viſcoſiores ⁊ alijs piſcibus ma-
rinis groſſiores: ⁊ ad digerẽdum tar
diores exiſtunt. Et ꝓpter hoc piſces
maris ruſſie peiores ſunt ceteris ma-
rinis: q̄ aqua eſt imunda: ⁊ multa flu
mina in eis intrãtia putredines ciuita
tũ eis ferũt. Et poſt pauca ſubiunxit.
Piſces qui in paruis ſtãt fluminibus
parũ fluẽtibꝰ imundis vicinis ciuita
tibꝰ pinguiores ſunt atqꝫ viſcoſiores:
⁊ ad digerẽdũ duriores: mali saporis
q̄ defectio aque motꝰ vnctas carnes
atqꝫ groſſas facit: immũdũ vero nu-
trimẽtuꝫ grauioris odoris eos reddi.
Et idẽ in particularibꝰ replicauit. Quõ
ſimiliter voluit Raſis in .xxij. cõtinen
tis .c. ccccxxiij. dicẽs. Caro illoruꝫ qui
nutriunẗ de ſorditie ciuitatũ: exinde
erit mala ⁊ peior carne oĩm piſciũ: ita
ꝙ trahendo morã per tẽpus modicũ
poſt exitũ eiꝰ de aqua fetebit. Unde
caro taliũ eſt horribilis saporis ⁊ diffi
cilis digeſtionis. A q̃bꝰ ſumpſit Auer
rois cũ ſcripſit in cõmento .c. xxviij. cã
ticorũ. Deteriores ſunt oẽs piſces ha-
bitantes in littoribꝰ maris: ⁊ hoc quia
nutriunẗ ex fecibꝰ ⁊ ſuperfluitatibus
ibidẽ exiſtẽtibꝰ iuxta magnas ciuita
tes. Idẽ quoqꝫ faciẽdũ eſt de habitã
tibꝰ in fluuijs ciuitatibꝰ ꝓpinquis ⁊c.
Et fuit Gal. ſententia in .iij. Alimẽto-
rum. c. xxvi. dicentis. Piſces littora et
fluuios expurgantes ciuitatẽ inhabi-
tantes peſſimi ſunt nõ bene digeſtibi
les: neqꝫ euchimi: neqꝫ delectabiles.
Et in li. d euchimia c. vij. ſic etiã inq̄t
Piſces paulominꝰ oẽs euchimi preter
cõuerſantes in paludibꝰ ⁊c. Et preter
vtẽtes aere malo: ⁊ exercitijs paucis:
⁊ cibis malis: ⁊ maxime qñ per ciuita
tẽ magnã fluit aqua: purgans latri
nas: ⁊ balnea: ⁊ coquinas: ⁊ lauantur
in ea veſtes ⁊ panni: peſſima enim fit

UVA. BHSC. IyR_272

eorũ caro q̃ in tali aqua dietant̃. Ex q̃bus ſatis intelligi poteſt q̃ piſciũ flumialiũ ſint laudabiliores quãtũ eſt ex parte loci vel fluminis. ⁊ ꝓpterea prudentes intelligant in quacunq; vrbe fuerit: ex quibus locis veniant piſces qui in ea vendentur vt bonos a malis ſecernere valeant: quod maxime venetijs obſeruandum eſſe videtur: cum ibi infinite fere piſcium ſpecies reperiantur ⁊c.

¶ Capitulũ.cxxxij. oſtendit q̄ piſces lacunarũ ⁊ paludũ reprobãdi ſint: ⁊ q̄ paſtus piſcum ſit intelligendus.

Dixim⁹ ſupra de maritimis ⁊ fluuialib⁹ piſcib⁹: de reliquis conſequenter dicẽdũ eſt: vt cõſideratio eorũ ꝓ quanto ex parte loci pertinet: compleatur. declarando etiã qualis paſtus piſcium eſſe debeat: vt in eorũ electione errare minime contingat. Dicemus ergo in primis cũ Haliabate in.v. Theorice.c.xxv. ſic ſcribẽte. Peior oĩm eſt piſces qui paludoſa habitat loca: aquaſq; ſpiſſas ⁊ putridas: calidaſq;: q̃m piſcis qui in huiuſcemodi naſcit̃ quiet⁹ eſt celeris immutationis in fetore cuz ab aqua educt⁹ fuerit. Qui enim huiuſmodi eſt minime comedatur: celeris eñ eſt immutationis in ſtomacho ⁊ in malũ humorẽ. A quo videtur quodãmodo accepiſſe Iſaac in.v.d.c. ſepius allegato cũ iquit. Piſces lacunales q: teneras habẽt carnes: cito ſunt corrũpentes: ſtomacho nocentes: ⁊ humores crudos generãtes. Et poſt multa dixit. Piſces de lacubus viſcoſiores ſunt ⁊ grauioris odoris q̃ qui in fluminib⁹ naſcunt̃: q: aqua lacunũ lutuoſior eſt ⁊ pinguis nature. Et ideo piſces ſunt vnctuoſiores ⁊ min⁹ ſaporoſi: grauioris odoris ⁊ mali nutrimenti: ⁊ ad digerendũ duri in corruptionẽ velociter mutãdi. Et infra ſubdit. Piſces lacuũ ſicut ⁊ piſcariorũ ⁊ paludum peiores ceteris exiſtũt groſſiores: ⁊ iodore grauiores. ⁊ i corruptionẽ mutabiliores velociter: ⁊ ad digerẽdũ duriores: q̃m qͥetã ẽ ⁊ nimiũ lutoſa ipſorũ aqua: vñ maxime ſunt fugiẽdi. Et poſt aliqua etiã ſubiũxit. oẽs piſces fluuiales ⁊ lacuu ⁊ ſi carnis melioris ſint.ſ. ad guſtũ: tñ groſſiores ſunt ⁊ ſtomacho nocẽtes: ⁊ in corruptionẽ ſe conuertẽtes. In particularib⁹ quoq; dixit. Piſces lacunales ceteris ſunt peiores: grauioris eteñ ſunt odoris ⁊ grauiter digerunt̃: maxime ſi ſint lõge a mari ⁊ fluminib⁹: habẽt eñ requiẽ: nec flumẽ intrat i eos: vt eorũ putredinẽ lauet: vñ piſciũ humores augumẽtant̃: eorũq; pori claudunt̃. Qđ ſic certificatur: q̃m cũ aquas exierint cito in putredinem cõuertũtur: eorũ eñ viſcoſitatis multitudo claudit poros ⁊ ſuffocat: ⁊ extiguit calorẽ intrinſecus locatũ. Et propterea vt magis inquit i proceſſu: meliores ſunt qui habitãt in lacub⁹ amari remotis: quos ſemꝑ flumina intrãt q̃m partim lauantur fluminis aqua. Qđ etiã voluit Raſis i.xij.c.ccccxxiij. auctoritate Gal. ⁊ in.iij. Almãſoris.c.xvj. dicẽs. Piſces illi ſunt eligẽdi qui neq; in lacub⁹: neq; in paludib⁹: neq; in locis ſordes habẽtib⁹ ſunt capti: neq; in luto malũ habẽte odorẽ: neq; in aqua malas habẽte herbas ſint nutriti Que etiã fuit Gal. ſentẽtia in.iij. Alimẽtorũ.c.xxiiij. dicentis. Quicũq; i lacunoſis ⁊ paludoſis reperiũt̃ locis paruã habẽt carnẽ. Et in libro de euchimia.c.vij. inquit. Piſces paulominus oẽs euchimi preter cõuerſantes in paludib⁹ ⁊ lacubus ⁊ fluminib⁹ limoſis ⁊ turbidis ⁊c. ¶ Paſtus autem piſciũ cũ faciat multũ ad eorũ bonitatem: ſimiliter de ipſo dicimus q̄ vnuſquiſque pro poſſe ſuo debet a piſcatoribus intelligere ⁊ inueſtigare

UVA. BHSC. IyR_272

quis ſit ipſorum piſcium cibus: dicēte
Iſaac in li. d. v. Piſces paſcentes her
bas recētes laudabiliores ſunt oppo
ſitis ⁊ meliores ſi aque preſertim fue
rit clare. Et in particularib⁹. Piſces
olera paſcētes vel radices aut grana
que oia ſunt bona: bonū dāt nutrimē
tum: fitq; illorū genus piſciū ad come
dendū vtile: econtrario ſunt cōtraria
paſcētes: ſunt enim piſces aliqui lutū
⁊ immunditiā edētes: ideo corruptibi
les ſunt malū habentes saporē ⁊ hor
ribilē odorē digeſtione male obedien
tes ⁊c. Que fuit etiā principis Auicē.
ſententia in. ij. canonis. c. cccccl. dicen
tis. Scdm cibū piſces illi qui cibant̄
herbis bonis ⁊ radicibus plantarum
ſunt meliores his qui comedunt ſor
des q̄ ꝓijciūtur in ciuitatib⁹ ad loca
infuſionū ⁊c. Qualiter autē hoc ſciri
poſſit: nō intelligo: niſi per illud qđ in
teſtinis eorū reperit̄: ⁊ per piſcatoruȝ
relationē quib⁹ hac in re maxime cre
dendū eſt. Obſeruet̄ itaq; vt vno ver
bo preſens cōcludamus propoſitū: ex
quo loco veniant piſces: ⁊ ex quibus
ſint nutriti vt eligendi a non conueni
entibus ſecernantur.

¶ Cap. cxxxiij. oſtēdit cōditiōes
quas debent habere piſces lauda
biles ex parte carnis ⁊ quātitatis
eorū: ſcȝ an magis ſint paruis me
liores vel ne.

Poſtq; paſtū ⁊ locū piſci
um intellexerimus: ad
huc ſcire deſiderat intel
lectus qui piſciū ſint ſa
niores. ſ. an pingues vel
macri aut mediocres.
Et ſimiliter an magni paruis eligibi
lio res exiſtūt: vel ecōtra. Et propte
rea de his conſequēter ſcribendū eſt
ne forſitā errare cōtingat in ipſorū ele
ctiōe. Dicam⁹ ergo cū Iſaac in. c. lix.
die. vniuer. ſic di. Piſces q̄ molliū ſunt
carniū viſcoſarū ⁊ groſſarū magis nu
tribiliores ⁊ vnctuoſiores ſūt ſȝ tū il
laudabiles vt pote ad digerēdū du
riores ⁊ i malū ſāguinē gñrādo vicio
res. Ūnnō ſūt comedēdi niſi ex neceſſi
tate cū ſinapi ⁊ ſimilib⁹: ⁊ ꝓpť hoc in
fra ſubiūxit. piſces q̄ in genere ſuo du
riores fiūt parui erūt laudabiliores:
qꝛ paruitas etatis ſiccitatē temperat
carnis. Qui vo moliores maiores erūt
laudabiliores quia maioritas eta
tis malliciem eorum temperabit.
Qui vero ſunt mediocres in medio
critate eorū fiūt laudabiliores. qđ ēt
ſenſit Auicē. in ſcđo ca nonis. c. cccccl.
cū inq̄t. Et habentib⁹ mollē carnē ille
q̄ eſt maior ad terminū aliquē eligit̄:
quēadmodū ex piſcibus durā carnē
habentib⁹ ille q̄ eſt minor. Studiū igi
tur ſit in eligēdo ꝓpoſſe omni piſces
duras carnes habētes: quoniā ſanio
res ſunt vt ſapientes medici dixerūt.
Iſaac em̄ loco allegato ſic inq̄t piſces
q̄ duras habēt carnes: ſȝ tñ viſcoſas ſi
cut piſces magnorū fluminum ⁊ cito
currētiū: ad cōparationē petrinorū il
laudabiles: qꝛ groſſiores ad digerēdū
duriores ſunt. tñ nutribiliores cōueni
entes exercitantib⁹: ⁊ calorē naturalē
habentib⁹ fortē cōfortationēq; mem
brorū magiſq; ſanitatē cuſtodire amā
tibus Sed ſi viſcoſi nō fuerit: procul
bio ſaniores ſunt q̄ q̄ mollē carnē ha
bent: dicēte. Gal. in. iij. alimētoruȝ. ca.
xxiiij. Duricies carnis i piſcibus ⁊ fra
gilitas eiuſdē ſignificat ꝙ neq; viſco
ſum aliqđ ſit in ipſo: neq; pingue: ⁊ nu
trit bene alijs piſcibus magis quādo
bene digerit̄. Et in libro de euchimia
c. vij. ſic ait. Meliores piſciū ſunt q̄ du
rarū carniū fiūt ⁊ fragiliorē habēt car
nē petrinis ⁊c. A quo ſumpſiſſe videt̄
Raſis in. xxij. cōtinētis. c. ccccxxiij. cuȝ
ait. Piſces modice humiditatis quo
ruȝ caro frāgit̄ ex priuatione pingue
dinis ⁊ humiditatis abūdātis nutri
menti ſunt: qꝛ caro ipſorū ſolida. Et
ob hanc etiā lucij carpiones ⁊ huiuſ
modi qui carnes duras habēt ⁊ frā

UVA. BHSC. IyR_272

gibiles: ⁊ in partes facile diuiſibiles
ſunt iure merito commendādi. Tin=
che vero regine: anguille: ⁊ huiuſmo
di nequaq̄ ꝓpter oppoſitas cauſas.
Quātitatem quoq̄ piſcium cōſidera
re oportet: quoniā nō eſt ita: vt quidē
opinātur ſcilicet. ꝙ ſemper caro ānua
lis eē debeat: piſcis vero comedēdus
annorū decē: immo vt Iſaac inquit in
libro. v. d. ca. ſuperius allegato. Pi=
ſces mediocres īter paruos ⁊ magnos
ſunt magis laudabiles: q̄z parui qui ci
to in corruptionē mutantur: ⁊ q̄z ma
gni qui groſſi ſunt ⁊ viſcoſi magis. et
poſt pauca ſubdit. Piſces parui me=
lioris ſunt carnis ad digerēdum faci=
liores: ſed cito in corruptionē mutādi.
Maiores vero carnes ſūt groſſiores:
⁊ ad digerēdū difficiliores ſtomacho
nocentes. ſed nō cito corruptibiles: ho
ruꝫ autem medij ſunt laudandi: quia
ab extremitate vtraq̄ ſibi ſumunt qđ
magis eſt laudādum. Et propterea
Auerrois in. v. colliget dixit. Melio=
res piſces ſunt quorum corpus eſt me
dium inter magnum ⁊ paruum: ⁊ qui
ſunt velocis motus ⁊ pauce viſcoſita
tis ⁊c. Et poſtea rationē aſſignauit cū
dixit in vno altero. ca. coruꝫ q̄ naſcun
tur ī aqua magnitudo corporis ſigni
ficat multam humiditatē: propterea
laudatur in piſcibus paruitas. Conſi
militer in craſſitie ⁊ pinguedine piſces
eſſe debēt mediocres ⁊ non craſſi aut
macri valde: teſte Iſaac vbi ſupra ſic
ſcribēte. Piſces mediocres in craſſitie
meliores ſūt ⁊ laudabiliores: quoniā
cum nimiuꝫ craſſi fuerint ad digeren
dum ſunt duri ſtomachum emolliunt
groſſum phlegma generantes ⁊ vi=
ſcoſum. Si vero macri ſint: ad digerē
duꝫ quoq̄ duri exiſtunt. ⁊ ſubdit. Cū
piſces. oua facere incipiunt: ſi incraſſā
tur: illaudabiles ſunt propter multi=
tudinē ſue pinguidinis: ⁊ ſi macri fi=
unt etiam illaudabiles exiſtunt: nec
ſunt amādi ex quantitate ſue maciei.
Meliores itaq̄ in omnibus erunt ꝙ
mediocres fuerint in his que de ma=
gnitudine paruitate craſſitie ⁊c. dicta
ſunt.

¶ Capitulum. cxxiiij. oſtendit ꝙ
piſces eligendi ſint ex parte ſqua=
marum: ⁊ que partes ipſorum ſint
laudabiliores.

Squame in piſcibus ſunt
vna de cōditionibus ad
bonitatem eorum requiſi=
tis: vt placuit Iſaac in. v.
d. ca. lix. dicēti. Nutrimen=
tum piſcium ſquamas habentiū me
lius eſt ⁊ laudabilius ſquamas non
habentibus: ſuperflua enim ad ſqua
mas expellit natura: ſicut in alijs eſt
videre animalibus in quibus pili aut
penne aut cornua expelluntur ad ex=
teriora. In libro etiam particularium
ſic inquit. Piſces ſquamas habentes
ſunt meliores: ſquama eniꝫ ſignificat
humorum paruitatem ⁊ aquoſitatis
indigentiam: quia natura ſuperflui=
tates humorum ab interioribus ad
exteriora expellit ad nutriēdas ſqua
mas: ſicut animalium natura tertiaꝫ
finiēs digeſtionem exterioribus mē=
bris mandat quecūq̄ ſunt conuenien=
tia ad nutrimentum lane pilorumq̄
⁊ ſimilium. Unde piſces ſquamas ha
bentes duras ⁊ groſſas meliores ſunt
habentibus molles ⁊ ſubtiles: ſqua=
maruꝫ eīm groſſities paruitatē innuit
humoruꝫ: ē cōtrario autē habētes co=
piā habent humorum: ⁊ ꝓ hoc teſtat̄
qꝛ groſſities ſquamaruꝫ piſciuꝫ mari
norum maior eſt ſquamis piſciuꝫ flu
minum ſquama iterum dorſi maior
eſt ſcarris ventrium: dorſum enim
ſiccius eſt ventre. Qđ etiā ſenſit Auer
rois in quinta colliget dicēs. Squa=
me multe laudātur in piſcibus: qꝛ ſi
gnificāt rē cōtrariā eorum complexio
nibꝰ etiā multe ſpine in eis laudant̄.
⁊ infra ſubdit. Meliores piſces ſunt ꝙ
degunt in locis petroſis: ⁊ qui multas

UVA. BHSC. IyR_272

ciebant. Qđ poſt ꝙ̃ cõſideraui: nul
lam cauſam adinueni que mihi ra
tionabilis videret̃: niſi ꝙ ex flam-
ma et fumo quandam malam no-
ciuam et indicibilem qualitatem
grandemq; malitiaȝ aſſumebant:
qua difficultas anhelitus et ſuffo-
catio quedam periculoſa: et (vt ve-
rius dicam) pernicioſa prouenie-
bat q̃ ex vini boni aſſumptiõe pau
latina alleuiabat̃. Quare ⁊ hoc idẽ
i rapis ſuꝑ ligna ⁊ flãmã decoctis
attendẽdũ fugiendũq; indicam⁹.
Et non niſi manducande ſunt eli-
xe: aut ſuper carbones et prunas
ſine fumo decocte elixe aũ t ꝑſtãtio
res ⁊ ad ſanitatẽ laudabiliores: vt
ſnia illuſtriũ antiq̃ꝝ patuit ſupra.

¶ Ca. clx. oſtẽdit naturã ꝓprie-
tates ⁊ nocumẽta ex comeſtiõe
raphani ꝓuenientia.

Raphanus vt ſcripſit
Gal. ad paternianum
c. ccxxx. oibus nota eſt
que radix appellatur
radicẽ habẽs ſimileȝ
rape ſ;: longiorẽ q̃ co-

UVA. BHSC. IyR_272

meſta a ieiuno ꝓut antidotū magnum adiutoriū ſanitatis et tutamentū corporis ſ3 inflationē operaẗ ruct⁹ fetidos facit:ꝛ vrinā mouet ꝛ ventrem relaxat ꝛc.hec ipſe. Quē textū ſi q̄s recte cōſideret non ſimpliciter Raphanus approbaẗ: ſed via tantum medicine:ꝛ in ieiunoet in parua ſc3 quātitate nō aūt cōuenit via cibi:nec ante cibū immediate vt quidam ſunt opinati:propterea q꞉ calid⁹ eſt in tertio gradu: ꝛ ſicc⁹ in ſecūdo vt dixit Auerrois in.v.colliget.ꝛ Haliabas in quito theorice.c.xvij.vbi ſic ait. Raphanus paſſiones facit ꝛ turbationes eo ꝙ eructuationē generat fetidā3: ideoq꞉ qui vomitur⁹ eſt eo vtiẗ.cibus em̄ malus eſt ꝛ groſſus : digeſtionis tarde difficile a ſtomacho deſcēdit.ꝛ ſubdit.Quidā aiūt illu3 digeſtionē adiuuare ſed ecōtra re3 eſt inuenire:neq꞉ em̄ digeriẗ quanto minus ipſe digerit.Auicē. vero in ſcđo canonis.c.cccccLxxvj.ſic ſcripſit de eo Raphan⁹ ē inflatiuis:et elixat⁹ eſt nutribilior ꝓpter ſeparationē illi⁹ ab eo qđ eſt medicinale:ꝛ nutrimētū q̄dē ei⁹ eſt phlegmaticū ꝛ paucū cū hoc quāto igiẗ magis crudū ꝛ nō elixatū.Et ꝓpterea ſubdit:ꝛ i ipo eſt ſubſtātia q̄ velox eſt ad putrefactionē:ꝛ illud ꝓpter id qđ in ipſo ē de nocumētis:ꝛ multiplicat pediculos i corporib⁹ nocet capiti:dētib⁹ ꝛ palato:nociuus eſt oculo:l3 abſtergat ipm̄ qñ diſtillatur in eo aqua eius:ꝛ poſt pauca ſubiūxit:eſt mal⁹ ſtomacho faciēs eructuare.ꝛ poſt cibū lenit ventrē: ꝛ facit cibū penetrare:ſ3 añ cibum facit natare ipm̄ cibū ꝛ nō q̄ſcit ꝛ ꝓpter hoc facilē efficit vomitū. Dixit poſtremo autoritate filij :Meſāgue ꝙ ſi comedaẗ poſt cibū digerit ꝛ ꝓpe folia ei⁹: ꝛ facit appetitū ꝛc. Hoc quoq꞉ ſenſit Iſaac in particularibus dietis cū inquit.Raphan⁹ calid⁹ eſt in tertio gradu:ꝛ ſiccus in ſcđo minus ꝙ rapa nutrit propter ſuū acumē qđ eſt forti⁹ acumine rape:nutrimentū eius eſt groſſum dure digeſtionis ſtomacho nociuū:ꝛ incōueniēs oculis : dentib⁹ gule et oībus vuule doloribus.Et infra dixit. Radix ei⁹ ſcđm cibum māducata torſionē ꝛ iſlationē generat:ꝛ ſtomacho fit illaudabilis: qđ ruct⁹ ei⁹ putrid⁹ teſtaẗ:q̄ maxie fit ante cibum ieiunūs : eſui data: cibū eleuat:ꝛ deſcēdere ꝓhibet ad locū decoctiōis:vñ fit cā indurāde egeſtiōis:ꝛ naturalē virtutē inhibet cibū in interiorē ptē expellere: quare fit vomitus maxime eis qui ventoſitatē habēt in ſtomacho:ꝙ tñ poſt cibū accepta minorē agit vētoſitatē ſuperi⁹ aſcēdētē:ꝛcū ſua grauitate deſcēdit inferi⁹:et deponit cibū in locū decoctiōis:ꝛ digeriẗ vt op3:vnde fit cā ſecūdā digeſtionē cōfortādi:hoc em̄ gratia ſue actiōis:q̄ nō habērib⁹ ventoſitatē impedit poſt cibū accepta:proinde volentes eā ꝓpter vomitū accipere ante cibū ſumāt:ſed ꝓpter ſupplemētū ſecunde tertieq꞉ digeſtionis:poſt cibū māducēt.hic ipe.Raſis etiā in tertio Almāſoris.c.xviij. ſic inquit de ipſo Raphan⁹ calid⁹ eſt ꝛ groſſus:q̄ in ſtomacho longā faciēs morā phlegma incidit:atq꞉ cibū ad os eleuat ſtomachi:vomitū quoq꞉ mouet cuius folia cibum digerunt:ꝛ appetitiuam adiuuant quando ex eis parū ſumitur.Raſis etiā in libr.iij.ſuorum aphoriſmorum.Raphani ꝛ eorum ſtipites in ſtomacho durant ꝙ plurimum:caput replent:gutturi vero conferūt quia clarificant vocem : vt inquit Auerrois loco ſuperius aſſignato Idem quoq꞉ Raſis in libro.xxij.cōtinetis.c.cccccxxix.dixit autorita=

UVA. BHSC. IyR_272

re Diaſcoꝛidis. Radix raphani ge
nerat vētoſitates: ⁊ eſt mala ſtoma
cho: multiplicat eructuatione: ⁊ ꝓ-
uocat vrinā: ⁊ calefacit: ⁊ ſi comedi
tur poſt cibū lenit vētrē: ⁊ ſubuenit
ſup penetratione nutrimēti: ⁊ ſi co
medit̄ añ cibū: ſupernatat cū ciba-
rio: et ſubleuat illud ad ſuperioꝛa
ſtomachi: ⁊ nō dimittit quieſcere:
ideo de leui ꝓuocat vomitū ⁊ atte
nuat ſenſus. Et infra auctoꝛitate
Ruffi ſubdit. Radix cōfert in phle-
gmate: excitat vomitū: nocet capiti
oculis: dentibus: ⁊ palato. Et dixit
in alio libꝛo: ꝙ ſit tarde digeſtiōis:
inflat vētrē: multiplicat phlegma
⁊ calefacit. Et dixit in libꝛo regimi
nis. Radix bona eſt qd phlegma: ⁊
volentē euacuare: id qd i ſuperioꝛi
bus ꝑtibꝰ vētris fuerit: tñ mala eſt
oculis: dentibꝰ: ⁊ gutturi. Et Joan
nitius inqt: ꝙ hoc eſt ex cā malicie
ſubſtātie putrefactiue q̄ eſt in ea: q̄
de re cōcludēdū eſt ꝙ via cibi ne-
quaꝙ raphano ſit vtēdū: vt ex iam
dictis patuit manifeſte: nec etiam
ante cibū: ſʒ tātūmodo poſt cibum
qñqʒ ratione medicine. Et ꝙ ita ſit
apparet ꝑ Gal. i libꝛo de ſubtiliāte
dieta. c. ix. ſic dicēte. Guſtādū eſt ra
dices ſolas calidas ⁊ acres ſicut al
lei ⁊ ceparū et raphanidas: et has
vt pharmacū magis ꝙ̄ cibū: nec ēt
ſic ſimplr: ſʒ poſt comeſtionē: vt di-
ximus. quare ⁊c.

¶ Cap. clxi. ponit cōditiōes at-
tēdēdas circa ſemina ſeu legu-
mina q̄ ꝓ ferculis accipiuntur.

QUemadmodū ſupius ꝓmiſeramꝰ: velle dice
re de ſeminibꝰ ⁊ legu
minibꝰ q̄ ſunt in vſu.
poſtꝙ̄ de radicibꝰ fuiſ
ſemꝰ locuti: ſic in pre-
ſentia de ipſis agemꝰ: oſtendētes:
priuſꝙ̄ ad ſpecialia deſcēdamꝰ q̄s
debeāt habere cōditiōes ſemina
et legumina q̄ comedi debēt: vt bo
na et laudabilia ab eis oppoſitis
ſcire diſtinguere valeamꝰ. Dicamꝰ
ergo ꝙ grana ſeu ſemina ad ſanita
tem laudabilia: nō debēt eſſe noua
nec etiā inueterata ſʒ mediū tenē-
tia vt ſunt illa que poſt ſex menſes
ſunt collecta vſqʒ ad annū vel cir-
ca durātia ſcdm Iſaac determina-
tionem in vniuerſalibus dietis. c.
xxiij. dicentis. Granoꝝ nouoꝛum
ante ſeptē menſes nutrimēta groſ
ſa ſunt ⁊ viſcoſa ad diſſoluendum
dura: ſed tñ cū bñ digeſta ſunt mul
tū dant nutrimentū ⁊ tarde diſſo-
lubile a mēbꝛis. Et poſtea ſubiun
xit. Grana vero inueterata ſed non
coꝛrupta: in nutrimento ſunt me-
lioꝛa: ⁊ a mēbꝛis diſſoluendū faci-
lia: ideoqʒ in ſanitate cuſtodiēda
melioꝛa ſunt ꝙ̄ ad mēbꝛa cōfoꝛtan
da. Inueterata vero magis ꝙ̄ opʒ
ſunt illaudabilia. qñ aūt inuetera
ta dici debeāt: itelligat̄ qñ ſua na-
turalis hūiditas exiccata et finita
fuerit: ⁊ tūc minime mollificant̄ in
aq̄ cū velut lapides exiſtant: ⁊ vt
plurimū ſupnatāt eo ꝙ nihil reci-
piūt humiditatis aque: quo facta
grauioꝛa poſſint deſcēdere. Simi-
liter ſi dura foꝛēt naturaliter ſemi-
na: ita ꝙ nō molleſcāt repꝛobāda
ſunt ⁊ ſi antiquata nō fuerint: qm̄
iā dictis ſunt ſimilia ⁊ ꝑ cōſequēs
minime accipienda: dicente Iſaac
vbi ſupꝛa. Si grana vel ſemina vel
q̄libet ſicca ꝓbare volueris: infun-
de infundēda in aq̄s: q̄ ſi velociter
iflantur ⁊ duritiē amittūt ſuā: lau-
dabilioꝛa ſunt nō obedientibꝰ. Ve
locitas eñ mutatiōis ſignū ē pfe-
cte actiōis naturalis caloꝛis in co-
ctione ſui dū in oꝛigine ſua ſiunt.
Que aūt in grana in ſua duritie ⁊

UVA. BHSC. IyR_272

ſiccitate cocta ⁊ elixa vel infuſa ꝑ-
manſerint:ſuꝑfluitates humoꝝ
groſſoꝝ ⁊ viſcoſoꝝ ſe habere in-
nuunt:in q̃bus ſubtiliandis ⁊ di-
gerẽdis natura defecit. Que fuit
Gal.ſnia in libꝛo de euchimia ⁊ ca
chochimia dicẽtis. Legumia ⁊ fru
ct⁹ ſicci ſiue ſemina q̃ comedunt:ſi
ī aq̃ infuſa nõ eleuabunt. ⁊ mollia
facta nõ fuerint ſ; retinẽtia ꝑſti-
nã duritiẽ peioꝛa ſunt oĩbus ⁊ ad
ſignificationẽ ⁊ ad digeſtionẽ:cõ
traria ſo oĩb⁹ melioꝛa. Debẽt ꝓter
ea grana ſeu ſemina q̃ mãducant.
hãc ẽt hẽre ꝯditionẽ.ſ.vt nullũ odo
rẽ aut ſapoꝛẽ malũ habeãt.nec ali
qua mala ſint affecta qualitate:vt
ſenſit Iſaac vbi ſupꝛa cu; ait. Que
cunq; grana in odoꝛe peſſima vel
in ſapoꝛe ſunt abominabilia:nu-
trimenta eoꝛũ ſunt abhoꝛrẽda:q̃d
etiam ex verbis Auicenne colligi
põt in.ij.ſ.doctrina.ij c.vij. Et ex
verbo illo op;:quod cibus ſit talis
quale triticũ ab extraneis reb⁹ pur
gatum:q̃d ex meſſe ſana fuerit col-
lectũ:cui nullũ accidit nocumentũ
⁊c. Et ſicut de tritico exꝓeſſit.ſic
implicite ⁊ de alijs granis q̃ come
duntur dedit intelligere.ſ.de far-
re:ſpelta:panico:milio fabis ⁊ ce-
teris talib⁹ de q̃bus infra dicem⁹.
Reliquas autẽ conditiones circa
vnũquodq; obſeruãdas:ſuis in lo
cis dño cõcedẽte ſcribem⁹.eundẽ
ſeruãtes alphabeti oꝛdinẽ ne diu
in querẽdo laboꝛet q̃ naturam et
ꝓpꝛietates alicuius rei inuenire
deſiderabit:quare ⁊c.

¶ Cap.cxij.oſtendit natura; ⁊
ꝓpꝛietates ciceris albi ⁊ rubei
in via nutrimenti.

Cum grana ⁊ ſemina in
duplici differentia re-
periantur:quedã eñ ꝓ
cibis:aliqua vero pꝛo
cõdimẽtis ciboꝛũ vtã-
tur:queadmodũ ſunt aniſum:feni
culum:piper:⁊ hmõi:de quibus
inpꝛeſentiarũ nõ intendimus. S;
de eis tm̃ que pꝛo cibis manducã
tur:de illis autẽ poſterius dicem⁹
cũ de cõdimentis ſermonẽ facie-
mus. A cicere itaq; incipiamus:cũ
ante ipſa nullũ leguminũ a pꝛece
dentib⁹ literis inchoare inueniã-
mus.dicẽtes cũ Auerro.in.v.colli-
get. Cicera ſunt temperate calida
⁊ humida.⁊ habẽt inflationẽ:⁊ ꝓ
pterea tertia earũ operatione ha-
bent generare ſperma:⁊ pꝛouoca-
re vrinã ⁊ menſtrua:⁊ frangunt la
pidẽ:ſed hoc faciunt plus nigra q̃
alba:⁊ ſi comeduntur recentia gene
rant ĩ ſtomacho ⁊ ĩ inteſtinis mul
tas ſuperfluitates:⁊ ſunt durioꝛa
ad digerendũ niſi pꝛimo eſſent in
fuſa:⁊ habent pꝛopꝛietatẽ faciẽdi
bonũ caloꝛẽ ⁊ hoc faciũt q: acuunt
caloꝛẽ ita vt generet̃ ſpiritus ven-
toſus:⁊ per hãc viã valent coitui.
Sed Haliabas in.v. Theoꝛice.c.
xv.ſic de eis inquit. Cicer calidum
eſt ⁊ ſiccũ:⁊ in eo eſt humiditas q̃-
dam:⁊ vẽtoſitas.⁊ inflatio:vnde ⁊
ſperma generat:⁊ coitus appeti-
tũ:lac auget ⁊c. Q̃d etiã videt̃ vo-
luiſſe Pꝛinceps in.ij. canonis. c.
cxxxij.ſic dicẽs. Cicer album eſt ca
lidũ ⁊ ſiccum in pꝛimo:⁊ nigrum
eſt foꝛtius. Ambo ſunt inflatiua et
lenitiua:⁊ in ipſo eſt ĩciſio. Et nu-
trimentum q̃d pꝛebet:eſt foꝛtius
nutrimẽto fabarũ ⁊ magis ſolidũ:
neq; eſt aliq̃d in ſuis figuris quod
magis ipſo nutriat pulmonẽ. Et
q̃d ex ipſo eſt humidũ plus eſt ge-
neratiuũ ſuꝑfluitatũ q̃ ex eo quod
ſiccũ eſt. Et infra ſubdit. Clarificat
vocẽ:⁊ nutrit pulmonẽ meli⁹ q̃ res
aliq̃. Et in calce capituli ſic ait au-
toꝛitate Hipocratis. In cicere ſunt
due ſubſtãtie:q̃ ſeparantur cũ de-
coctione. Quarum vna eſt ſalſa et

UVA. BHSC. IyR_272

lenit naturā: et altera eſt dulcis et
prouocat vrinā:et dulcedo in ipſo
eſt iſlatiua ⁊ excitat coitū.Idē quo
qꝫ ſenſit Iſaac in particularibꝰ die
tis cū ait.Cicer eſt multi nutrimē-
ti: vētrem humectat:vrinā mouet:
mēſtrua ꝓuocat: vētoſitatem creat
⁊ inflationē:idcirco ſperma auget
coitūqꝫ cōfortat.Cicer aūt albū ca-
lidū eſt in pꝛio:⁊ humidū i medio:
ꝓpterea nutrimentū eiꝰ maius eſt
qꝫ fabarū:nō tñ bonū:ſed ad dige-
rendū durū vētoſitatē ⁊ inflationē
faciēs intātū vt carnē inflet et dila
tet:et idē faciet qđ acetū in ſicco lu
to:aut fermentū in paſta. Unde q̄
eo vtūtur pulchre cutis fiunt. Di-
latata eñ ⁊ extenſa caro luceſcit et
clarificatur.Item coitū adiuuat:q2
tres habet cauſas ad coitū pertinē
tes:ſcilicet calorē:nutrimentū ⁊ in
flationē. Et infra dixit. Cicer ni-
grū albo eſt calidius et minꝰ humi
dū ⁊ ꝓpterea amaritudo eius dul-
cedine manifeſtior eſt: iō plꝰ albo
aperit oppilatiōes ⁊c.Raſis etiam
in tertio Almāſoris.c.ij.ſic de cice-
ribꝰ inquit.Cicer calidū eſt: inflat
et vrinā ac mēſtrua ꝓuocat: et au-
get ſperma:viride preterea cicer in
ſtomacho ⁊ inteſtinis multas ge
nerat ſuperfluitates: fabe tñ et ci-
cer ſi aſſentur minoris ſunt vētoſi-
tatꝭ.In quarto quoqꝫ li.ſuoꝝ apho
riſmoꝝ dixit de ipſis.Cicera bonā
faciūt vrinā:et bonū calorē: maxi-
me ſi cū carnibꝰ comedātur et cū ci
namomo qꝫ plurimū.Et i li.xxj.cō
tinentis.c.ccxlij. dixit auctoritate
Gal.in li. pꝛio ciboꝝ in.c.xvij.licet
ipſe capitulū nō annotauerit. Nu
trimetnum cicerum eſt melius nu
trimento fabarum:et eius inflatio
non eſt minor inflatione fabaruꝫ:
et addunt ad ſperma : et excitant
coitum et propter hoc dantur ſtal-
lonibus:⁊ mūdificant plus qꝫ fa-
be.⁊ poſtea ſubiunxit.Et cum toꝛ
refiūnt cicera:tollit ipſoꝛū inflatio
⁊ eoꝛū digeſtio erit difficilis:⁊ nu-
triunt plurimo nutrimēto.Et recē
tia generāt plurimā ſuperfluitatē
ſicut narrauimus de fabis:et dixit
in libro chimoꝛū.Licet cicer a ſint
multi nutrimēti:nō tñ laudabileꝫ
generāt chimū:⁊ nō ſunt minoris
inflationis faba.Noſter aūt textꝰ
in libro de euchimia.c.iiij.ſic ſe hꝫ
Cicera nutritiua ſunt:nō tñ euchi
mia:inflatiua vero nō minus fa-
ba:excitant ad coitū:⁊ ſimul ex eis
ſperma generat.⁊ in libro de ſubti
liante dieta.c.vij.ſic ait de eis.Ci
cer inflatiuū eſt:⁊ diſdigeſtibile:⁊
ſuperfluicū cibariū:ad vrinationē
aūt aptum ⁊c.Raſis etiā loco ſu-
perius allegato ſic quoqꝫ ſcripſit
autoritate Ruffi.Cicera laxant vē
trem prouocant vrinā ⁊ nutriūt
multū. Poſtremo autoritate filij
Meſue ſic etiā inquit.Cicera ſunt
calida in ſcđo ⁊ humida circa me-
dietatē primi faciūt multū erigere
addunt ad ſperma ꝓuocant vrinā
⁊ menſtrua ⁊c. ⁊ infra:nutriūt pul
monē pre oībus alijs rebus:⁊ cūꝫ
pulmo eſt vlceratꝰ:exhibeat fari-
na ciceꝛū cū lacte decocta ⁊c.

¶ Cap.clxiij.oſtendit naturam
fabarū ⁊ dore ꝓ quāto faciunt
ad ſanitatem in via cibi.

DE dora q̄ ſcđm quoſdam
dixit Melica ſcđm vero
alios eſt ſpecies milij vt
auctor inquit pandecta
rū:vſqꝫ nunc capitulum
nec aliqđ de ea ſcriptū reperimus
niſi a Raſi in libro tertio Alman-
ſoris.c.ij.in fine ſic dicente.Dora
ſicca eſt q̄ ⁊ parū nutrit.⁊ ventrem
ſtringit.Si quis aūt diceret ⁊ quō
ventrē ſtringit cū ſolutiuā omnes
ipſam eſſe fateant:pro qbus facit

UVA. BHSC. IyR_272

etiam experiẽtia cui dicem⁹ ꝙ ꝑ ſe ꝛ rõne ſuarũ qualitatũ ventrẽ ſtringit: ꝑ accidẽs vero ſoluit nec iſtud eſt inconueniẽs cũ meſpila: myrabolani: citonia ꝛ hmõi naturaliter ſtiptica ventrẽ ſtringant ꝑ ſe: ꝑ accidens aũt ꝛ cõprimendo ſoluãt vt patet medicinã intelligentib⁹. Doꝛa igitur cibus erit medicinalis: ꝛ potius medicina cibalis dicet̃ eſſe ꝙ̃ cibus: quare ipſa eſt vtẽdum. tuz q: ſicca: tũ q: parũ nutrit tũ ẽtiã q: ſolutiua nõ parũ exiſtat.

¶ Faba vero ſeu fabum vt inquit Auerrois in. v. colliget. c. de cibis medicinalibus. eſt tẽperatũ inter caliditatẽ ꝛ frigiditatẽ: aut parum declinat ad caloꝛem: ꝛ ꝓpterea hȝ diſſoluere apoſtemata ꝓpter ſuã abſterſionẽ ꝛ maturat ꝛ eſt multe hũiditatis: ꝓpterea accidit ei multa inflatio ꝛ vẽtoſitas: ꝛ ipſam nõ perdit ꝓpter aliquã decoctionem. Et dicit̃ ꝙ q̃ hȝ malã ꝓprietatez cũ virtute cogitatiua: ꝛ q̃ ea vtunt̃ multa habent ſuſpiria hoꝛribilia ꝛ phlegma. Melius tñ videtur eſſe dicẽdum cũ Haliabate. in. v. theorice. c. xv. ſic ſcribente. Faba q̃ recens eſt ꝛ viridis frigidã hȝ complexionẽ ꝛ humidã phlegma generans. Que vero ſicca eſt cõplexio illi frigida inuenit̃ ꝛ ſicca: vẽtoſitatem generat ꝛ inflationẽ plurimã ꝛ ſi minoꝛẽ ꝙ̃ recens ꝛc. Et poſt aliqua ſubdit. Laudabilioꝛ fabe comeſtio ſi coꝛticib⁹. mũdata coquat̃ donec diſſoluatur: abit ab ea vẽtoſitas eius teraturq; mola diligentiſſime. tunc em̃ minuitur ventoſitas ꝛ inflatio maximeq; ſi cimini aliquid addideris ꝛ darſeni. i. cinamomi ꝛ piperis ꝛc. Auicen. vero in. ij. canonis. c. ccxlv. dixit de ea ſic. Uirides ſunt plurime ſuperfluitatis: ꝛ ſi non eſſet tarditas ſue digeſtionis: ꝛ multitudo inflationis earũ non eſſent minoꝛes in nutriẽdo bene ꝙ̃ pultes oꝛdei: ſed ſanguis earũ eſt groſſioꝛ ꝛ foꝛtioꝛ. Et melioꝛes ex eis ſunt groſſe albe: q̃ a gurgulionibus nõ perfoꝛãtur: ꝛ deterioꝛes earũ ſunt recẽtes. ꝛ earũ quidẽ rectificatio eſt ꝓlongatio infuſiõis earũ: ꝛ bonitas decoctionis ꝛ comedere eas cũ pipere ſale ꝛ haſce oꝛigano ꝛ ſimilib⁹: cũ oleis et ꝓxime ĩ natura ſua ſunt equalitati: ſed ſunt decliues ad frigiditatẽ ꝛ ſiccitatẽ plus ꝛ in ipſis eſt humiditas ſuperflua et ꝓpꝛie in viridibus. De veritate vero viridiũ eſt: vt indicent̃ frigide et humide. Qui aũt ponunt frigiditatẽ fabarum in gradu ſcd̃o modũ excedunt quarũ operationes he ſunt. Abſtergunt parũper et inflant valde: verũ decoctio vehemẽter iterata cum aqua remouet eaꝝ inflationẽ: verũ cum fabe excoꝛticantur et molliuntur ꝛ decoquunt̃ in vaſe ſine motu: minoꝛat̃ earũ inflatio: et q̃ ex eis frixe ſunt pauce ſunt inflationis: ſed ſunt tardioꝛis digeſtionis. Et cocte cũ ſuis coꝛticib⁹ ſunt plus inflatiue. Et infra ſic etiã ſcripſit: et generat̃ ex eis caro mollis: et generãt humoꝛes groſſos. Hippocrates quoq; teſtificatus eſt bonitatem nutrimẽti earũ: ꝛ cõſeruationẽ ſanitatis ab eis: et de ꝓprietate quidem earũ eſt ꝙ abſcindũt oua gallinarũ cũ nutriũtur ex eis et faciunt videre ſomnia cũ alienatione perturbata. Et poſtea ſubiũxit. Faciunt ſoda ꝛ nocent oĩbus q̃bus accidit ſoda: et ſunt difficilis digeſtionis et tarde deſcenſionis et ſunt generatiue oppilationũ: et decocte cũ coꝛticibus ſuis in aceto ꝓhibent vomitũ ꝛ fluxum diſſintericum antiquũ. Iſaac autem in particularibus dietis: ſic de eis inquit. Fabe in natura ſua frigide

UVA. BHSC. IyR_272

et ſiccitate ſunt diuerſe: quarū virides frigide ſunt ⁊ humide in primo gradu nutrimentū tñ eſt minus q: humores generant groſſos ⁊ crudos. Et q: inflatiue ventoſitatem faciunt in ſuperiorib⁹ ventris ꝓpterea valde nociue ſunt. Sicce vero ſuiſq; tēporibus perfecte ſunt frigide ⁊ ſicce in primo gradu non laudabilē ſanguinē creant: vnde carnē inflant ⁊ dilatant: ⁊ operantur in ea qđ fermentum in farina vel paſta: ꝓpterea in ſuperioribus vētris ventoſitatē plurimā generant ⁊ inflationē: ex qua fumus incipit aſcendere cerebro nocens et multa et corrupta ſomnia inducit. Cum hec ergo naturaliter habeant fabe: non eis aliquo coctionis modo poſſunt auferri. vñ Gal. Fabe ſi nimium coquant̄ ventoſitatem ⁊ inflationē ſuā ſicut ordeo auferre nequimus: minuere tñ poſſumus. Experimento autē probat̄ in eis qui fabis vtentes aſſidue indigeſtionē patiunt̄: ⁊ inflationem ⁊ ſi ſaniſſimi fuerūt. hec ipſe. Qđ etiā ſenſit Almāſor in. iiij. c. ij. dicēs Fabe tēperamēto proxime exiſtūt licet frigiditati parūper attineant que multum inflantes ſcothomiā generant caput preterea grauant corpuſq; totū diſſolutū efficiūt: et ideo ſolitis pati ventoſitatē ex colica vel ex ruptura male ſunt: virides autē humores generant crudos: ⁊ in ſtomacho ⁊ inteſtinis augmentāt phlegma: ⁊ in ipſis ventoſitatem excitant. Idē quoq; dixit in. xxj. cōtinentis. c. clxvj. autoritate Diaſcoridis. Et fuit ſnia Auēzoar i ſuo Theiſir. c. j. cū ait. Habētia groſſā ſiccā ⁊ terreſtrē ſubſtantiā: ſi bene decoquātur minus nocent ſtomacho exceptis fabis i qb⁹ decoctio nō remouet nocumentū. Snia quoq; Haliabatis i. v. Theoricc. c. xv. Qui omnes a Gal. mihi videntur accepiſſe dicēte in lib. de ſubtiliāte dieta. c. vij. Fabe nō digeruntur faciliter ⁊ inflatiue ſunt ſatis ⁊ in prio alimētoꝝ. c. xiiij. Fabe virides ꝯmeſte ātequā maturētur ⁊ exiccētur: habēt cōmune omniū fructuū quecūq; i maturitatē offerrim⁹: alimentū humidius dantes corpori: ⁊ ꝓpter hoc magis ſuperfluicū: nō ſcđ; inteſtina ſolū: ſ; etiā ſcđm totū habitū. ⁊ in prio regiminis acutoꝝ cōmento. xviij. dixit. Sorbitionē ex fabis factā ſi trib⁹ coreris dieb⁹ nō eſt tibi poſſibile vt ei⁹ inflationē ab ea remoueas: qđ ē q: īflatio ineſt ei ex ſubſtātia ipſius ꝓpria: ⁊ nō ex diminutione decoctiōis ei⁹. ⁊ ꝓpterea dicebat ipſe in li. de euchimia ⁊ cachochimia. c. iiij. Si faba inflatiua nō eſſet: cachochimā nō dicerem⁹. Ex quib⁹ apparet ꝙ ois faba ſit illaudabilis: viridis aūt ⁊ cocta cū cortice peior alia quacūq;: quare ⁊c.

¶ Cap. clxiiij. oſtēdit naturā farri frumēti ⁊ ſpelte: declarādo q̄le ſit ⁊ quātū eorū nutrimētū.

Dicet far quādo ſimpliciter ponit̄ de farre ſpelte itelligatur: vt inquit auctor pādectarū: tñ mihi videtur ꝙ ſepius etiā p frumēto vel tritico accipiat̄ ⁊ non equidē irritionabiliter ꝓpterea ꝙ vt Raſis inquit in. xxj. cōtinētis. c. cxciij. auctoritate Pauli i. vij. Spelta eſt ꝓpinqua virtuti frumēti: et eſt media inter calidū ⁊ frigidū. ⁊ etiā autoritate Diaſcoridis dixit de ea. Aliqđ eſt genus habēs in caſula vnū granū: ⁊ aliud habēs duo ⁊ vocatur latine farri. Dicamus ergo ſimul de ipſis ⁊ de frumēto piſtato farre ⁊ appellato cum Auicē. in ſcđo canonis. c. ccl. ſic ſcribente. Melius eſt illud qđ eſt mediū inter duritiē ⁊ raritatē magnam pin

UVA. BHSC. LyR 2752

gne recēs planū qḋ ē inter albedinē ⁊ rubedinē calidū ⁊ tēperatum in hūiditate: ⁊ ſiccitate ⁊ eſt plurimi nutrimēti ⁊ frumentū elixatū eſt tarde digeſtionis inflatiuū: verū eius nutrimentū quādo digeritur eſt plurimum Et infra dixit. Frumētū eſt magis nutritiuū corporis omnib⁹ granis. ⁊ poſtremo cōcludit. Triticū crudū ⁊ etiā decoctū elixatū nō mollitū neq; fractū neq; coctū itavt ſit puls. Et fractū etiā ſimiliter qñ comeditur generat vermes. Auerrois quoq; i quinto colliget ſic de eo ſcripſit. Frumētū coctū in aqua eſt groſſū viſcoſū oppilatiuū ⁊ durū digeri pl⁹ alia re ⁊ eſt valde malū. Raſis aūt in tertio Almāſoris.c.ij.in principio ſic ait. Triticū tēperamēto eſt vicinū: licet caliditati parum attineat. Qḋ aūt ponderoſius inuenitur ⁊ ſolidius maioris eſt nutrimēti hoibus: oibus quoq; aliis granis mag̃ cōueniēs ⁊ magis ꝓpriū inuenit: ſanguis etiā ex eo generatus omni ſanguine q̄ ex aliis generatur granis tēperatior exiſtit. Et l.xxi.cōtinētis.c.clxxxix.dixit. Frumentū fractū.i.far: vt dixit Gal.in vij.ſimpliciū: eſt idē modus franſendi in frumēto ſpelta ⁊ ordeo et omni genere leguminis ⁊ ipſoꝝ virtus ⁊ operatio eſt eadē cū eorū ſubſtantia integra. Et dixit deinde autoritate Diaſcoridis. Far nutrit magis amido: ⁊ iflat ⁊ impinguat et generat chimum groſſum viſcoſum ⁊ lucidū ⁊ debet decoq̄ ſupra carbones: et conderi cū oleo onfancio aut amigdalino dulci ⁊ pauco ſalis: ⁊ debet apponi oleū in principio vt melius miſceatur et cum eſt coctum cōdiatur cum melle ſcilicet zuccaro vt ammoueatur eius viſcoſitas ⁊ cito deſcēdat a ſtomacho. In.c.vero.cclxxx. einſdē libro dixit autoritate Gal. in lib.dietarū q; granū frumēti eſt magis inuatiuū hominib⁹ omni alio grano ⁊ illḋ qḋ eſt ex eo clarū durū firmū ⁊ nō de facili frāgitur: eſt valde nutritiuū ⁊ melius ⁊ nutribilius alio ⁊ illud qḋ eſt diaphanū leue ⁊ pingue eſt ecōtrario. Et ſubſtātia huius frumēti eſt velocis deſcenſus ꝓpter multū furfur qḋ eſt in eo et ſubdit. Frumentū elixū eſt tarde digeſtiōis inflatiuū ⁊ ſi bñ digeritur ē multi nutrimēti: ⁊ manifeſte addit ad virtutē ⁊ calefacit. Et ſi pregnās comedit ipſū: nō euadit ab eius nocumēto. Series aūt Galieni in lib.de ſubtiliāte dieta hic eſt prout nos habem⁹. Triticū cibus nutribiliſſim⁹ ⁊ viſcoſi ⁊ groſſitatis humoris generatiuū. Quocirca niſi quis preparet ipm ſicut nunc preparatur. ⁊ offerat groſſū ⁊ viſcoſū ſatis ſubnutrit humorē: ꝓpter qḋ neq; ſimpliciter coctum oportet comedere triticū ſicut vidi comedētes in aſia ꝗ multos ruſticorū. dulcorāt eñ pauco ſale id: neq; farinā faciēdo coquentes ſicut pultes ⁊ in aqua infundentes vel lacte. Omnes eniȝ huiuſmodi preparationes diſdigeſtibiles ſunt ⁊ pachichime. Sola autem eſt bona preparatio eius quam per fermentum ſal et cribrum et furnum ⁊c. Dixit etiam Raſis loco ſuperius allegato autoritate filij Meſue. Frumentum calidum eſt in primo: equale inter humiditatē ⁊ ſiccitatem: ſed magis declinat ad humiditatem: et hanc acquiſiuit ab aqua et ſignum ad hoc eſt multitudo nutrimenti eius. et poſtremo autoritate Galieni ſic ait. Spelta non deſiccat: ſed digeritur ſicut frumentum: et generat humorem groſſum: et eſt tardi deſcenſus ⁊ multi nutrimenti et fortis ex

UVA. BHSC. IyR_272

quib⁹ apparet ex quo frumēto far fieri debeat: ⁊ quantū nutrimenti prebeat quōcunqꝫ far extiterit ſiue ex frumēto ſiue ex ſpelta tamē pro delicatis ⁊ exercitatis hominibus minime videt̄ cōuenire: cū groſſus ſit cibus et dure digeſtionis: vt patet ex iam dictis: quare ⁊c.

¶ Capitulum. clxv. oſtendit naturam ⁊ proprietates faſeolorum alborum et rubeorū in via cibi.

Faſeoli teſte Gal. in lib. d̄ ſubtiliāte dieta. c. vij. multo fabis ſūt pranio res. Et vt inquit Auerrois in. v. collige. c. de cicerib⁹: ipſi declināt ad calorē ⁊ humiditatem: et impinguāt corpus: et ꝓuocāt vrinā ⁊ ſanguinē menſtruū: ⁊ laxāt ventrē ⁊ ꝓprie rubei: et inducūt ſomnia: ⁊ faciūt vertiginē ſ; Haliabas in. v. theo. c. xv. aliter eos graduauit cū ait Faſeolus alius albus cui⁹ cōplexio frigida eſt ⁊ ſicca: ⁊ alius rube⁹ ⁊ in eo calor eſt ⁊ inflatio: niſi ꝙ eius inflatio minor eſt ꝙ̄ fabarū ⁊c. Qd̄ etiā ſenſit Princeps in. ij. canonis. ca. cclij. dicēs. Faſeoli rubei calidiores ſunt eorum. Filius tñ; Meſangue ⁊ arſaianis dixerūt: ꝙ ſunt frigidi ⁊ ſicci: ⁊ apud me ſubſtātia eorum eſt ſicca in qua eſt hūiditas ſupflua: ⁊ ipſi ad caliditatē declināt: ſed rubei ſunt calidiores: ⁊ humor faſeolorum eſt hūidus phlegmaticus: ⁊ faciūt videre ſomnia mala: ſunt boni pectori ⁊ pulmoni generāt humorē groſſum. Sed ſinapis prohibet nocumentū eorum: ⁊ ſimiliter acetū cū ſale: ⁊ pipere: ⁊ origano: ⁊ vt bibatur ſup eos vinū paſſum purū: ⁊ qui cū aceto ſunt nutriti pauce ſūt hūiditatis prouocāt menſtrua ⁊c. Iſaac quoqꝫ i particularib⁹ dietis. Faſeoli calidi ſunt in medio ſecundi gradus: ⁊ hūidi in fine: hoc autem teſtatur ꝙ vt plurimū nō pfecte vt grana poſſunt deſiccari: ⁊ ſi deſiccētur nō multū tēporis ſeruare valēt: ideoqꝫ humores gignunt groſſos: inflāt nāqꝫ ventoſitatē fumūqꝫ plurimū generāt: atqꝫ caput implēt: ſomnia peſſima ⁊ terribilia faciūt ⁊ corrupta. Et ipſorum albi minus calidi ⁊ humidi: vnde eorum nutrimentū groſſius eſt: ⁊ ad digerēdū durū: humores phlegmaticos faciūt ⁊ groſſos: at tenuare aūt volētes groſſitudinē eorum: eos elixēt: ⁊ elixatos a corticib⁹ mundēt. mūdatos cū obſomogaro. ſ. ſale: ⁊ oleo ⁊ cimino: ⁊ pipere comedēt. Uirides albi ablatis corticibus cū ſale ſunt aſſumēdi: ⁊ ſinapi origano: ⁊ pipere merū vinū ⁊ forte cū eis accipiēs. Ruffi vero caloris ⁊ hūiditat; ab albo min⁹ habēt id̄ ⁊ i ſuis fortiores ſunt operib⁹ ad ꝓuocādū ⁊c. Que fuit etiā ſentētia Raſis i tertio Almāſoris. c. ij. dicētis. Faſeoli inflant ⁊ impinguāt corpus: vrināqꝫ ac mēſtrua ꝓuocāt: ventrē et iā reddūt mollē: qd̄ illi ꝓprie efficiūt q̄ rubei ſunt: corp⁹ calefaciūt ⁊ capit; efficiūt. ſcothomiā: ac mala ſōnia videre faciūt. Et i li. xxiij. cōtinēt; . c. ccccccv. dixit autoritate Bimmaſui. Faſeol⁹ calid⁹ eſt in primo: in medio ipſius et humidus ſimiliter. Sed ruffus calidior prouocat menſtrua: et ſi miſcetur cum oleo nardino: et ſi comeditur cum ſinapi prohibet eius nocumētum. Et ruffus faſeolus eſt laudabilioris humoris: ſed alb⁹ eſt abūdantis humiditatis et difficilis digeſtionis: ſubuenit ſuper digeſtionem ipſius ſi comeditur calidus cum almuri: id eſt ſale: oleo: et cimino eiecta cortice ipſius exteriori vt non comedatur. Sed recens faſeolus comedi debet cū ſale: pipere: et

UVA. BHSC. IyR_272

pere:⁊ origano ad ſubueniendum ſup digeſtionē ipſius:⁊ vtať ſuper eū potu vini ſimplicis ⁊ ſolidi:⁊ ſi comedit cū aceto erit modice humiditatis et tarde digeſtionis ex cauſa ſiccitatis aceti. Dixit deinde autoritate Damaſceni: Joānitij:et Diaſcoridis. Faſeoli inflāt:prouocāt vrinā ⁊ mēſtrua: generāt ſomnia mala:licet abundāter nutriāt ꝑ ruſticis:ergo ⁊ fortiter laborātibus cū ſui humoris groſſicie vidētur cōuenire:quieſcentib⁹ aūt delicatis ⁊ ſtudētibus minime. q̄re ⁊c.

¶Cap. clxvj. oſtendit naturam ⁊ nocumenta lentis prouenientia ex comeſtione ipſius.

LEntes ſunt tēperate in calore:⁊ ſunt ſicce: ⁊ generāt ſanguinez melancholicū ⁊ extinguūt inflāmationez ſanguinis: et magis qn̄ coquunť i aceto inq̄t Auerrois in. v. colliget. Et ſubdit. Et eorum virtutes tres ſūt q̄ priuāt coitū:et offuſcāt viſum:⁊ qn̄ coquunť in aq̄ pluries ſtringūt ventrē: ſcd̄m autē Haliabatis ſniam in. v. theorice. c. xv. aliter in ꝯplexiōe graduāda eſt cū dicat ipſe eo in loco. Lenticula frigida eſt in ſcd̄o gradu:⁊ in tertio ſicca vnde melancholicū generat ſanguinē:⁊ q̄ eius aſſiduus eſt comeſtioni:ſi quidē nigra illi dn̄atur cholera q̄ melācholicos pariet morbos:vt elefantiā:maniā: cancrū:⁊ ſimilia. Princeps vero Auicē. in. ij. canonis. c. ccccxlix. dixit ꝙ melius lens ē illa q̄ eſt veloci⁹ matura ⁊ ē alba lata:⁊ qn̄ cadit in aquā nō denigrat eā:⁊ opꝫ vt bn̄ maturetur in decoctiōe:cui⁹ natura vt viſum eſt Gal. eſt eq̄lis caliditate et ſiccitate:verūtamē eſt decliuis parū ad caliditatē ⁊ ꝓpter illud non infrigidat apud cōctionē ſui neqꝫ deſcēdēs eſt inflatiua:⁊ cōpoſita ex ꝟtute ꝯſtrictiua ⁊ abſterſiua et facit videre ſomnia mala:et ſtipticitas corticis ei⁹ eſt plurima:⁊ i ipſa tota eſt inflato plurima:⁊ inſpiſſat ſanguinē intm̄ ꝙ nō currit i venis ⁊ ipſa minorat vrinā ⁊ mēſtrua : et ꝓpter illud generať ex eo humor melācholic⁹ ⁊ egritudines melancholice. Et īfra dixit. Et opꝫ vt ꝓijciant ſup vnā eminā lētis nouem emine aq̄ ⁊ decoquanť valde:⁊ ipſi⁹ q̄dē mlťitudo comeſta generat cancrum ⁊ apoſtemata dura:nocet neruis:⁊ illi⁹ q̄ plurimū ei⁹ comeſtiōe vtiť:viſus obtenebrať ꝓpter vehemētiā exiccatiōis ei⁹ ē difficilis digeſtiōis mala ſtomacho:⁊ generat inflationē ⁊ grauat:⁊ nō opꝫ quidē vt lenti admiſceať dulcedo: ipſa em̄ tūc faciet poſſidere oppilatiōes plurimas in epate. Qn̄ decoquiť abſqꝫ cortice ſuo ſtringit ventrē:⁊ ſilr cū cortice:⁊ qn̄ decoquitur cū aqua ⁊ expelliť aqua prīa:tūc illa aqua p̄ma ſi bibať ſoluit vētrē:⁊ poſtremo dixit. Et nō approxiet ei habēs leſionē in vrina ex ꝑte diſtillatiōis ⁊c. Et Iſaac in ꝑticularib⁹ dietis ſic de ipſa ſcripſit. Lēticula frigida eſt in primo gradu:ſicca in tertio:inueſtigata tn̄ ei⁹ natura ex duob⁹ ꝯtrarijs cōpoſita inuenitur: vno in medulla: altero in cortice: cortex em̄ ei⁹ acuitatē hꝫ: vn̄ vētrē ad ſolutionē mouet. Medulla vero ſtiptice eſt virtutis ⁊ ꝯfortatiue ſtomachi ⁊ inteſtinorū:vn̄ ad colericā diariā vꝫ:⁊ infra ſubdit. ⁊ ſi cū cortice ablato coquať ⁊ prima aq̄ abiecta ſecūda addať melior ſit ad digerēdū:vniuerſaliter tn̄ dico ꝙ nutrimētū lētis greſſum eſt:⁊ ad digerendū durū:melācholicū ſanguinē generat:⁊ maxime ſi cū cortice comedať:cerebrū fumo groſſo iplet ⁊



UVA. BHSC. IyR_272

melācholico:vnde cauſa eſt doloris ꝛ fallaciū formidoloſorūq́ꝫ ſomniorū:ſtomachū ꝛ inteſtina implet ventoſitate:ꝛ inflationem ꝛ conſtipationē facit:ꝓpterea ceteris granis plus nocet:ꝛ pulmoni ac diaphragmati: et pelliculis ceteriſq́ꝫ neruis pelliculaꝝ ꝑcipue oculoꝝ: qm̄ humiditatē coꝝ deſiccat et diſtemperat:ſanis obeſt oculis quātomagis infirmis ſne deſiccatiōis cauſa ventrē ꝛ mēſtrua cōſtipat et ingroſſat:ꝛ exire nō poſſunt ex venis matricis. Lens itaq́ꝫ cū cortice cocta ſicce eſt noxia complexioni:ꝛ paſſionē:ꝛ melancholiā in ea creat ſicut nigrā:ꝛ morpheā : īpetiginē: ſerpiginē:cancrū:elefantiā:ꝛ leoninā. His tñ qui humide ſunt cōplexionis aliqñ ꝓſunt:ideo ſi ſine cortice edant hydropicis valēt:cū cortice vero nocēt ꝓpter vētoſitatez et inflationē quā creāt. Deinde ꝓſequit̄. Lēticula laudabilis eſt: grandis ꝛ noua:ꝛ coquibilis accipitur ſcd̄z cibū ꝛmedicinā. Si ſcd̄m cibū ꝛ hoc diuerſimode:aliqñ ſolū cum oleo ꝛ aceto:aliqñ cū carne recēti: aliqñ cū ſicca ꝛ ſalſa. Cum aceto et oleo minoris eſt nutrimenti cū:carne recēti maioris:que aūt cuz ſicca et ſalſa peſſim⁹ eſt cibus. Natura nāq́ꝫ carnis ſicce groſſa eſt:ꝛ ad digerendū dura:mixta cū lente malicīā duplicat:vñ cauſa eſt calefactionis incēſioniſq́ꝫ ſanguinis:tū etiā qꝛ in melācholicos cōuertit̄ humores:ideo peſſima eſt:maxime ſi cuz cortice fuerit cocta. Itē vt non noceat ſic aptibilis eſt:mūda ipſam a cortice et in aqua elixa prioremq́ꝫ eijcies aquā:ꝛ decoctā in ſecunda miſce:ꝛ cū aceto eā cōdi:ꝛ origano mēta:pipere:ꝛ cimino:ꝛ oleo amygdaleo:aut ſiſamino. Raſis etiaz in iij. Almāſoris.c.ij.ſic ait. Lenticule frigide ſunt ꝛ ſicce:ꝛ ſanguinē generant melācholicū:ꝛ corp⁹ deſiccant:ſperma quoq́ꝫ deſtruunt:atq́ꝫ ſanguinis extingūt caliditatē:ifrigidāt eīm:atq́ꝫ oculoꝝ tenebroſitatem:ꝛ melancholicas efficiūt egritudines cū aliqs in comeſtiōe eis frequēter vtitur ꝛc. Idē quoq́ꝫ dixit in.xxij.cōtinētis. c.ccccclx.autoritate Diaſcoridis Gal.ꝛ Maſarguith fuit eīm hec Gal.ſnia in.j.de alimētis.c.xiij.dicēs. Merito igit̄ abundātes in hoc edulio vocato elefantes habēt ꝛ cācros:ideo qꝛ groſſuz ꝛ ſiccum ſimul ꝛ melancholicū facit chimū. Ideoq́ꝫ cōcludam⁹ cum eodē in libro de euchimia.c.iiij.ſic dicēte. Lens cachochima eſt ꝛ melācholia ſicut nullus fere ignorat: ꝛ ꝓpterea nō eſt comedēda niſi qñ meliorē ciborū nullū preſentem haberem⁹:vt idē inquit de ſubtiliāte dieta.c.vij. At quandoq́ꝫ via medicine ſicut in ſanguineis paſſionibus ꝛc.aliter autem minime.

¶ Cap.clxvij. oſtendit naturaz et ꝓprietates lupinorū ꝛ modū preparationis ipſorum ꝛc.

Lupini apud nos non mādūcāt̄:lꝫ poti⁹ via medicine eis qñq́ꝫ vtimur. Quia tñ nōnulli ipſos comedunt:de eis aliq̄ ſcribam⁹.dicētes. Prio cū Auerro. in.v.colliget c.de ciceri b⁹. q̄ ſic ait. Lupini ſunt ſicci terreſtres et amari:ꝛ qñ coquūtur in aqua donec auferatur eoruz amaritudo ſunt cibus tñ durus:et qñ comedunt̄ amari occidūt pediculos:ꝛ etiā vermes qui ſunt in ſtomacho ꝛ in inteſtinis.ꝛ prouocant vrinā:ꝛ aperiūt oꝛificia emoroidarū. Infra vero in.c.de variatiōe virtutū medicinarū ſimplicium.§.tormos dixit. Propter hoc.ſ.ꝓpter operationes ponim⁹ ipſos in calidita

UVA. BHSC. IyR_272

te ⁊ ſiccitate in principio tertũ gra-
dus vel in fine ſecũdi. Sed Halia-
bas in.v. Theorice.c.xv.ſic inquit.
Lupinũ calidũ eſt in primo gradu
⁊ ſiccũ in ſcdo. Cui magis videtur
aſſentire Auicẽ.ij.canonis.c.cccclj.
dicẽs. Lupinus eſt granũ cõpreſſe
figure amari ſaporis ꝑcuſſum i me
dio: ⁊ eſt faba egypriaca: eſt calidꝰ
in primo: ⁊ ſiccus in ſcdo: eſt ſtipti-
cus abſterſiuus ⁊ reſolutiuꝰ. Et vt
inquit Gal. Lupinꝰ a quo extracta
eſt amaritudo: eſt groſſus: et nõ eſt
longũ quin ſit glutinatiuus: et nõ
remanet in abſterſio eiꝰ. Et totus
quidẽ eſt malꝰ difficilis digeſtiõis
generãs humorẽ crudũ in eas qñ
nõ digerũt ipm bene: ille vero q̃ cũ
bonis ꝯditus eſt plurimi nutrimẽ
ti. Et qñ eius decoctio ſit bona et
digerit: ⁊ nõ mali humoris: licet in
ipſo ſit ſiccitas et viſcoſitas: ⁊ ipſe
quidẽ infundit vt eiꝰ amaritudo
remoueat: deinde decoquit ⁊ peni
tus ẽ medicine ꝓpinquior ꝙ̃ cibo
hec ipſe. Deinde vero oſtẽdit qbꝰ
paſſionibus cõferat vt cibus. Hoc
quoqꝫ ſenſit Iſaac in ꝑticularibus
dietis cum inquit. Lupini in ſcdo
gradu calidi ſunt ⁊ ſicci: ⁊ dulcora-
toꝝ ipſoꝝ aqua nutrimentũ groſ-
ſum ad digerendũ durũ humores
groſſos generãt: ꝓpterea nec vim
habẽt digeſtiuam ſicut excolatiue:
nec ſtipticã ſicut cõfortatiue ſtipti-
ceqꝫ nature cibaria. Et iſta fuit ſen
tẽtia Raſis in tertio Almãſoris.ca.
ij.dicẽtis. Lupini groſſi ſunt ⁊ ad
digerendũ duri. Cum aũt dulcorã-
tur ⁊ comedunt nõ calefaciunt cor
pus: dũ vero amari ſunt nõ ad nu-
triendũ: ſed ad medicinã ſunt apti
diſſoluunt em̃ ſcrophulas ⁊c. Et in
xxj.cõtinentis.c.clxxvij.dixit auto-
ritate Gal. in ſexto. Nutrimentum
lupinorũ curatorũ ⁊ indulcoratoꝝ
eſt groſſuz: ⁊ ideo plꝰ cõferũt i via
medicine. ⁊ in libro dietarũ ſcilꝫ in
primo de Alimẽtis.c.xvij.licet ipe
nõ annotauerit locũ inquit. Sub-
ſtãtia lupinoruz eſt dura terrea: et
ob hoc eſt difficilis digeſtiõis: ⁊ ge
nerat humorẽ groſſuz mucilagino
ſum niſi ſunt bñ digeſti in venis.
Et lupini qui ſunt indulcorati nõ
laxãt: nec mũdificãt: ⁊ nõnullaz in
ſe habẽt ſtipticitatẽ: ⁊ ideo ſũt tar-
di deſcẽſus ⁊ difficilis digeſtiõis.
Autoritate etiã filij Meſue ſic ait.
Lupini calidi in primo: ⁊ ſicci in ſe
cũdo. ⁊ in hoc cõuenit cuꝫ Auicen.
vbi ſupra. Strigũt ventrẽ: ⁊ ſũt tar
de digeſtiõis: ⁊ generãt humorem
groſſum: niſi cũ ſunt ꝑparati cũ ſpe
ciebus. ⁊ hoc etiã teſtat Muſerie. ⁊
fuit ſnĩa Gal. in libro chimoꝝ dicẽ
tis. Lupini ꝑparati cũ ſpeciebus
non generant malos humores. Ex
qbus apparet ꝙ vſus eorũ non ſit
acceptabilis in ſanitate cõſeruan-
da: queadmoduꝫ ad medicinam ⁊
ad plurimas paſſiões approbant.

## ¶ Capitulum. clxviij. oſtendit naturam et proprietates milij in via nutrimenti: et panis eiꝰ.

Milium excorticatum a pleriſqꝫ ꝓ ferculo manducatur: ideo et de eo nonnulla ſcribenda ſunt non inutilia. Dicamus ergo cum Auerroi.
in. v. colliget. capitulo. de ciceri-
bus. qui ſic ait. Milium frigidum
eſt ⁊ ſiccum: ventrem conſtipat: et
eſt pauci nutrimẽti. ⁊ hoc idem fa-
cit panicũ ⁊c. Qđ etiã ſenſit Iſaac
in particularibus dietis dicens.
Milium frigidum eſt in primo gra
du: ⁊ ſiccũ in ſecundo: qđ teſtat le-
nitas eius ⁊ cõcauitas: viſcoſitatis



UVA. BHSC. IyR_272

vnctuoſitatiſq; abſentia:ꝛ ideo nu
trit minꝰ q̄ cetera grana:ex q̄bus
panis fit:ſanguinem minimū nec
laudabilē gn̄at:tamē ſiccitatis ſue
grā cōfortatiuū ſtomachi eſt alio=
rūq; mēbroꝝ corporis:ꝑinde ꝛ vē
trē ꝯſtipat.Et vt Diaſcorides inq̄t.
Miliū diureticū eſt ꝛ aſſatū ad tor
ſionē dolorēq; vētris calidū ſuper=
poſitū valet:cā aūt nutrimēti mini
mi eſt ſiccitas eius.Nō ab eis igit̄
accipiendū eſt qui carnes ſuas au
gmētari ꝛ pingueſcere volūt.Nec
ab eis qui laudabilē ſanguinē ſuo
corpori cupiūt generari:ſ; eis ſolū
modo q̄bꝰ ſtomachi refrigeratio ac
cōfortatio humorūq; eiꝰ ſuperfluo
rū exiccatio appetit̄.hec ipſe.Hoc
quoq; voluit Almāſor in libro.iij.c.
ij.circa finē dicēs.Panicū atq; mi
liū frigida ſunt:q̄ ꝉ; parū nutriāt
vētrē ꝛ carnē ſtringūt.ꝛ in.xxij.cōti
nentis.c.cccviij. dixit auctoritate
Gal.in.vj.ſimpliciū.Miliū eſt de
gn̄e leguminū habēs figurā ſimi=
lē figure panici:ꝛ virtutē admodū
virtutis eiꝰ:tn̄ nutrimentū ipſius
eſt modicū deſiccatiuū.Et ideo cō
ſtipat ventrē ad modū panici:et ſi
cū eo emplaſtrū fit extrinſecꝰ infri=
gidat ꝛ deſiccat.Et autoritate Dia
ſcoridis inquit:ꝙ minoris ſit dige
ſtionis q̄ panicū.Et deinde ſubiū
xit.dixit Paulꝰ i tracta.vij.Alumꝰ
id eſt miliū:aſſimilat̄ panico ha=
bēs virtutē deſiccatiuā ꝛ infrigida
tiuā:qd̄ ſi ponit̄ i emplaſtro extrin
ſecꝰ deſiccat humectationē vētris.
Et dixit in libro ciboꝝ.Miliū aſſi
milat̄ in cōplexiōe panico:ꝛ eſt fri
gidū ꝛ ſiccū in p̄io:rotundū ꝛ du=
rū difficiliꝰ in digeſtiōe panico.Di
xit etiā Gal.de ipſo ꝉ; Raſis nō di
cat in libro de ſubtiliante dieta.c.
vij.Meluia miliū ꝛ elicꝰ:ꝛ q̄cq̄d ta
le nō ſunt euchimia:ꝛ ſunt inflati=
ua ꝛ digeſtibilia ſiccant aūt ſatis
ꝛ hec ventris fluxiōes.ꝛ in lib.vj.
de ſimpli.medicinis.c.xxviij.dixit.
ꝙ eius nutrimentū eſt paucū de=
ſiccatiuū:q̄ ꝓpter ſtringit vētrē ſi=
cut panicū ꝛc.Verūtn̄ meliꝰ ē pa
nicū milio ad oīa:ꝛ delectabiliꝰ ad
eſum:ꝛ indigeſtibile minus:ꝛ mi=
nus ſtringit vētrē:ꝛ magis nutrit:
teſte eodē in p̄io alimētoꝝ.c.x.Ex
q̄bꝰ patere pōt qualis ſit panis fa
ctꝰ ex farina milij:quātūq; ſit eius
nutrimētū:quo nūq; nobiles etiā
delectari cōſueuerūt poſt ponētes
ſimilagineū panē cōſuetū lauda
biliſſimū rariſſime itaq; aut potiꝰ
nūq; nr̄o cōſilio talē faciēt ꝑmuta
tionē:ne ſicce cōplexiōis fuerint et
ſtiptici p̄cipue ſicciores ꝛ ſtipticio
res fiāt ꝛ ꝑmarie ſi colicā pati cō=
ſueuerint:ꝛ hm̄oi ferculū ſimiliter
ex eis factū ſuſpectū habeāt ꝛ ipſo
aut q̄ rariſſime aut nūq;:qd̄ meliꝰ
eſt vt diximus vtantur:quare ꝛc.

¶ Cap.clxix. oſtendit naturā ꝛ
ꝓprietates ordei ꝓ quāto in via
cibi venit ꝛ nutrimenti.

ORdeū ꝛ res ordea
cee:ſ; vt plurimū
ad egritudines ꝛ
ad eaꝝ curationē
veniāt ad ſanita
tē quoq; cōſeruā=
dā nō paꝝ facere
vident̄:vt ex dicē
dis apparebit.Et ꝓpterea hoc i lo
co nō extra ꝓpoſitū dicemꝰ de ipo:
ꝛ de eiꝰ cōplexiōe Prio cū Haliaba
te in.v.theorice.c.xv.ſic dicente.Or
deū cōplexiōe frigidū eſt in primo
gradu ꝛ ſiccū in.ij.Scd̄m tn̄ alios
ad tātā nō ꝑuenit ſiccitatē cū dicat
Auicē.i ſcdo canonis.c.cccccxxiiij.
Ordeū eſt frigidū ꝛ ſiccū i primo ꝛ
in ipſo eſt abſterſio:ꝛ eiꝰ nutrimen
tū minus eſt nutrimēto tritici:cuiꝰ
aqua eſt infrigidatiua ꝛ humecta=

UVA. BHSC. IyR_272

tiua febriū. &c. Iſaac etiā in ꝑticu-
larib⁹ dietis ſic inq̄t. Ordeū frigi-
dū eſt & ſiccū in primo gradu virtu
tē mūdificatiuā hȝ & excolatiuā: et
fabe ſiīr. pl⁹ tñ ꝙ faba exiccat: & ꝓ-
pter nutrimētū ei⁹ ab inflatiōe eſt
liberū: fabarū ſ͛o nō ſimiliter. pl⁹
em̄ ordeo nutriunt accidētaliter &
nō naturaliter. Uñ Gal. Ordeū ce-
teris granis nutribili⁹ eſt. Ruffus
vero triticū inq̄t & ordeū ſunt nutri
biliora ceteris & laudabiliora: nu-
tribili⁹ tñ eſt triticū nec arbitreris
horū diſputatiōes ſibi eſſe cōtra-
rias. Gal. enim dixit accidētaliter.
Ruffus vero ſubſtātialiter ac natu
raliter: verbi gratia: ſi nutrimentū
riſi ordeo ꝓponam⁹: vñ ordeū nu-
tribilius inueniť: pl⁹ enim ſubſtā-
tie & medulle habet. Si vero ꝓpo-
namus riſi vnde accidētaliter iue-
nimus riſi maioris eſſe nutrimen-
ti ꝓpter groſſitudinem ſuā & morā
in ſtomacho longiorē: ordeū accidē
taliter minus nutribile videť pro-
pter digeſtionē citā & facilē & a mē
bris diſſolutionem. Et ſubdit poſt
aliqua. Elixať enim ordeū in aqua
deinde aſſať inde farina facta cum
zuccaro cōficiť: ſic in eſtiuo tēpore
ad ſtomachi refrigerium & epatis
valet: & ſitim aufert cū aqua tēpera
tū ſine coctū: & cū coclearío edatur:
ſiue aliquantulū liquidū: vt ſi cum
mulſa bibať. Inde fit etiā ptiſanū
hoc modo. Cōtligať ordeū vt poſ-
ſit cortex auferri: & menſura ſumať
ordei vna: & aque decē & tam diu co
quať donec redigať ad vnā: dein-
de coletur: & potui detur: hoc valet
ad ſanitatē cuſtodiendā corpuſq̄
humectandū: ſi etiā refrigerij pl⁹
ex eo appetatur aceti parum admi
ſceať: & ſi calide nature fuerit pa-
rum addatur ſeminis papaueris
albi: ptiſanum enim hoc ſanū eſt
cerebro: viſum clarificat: & perfectiſ
ſimum in eoꝝ corpore ſanguinem
gñat: nec minus ꝙ panis nutrit.
Hoc enim ptiſanū ſanis eſt dādū.
Infirmis vero diuerſis modis eſt
dandū ꝓut vnicuiq̄ expedit infir
mitati: cū manna aut melle viola-
to ſi laxatiuū & refrigeratiuū. Si ve
ro ꝓpter oppilatiōes cū radicibus
feniculi apij &c. hec ipſe. Ex q̄bus
apparet ꝙ ſanis et egris ptiſana
cōueniat i eſtate & calidis ꝓcipue.
Que fuit etiā Almāſoris ſnīa i.iij.
c.ij. dicētis. Ordeū equalitati eſt ꝓ-
pinquum: lȝ frigiditati attineat:
cuius nutrimentū tritici compara
tione eſt paruū: eſt enim inflatiuū
et infrigiditatiuum: ſolitos aūt vē
toſitatē ac egritudines frigidas et
colicā pati impedit: calefactis ve-
ro & qui carniū volunt adipiſci mi
norationē cōfert: ſanguinem vero
cholere nigre vicinū gñat. Quod ſi
ita eſt falſuȝ videtur qđ inq̄t Auer
rois in .v. colliget. c. de cōplexioni-
bus ciborū cū ait. Panis q̄ fit ex or
deo ſcđm modū qui fit ex frumēto
ſequiť bonitateȝ panis tritici niſi
qꝛ parum declinat ad frigus. De
ptiſana vero nō eſt dubium cum
ipſum omnes approbent: vt patet
ꝑ Gal. in ſecundo de ſimplici me-
dicina diſtinctione. ij. c. vij. ꝙ ptiſa
na ordei: & ptiſana candaruſij: & lac
& panis ablutus generat in corpo
ribus humorem laudabilem. & in
ij. Terapentice. c. ij. Optimus qui-
dem eſt ptiſane ſuccus diligentiſſi
me decocte. Et in lib. de euchimia.
c. iiij. ſic etiam de ipſa ſcripſit. In-
culpabiliſſimum omnium cibario
rum ad euchimiam & ad ſanitatis
cuſtodiam eſt ptiſana bene prepa
rata &c. Quantum vero infirmis
conferat: & permaxime patientib⁹
acutas apparet per Hippocratem
in .j. regiminis acutorum textu cō
mēti. xviij. dicentē. Ptiſana ordea-

UVA. BHSC. IyR_272

cea; merito me iudice super: omne de grano factū cibariū in paſſionibus acutis excellentiſſimum habetur: eiqꝫ qui eā in primū ac p̄cipuū oībus aliȷs pretulit collandādo aſſentio. Primū quippe: qꝛ vtilis viſcoſa eſt ⁊ lenis iunctaqꝫ ⁊ mollis: necnō ⁊ lubrica tēperatāqꝫ habēs humiditatē: ſitimqꝫ extinguit ⁊c. De aqua ordei etiā plurimū laudata nihil ad preſens dicemus cū ꝓpoſito libri huius minime cōpetere videatur.

¶ Cap. clxx. oſtēdit naturā ⁊ ꝓprietates papaueris: vt via cibiꝫ vtitur a quibuſdam.

PApauer apud nos ſolūmodo pro medicina somni fera habetꝛ: apud quoſdā ꝓo ꝓ cibo: q̄ ꝓ ferculo ſicut nos panicū comedere cōſueuerūt in quātitate etiaꝫ nō modica: ſicut ab excellētiſſimo p̄ceptore noſtro fide omni digniſſimo ſepenumero intelleximus: qui in quibuſdam montibus papauer nigrū tanqꝫ far eſſet: a nonnullis mādacari ſe vidiſſe nobis diſcipulis aſſerebat: neqꝫ vllā ex illius comeſtione leſionē ꝑcipiebant: quod ipſe ⁊ nos ſimul cū eo ſumus plurimū admirati: cū dicat Auicen. in iiȷ. ȷ. c. ȷ. Si tibi neceſſe fuerit ſtuporem inducere: nō tranſcēdas tale quale eſt papauer albū: qm̄ cum ſuo ſtupore eſt etiā domeſticuꝫ. Et in. ȷȷ. cañ. c. ccccclxv. ꝙ meliꝰ ⁊ saniꝰ eſt albū. Et infra. Hortulanum eſt frigidum ⁊ ſiccum in ſecundo: ⁊ nigrū in tertio: ⁊ dicitꝛ ꝙ vſqꝫ ad q̄rtū. Et illud qđ eſt nigrū eſt ingroſſatiuū: infrigidatiuū: ⁊ exiccatiuū. Et poſtea ſubdit. Facit ſomnū: ⁊ ꝓprie illud qđ nigrū eſt: ⁊ eſt ſtupefactiuū etiā in licinio poſitum: ⁊ quomodocūqꝫ ſit papauer ſiccū. ſ. vt Princeps inquit vbi ſupra: ſiue frigidū ⁊ humidū in tertio gradu. vt dixit Haliabas in. v. Theorice. c. xv. circa finē. oīno ſoporat: ⁊ nigrū p̄cipue: ⁊ affert obſtupefactionē: vt idē dixit in eo loco. Quare nō ſine cā (vt prediximus) nō modicū ſumus admirati qūo illi non infirmabantꝛ. Credimus tñ dicendū eſſe rōne cōſuetudinis q̄ altera eſt natura: vt dixit Auerr. i. ȷ. Phyſicoꝝ. ⁊ Ariſto. ſimul cū medicis in pleriſqꝫ locis ac etiā rōne paulatine aſſuefactionis id ſine nocumentū cōtingere potuit. Quēadmodū enim puella: vt in. vȷ. quarti dixit. Princeps autoritate Ruffi: nutrita fuit veneno vt interficerentꝛ per eaꝫ reges qui cū ea cōuenirent ⁊c. Quo etiā in loco refert autoritate Gal. ꝙ fuit quedā anus ſuſpiciēs in principio rei de napello rē paruā: deinde nō ceſſauit vti donec aſſuefacta eſt eo natura: ⁊ audacter vſa eſt: ⁊ nihil nocuit ei. Sic etiam ⁊ longe facilius hoīes illius regionis papauere nigro vti: ⁊ ei ſeipos aſſuefacere potuerunt ſine aliqua ſtupefactioniꝫ aut infrigidatiōis leſiōe. Si q̄s tñ dicere voluerit aliter dicat vt velit. Sꝫ redeamus ad ꝓpoſitū: ⁊ videamus nutrimentū ipſius qđ ſit: dicentes cū Iſaac in ꝑticularibꝰ dietis: ſic ſcribēte. Diaſcorides de papaueribꝰ ait. Quidā papauere veſcuntur. paꝝ vero nutrit ⁊ durius eſt digeri: ſꝫ aſſuetis dormitioneꝫ obliuionēqꝫ gñat. Et poſtea concludit. Cauendū eſt ne papauere hoīes ſepe vtantur: quoniā etſi ſit aſſuefactū: maxime cerebro nocet: ſtuporē infert: ⁊ naturalis calor in eis extinguitur. Et iſta fuit etiā Raſis ſnīa in. xxȷȷ. cōtinentis. cap. cclxxxiȷ. dicētis autoritate Diaſcoridis. Si ſumitur de papauere in magna quantitate ꝓuocat

UVA. BHSC. IyR_272

multū ꝛ ꝓfundū ſomnū:ſicut in le
thargia ꝛ in vltimo īterficit.Et ſin-
fra autoritate Gal.in.vij.dixit. Pa
pauer hortulanum album ꝓuocat
moderatū ſomnū:ſi eſt valde albū
ꝛ hoīes comedūt ipȝ cū melle ꝛ po
nūt ipm̄ i pane:ſȝ ſemē illi⁹ cuius
flores cadūt velociter infrigidat:
plurimū ꝛ ꝓuocat multū ꝛ ꝓfun-
dū ſomnū.Et ob hoc nō vtant̄ eo
hoīes i cibis vel medicinis:q: nō
poſſunt ei⁹ euadere nocumentuȝ.
Eſt etiā alia ſpecies papaueris:cu
ius ſemina ſunt nigra:ꝛ hoc infri
gidat multū:ꝛ inducit ſtuporem ꝛ
mortificationē in mēbris.ꝛ ſapiēs
ꝛ medicus vtens eo dȝ ponere cū
ipſo medicinas mitigātes ſuā fri-
giditatē q̄ eſt in quarto gradu.Cō-
ſiliū igit̄ antiquoꝝ:vt ex dictis ap
paret eſt vt papauere albo cōſola-
to tātūmodo vtamur:ꝛ magis pro
medicina q̄ꝫ ꝓ cibo:ne forte in ſua
cadamus nocumenta.quare ꝛc.

¶Cap.clxxi.oſtendit naturā et
nutrimētū panici:ꝛ qb⁹ modis
debeat preparari.

Panicū:vt ſenſit Auer
rois i.v.colliget.cap.
de ciceribꝰ.ſicut ꝛ mi
liū videt̄ eſſe cū dicat
ibi.miliū eſt frigidū
ꝛ ſiccū:vētrē cōſtipat:
ꝛ eſt pauci nutrimēti:ꝛ hoc idē fa-
cit panicū.Dixit ſimiliter Halia-
bas in.v.theorice.c.xv.Panicū et
miliū vtrūqꝫ frigidū eſt ꝛ ſiccū in
ſecūdo gradu:quoꝝ nutrimentuȝ
paucū eſt ꝛ vētrē incarcerāt.Quod
etiā Raſis voluiſſe videt̄ in.iij. Al
māſoris.c.ij.cū in ei⁹ fine ſic inq̄t.
Panicū atqꝫ miliū frigida ſunt et
ſicca:q̄ lȝ paꝝ nutriāt:vētrē tn̄ car
nem ſtringūt Et in.xxv.continen-
tis.capitu.j.ſic ait.De panico dici
mus q̄ debes illud comedere cum
lacte recēti ꝛ cū butyro et zuccaro:
vt leuius fiat exitus ipſius.Iſaac
quoqꝫ in ꝑticularibꝰ ſic de ipō ſcri
pſit.Panicū in forma ꝛ natura eſt
ſimile milio:min⁹ tn̄ nutrit eo ꝛ vē
trē magis cōſtipat.Et accipit̄ di-
uerſis modis ꝛ ꝑ eoꝝ diuerſitate
immutat actionē ſuā quocunqꝫ tn̄
modo ꝑparato omni panico miliū
melius eſt.Coquit̄ aūt ſepe aut cū
pingui carne:aut cū oleo:ſepe etiā
in lacte.aliqn̄ ỽo cū apozimate tri
tici corticis:ꝛ amygdaleo.Cū pin-
guedine coctū:aut cuȝ oleo lauda-
bile eſt:quoniā ſiccitatē ſuā amit-
tit:ꝛ ſaporoſitatē ab eis.ꝛ bonū nu
trimētū acquirit:ꝛ cōſtipatiōe ſua
priuat̄ ꝑpter lubricitatē ꝛ mollitiē
pinguedinis aut olei Id ỽo quod
cū lacte cū apozimate ſupradicto
coctū laudabili⁹ eſt eo q̄d cū aqua
coquit̄ ſola.Coctiōis aūt cū aqua
duo ſunt modi:coquit̄ aūt aut ſa-
nū:aut mola cōfractū.Sanū aūt
aut ablato cortice:ꝛ ad vnā miliij vl
panici mēſurā.xv.aq̄ apponātur.
Ex aqua ita coctum groſſum eſt ac
durum ad digerendū:nec eſt etiaȝ
ventris conſtipatiuū:grauat etiā
ſtomachū:ꝛ ex eo integrū eijcit̄ ad
inteſtina hic etiā grauat:ideo cito
egreditur ab eis:hac ergo rōne ſti-
pticum non eſt.Mola autem tritū
coquatur ita:farine mundate de-
cies tantum aque adiungatur:et
poſtq̄ꝫ bis vel ter ebullierit:frica-
tum digitis excolatur:ꝛ colamen-
tum ſuſpectum donec dureſcat ex-
coquatur:ſicqꝫ comedere vtile eſt ꝛ
ceteris ſubtilius eſt digeritqꝫ faci
lius:minus vero ſtipticum ꝛ durū
eſt propter ſubſtantie abſentiam.
hec ipſe.Sic itaqꝫ preparatū man-
ducetur:et non aliter:quoniam vt
Raſis inquit in.xxi.continentis.
cap.cxcvj.autoritate Gal.Panicuȝ
frigidum eſt in primo gradu: ex

UVA. BHSC. IyR_272

ſiccum in ſecundo:⁊ eſt ſtipticum ⁊
parum ſubtile:⁊ nutrit min⁹ alijs
granis ⁊ leguminib⁹ ⁊ deſiccat vē=
trem. Et infra autoritate Diaſcori
dis dixit. Panicū eſt min⁹ nutribi=
le oī alio grano ex quo fit panis.et
poſt aliqua ſubdit. Et nutrit corp⁹
pauco nutrimēto ꝓpter ſuā levita
tē:debilitatē:⁊ ſiccitatem:⁊ ob hoc
ſtringit ventrē:⁊ ꝓuocat vrinam:⁊
hoc eſt de proprietate ſua:et calidi
poſſunt eo vti loco riſi:q꞉ ꝯſtringit
calorē:⁊ cū coquitur cū lacte nutrit
laudabili nutrimēto:⁊ nō ſtringit
ventrē:⁊ qui nō diligit lac: decoq̄t
ipſum cū aqua furfuris ſimile:⁊ cū
oleo amygdalarū dulciū. Et cū eſt
preparatū tali mō:p̄ſtat bonū nu=
trimentū:⁊ nō ſtringit ventrē:⁊ pa
nis q̇ fit ex eo nutrit parum:⁊ ſtrin
git ventrē:⁊ ꝯtrahit morā in ſtoma
cho et debilitat digeſtionē.⁊ de ꝓ=
prietate ei⁹ eſt cōſtringere fluxum
ventris:⁊ ꝓuocare vrinā. hec ipſe.
Ex quibus intelligat̄ qđ et quale
ſit nutrimentū panici:⁊ quomodo
ſit ad eſum preparandum ⁊c.

¶ Cap. clxxij. oſtendit naturam
et nutrimentū piſorū ⁊ robelio=
rum cū ꝓprietatibus eorum.

Piſa que vulgares noſtri
biſos appellāt vt ſentire
videt̄ auctor pandectaꝝ
ſpecies ſunt orobi. de q̄=
bus Gal. i libro de cibis
cap xvj. ſic ait. Piſa cōſimile aliq̄d
fabis ſcđm totā ſubſtātiā habētia
comeſtaq꞉ ſcđm eoſdē modos cum
ipſis in duobus his variant̄:quia
inflativa cōſimiliter fabis nō ſunt:
⁊ q꞉ abſterſivā virtutē non habēt:
ꝓpter hoc tardioris ſunt digeſtio=
nis ſcđm virtutē fabis. Robelie ve
ro vel robile ab eis differre nō vi=
dentur niſi in quātitate:qm̄ mino
res ſunt piſis. de quib⁹ Raſis in li=
bro. iij. Almāſoris inquit. Robelie
frigide ſunt ⁊ ſicce:q̄ parū nutrien
tes malū generāt ſanguinē:nervi ſ
q꞉ impedimentū p̄ſtant. et in libro
xxv. cōtinentis. cap. j. ſic etiā de eis
ſcripſit. De piſis vel farculis ap=
pellatis Mes:debes eas comede=
re poſtq꞉ elixe fuerint vehementer
vt nō inflent:neq꞉ inferant rugit⁹.
Iſaac aūt in dietis particularibus
ſic ait de ipſis. Robelie frigide ſūt
⁊ humide in primo gradu:⁊ medie
inter ſiccū ⁊ humidū:quarū cortex
ſtipticus eſt:a corticibus aūt mun
date laudabiles generant cibos:
nec inflationē aut ventoſitatem fa
ciunt ſicut fabe. Ad vſum edendi
bone ſunt in eſtate ⁊ i calida regio
ne. Item ius ex illis velut et ex fa=
ba factum valet ad corizam et ad
tuſſim dolorēq꞉ in pectore. cocteq꞉
cum ordeo ⁊ criſolacanna aut ble=
tis febres patiētibus prodeſt que
ex ſanguine naſcunt̄ ⁊ cholera ru=
bea. Qui autē propter diarie refre
nationem illas volunt accipere co=
cta vna aqua effecta ⁊ alia addita
admixtis portulace ramis ⁊ ſucco
malorum puniculorum acidoſorū
et oleo roſarum ſumāt:ſed hec miſ
ſa faciamus:cum ad noſtrum pre=
ſens propoſitum minime facere vi
deantur: haud tamen tenere nos
poſſumus quin aliquando in medi=
cinalia curantia morbos prorum=
pamus:cum difficile ſurgat quem
moles conſuetudinis premit:vt ſu
per Iohannem inquit Auguſtin⁹
Magnum enim quoddam eſt con=
ſuetudo in ſingulis natura vtiq꞉
fit:vt ſcripſit etiā Ariſto. in. xxviij.
problematum problemate. j.

¶ Capitulum. clxxiij. oſten
dit naturā et proprietates
riſi: ⁊ quib⁹ modis debeat
preparari.

UVA. BHSC. IyR_272

RIſi aut rizi: vt malis eos
appellare: teſte Auerroi
in.v.colliget.c.de ciceri
bus. ſunt groſſe ſubſtan
tie in caliditate ⁊ frigi=
ditate ꝓpe teperantiā: ventrē ſtrin
gūt: ⁊ ſunt boni nutrimenti qñ co=
quuntur cū lacte. Auicen. ſo in.ij.
cañ.c.cccccclxix. ſic de eis inquit. Ri
ſum eſt calidū ⁊ ſiccū: ⁊ ſiccitas ip=
ſius eſt manifeſti oꝛ caliditate ſua.
Uerūtamē quidā dicūt ꝙ eſt cali=
dius frumento: nutrimentū ꝓbet
multū ad quādā ſiccitatem decli=
nās. Et cū decoquit̃ cū lacte ⁊ oleo
amygdalino: maiꝰ dat nutrimētū
⁊ meliꝰ: ⁊ remouet̃ ab eo exiccatio ⁊
cōſtrictio quā facit: ⁊ ꝓprie cuꝫ in=
fundit̃ nocte vna in aqua furfuris.
Et ipm eſt ex eis que tarde infrigi
dant̃. ⁊ in ipſo eſt conſtrictio: deco=
ctum ſo in aqua ſtringit vſqꝫ ad
terminū ⁊ in ſpermate efficit aug=
mentū ⁊ ꝓprie ſi cū lacte decoqua=
tur. Iſaac aūt in particularibꝰ die
tis de ipſis hec ſcripſit. Natura ri=
ſi calida eſt in pꝛimo gradu: ⁊ ſicca
in ſecundo. diuerſis tñ modis ho=
mines accipiūt ipm ⁊ ſcđꝫ vnūquē
qꝫ modū actio eius in plus minuſ=
ve mutat̃. Aliqñ nāqꝫ illud mola
teritur ⁊ farinā eiꝰ velut tritici co=
quunt: vꝫ aūt eis qui moꝛſionē pa=
tiunt̃ in ſtomacho ⁊ in inteſtinis.
Sunt ⁊ q̇ integrū coquunt in aq̄: ⁊
hoc vꝫ ad cholericā diariam. Item
alij cū lacte coquunt amygdaleo: ⁊
hoc mō amittit cōſtipationē ſuā: et
bñ nutrit: ⁊ bonū ſanguinē gene=
rat: ſperma auget. Hꝫ etiā riſuꝫ ꝓ=
prietatē: ꝙ ſi cū ipſo vel aqua ipſiꝰ
lentiginē laues: aufert ipſam ⁊ cu=
tim mūdificat. Hoc quoqꝫ fuit Ra=
ſis ſnia in.iij. Almanſoꝛis.ca.ij. di=
cētis. Riſum tēperici que eſt inter
caliditatē ⁊ frigiditatē vicinū exi=
ſtit. ⁊ ventrē ſtringit. ſolitis autem
colicam pati nocet. qđ lꝫ multum
nutriat: de vētre tñ nō facile deſcē=
dit: niſi coquat̃ cū aliquo multum
vnctuoſitatis habēte: qđ qñ cū la=
cte coquit̃ ⁊ cū zuccaro comeditur:
plurimū nutrit atqꝫ ſanguinē aug
mētat. ⁊ in.xxj. continētis.c.cxxiij.
ſic ait autoꝛitate Diaſcoꝛidis. Ri=
ſum eſt pauci nutrimēti ⁊ conſtrin
git egeſtionem. Et autoꝛitate Gal.
vij. ſubdit. Eſt difficilioꝛis dege=
ſtionis qꝫ far ſpelte ⁊ minoꝛis nu=
trimenti: ſed melioꝛis ſapoꝛis. Et
autoꝛitate filij Meſue dixit: ꝙ cali=
dū ſit in pꝛimo: ⁊ ſiccū in ſecūdo: et
cognoſcitur eiꝰ caliditas a dulce=
dine ſui ſapoꝛis: ⁊ nutrit nutrimen
to bono: ⁊ inflāmat coꝛpꝰ calide cō
plexionis: ⁊ eſt maioꝛis nutrimēti
mellica paniculo ⁊ oꝛdeo: et trahit
moꝛē in ſtomacho: ⁊ qñ decoquitur
in lacte ⁊ zuccaro ⁊ oleo amygdala
rū dulcium deſuper aſperſis mino
rē trahit moꝛā: ⁊ erit bonū eius nu
trimentū. Et ſi poneret̃ in aqua ſul
furea vel ſimile: aut in lacte recen=
ti per vnā noctē: ⁊ demuꝫ poneret̃
in aqua: ⁊ coqueret̃ cū oleo amyg=
dalino eſſet minoꝛis ſtipticitatis:
⁊ ſiccitatis. Et volens de eo come=
dere non delectatur in lacte faciat
ipſum bene decoqui cum lacte car
tami. Et poſtea ſubiunxit. Dico ꝙ
pluries fui expertus exhibere ri=
ſum macilētis calide cōplexionis:
⁊ vidi ꝙ fecit eis magnā inflatio=
nē. Qua de re cōcludendū eſt cum
eo ꝙ riſum frigidioꝛē habentibus
cōplexionē ſit magis cōueniēs. Et
ideo eis tutius qꝫ ceteris pꝛopinā
dū ⁊ coctū cū lacte: niſi diſplicue=
rit iubēte eodē in.xxv. cōtinētis.c.
j. De grano riſo dicimꝰ ꝙ debes il
lud lauare ⁊ infundere in aq̄: dein
de ipm coquere cum lacte recēti: et
poſtea comedere ſicut ⁊ pꝛefati ſa=
pientes voluere: qui in hoc ⁊ in eiꝰ

UVA. BHSC. IyR_272

cõplexiõe cõuenerũt oēs ꝑter Ha-
liabatē q̃ in.v.theorice.cap.xv.gra
duauit ipm̄ in primo frigidũ:ꝛ in
ſecũdo ſiccũ cõtra quē eſt Raſis vt
pauloante dictum eſt experientia.
quare ꝛc.

¶Cap.clxxiiij.incipit de fructi-
bus pertractare declarando ꝙ
ipſi nequaq̃ ſint mãducãdi rõ-
ne parui eorũ nutrimenti.

De fructib⁹ modo dicen
dũ ē vt ſupra ꝓmiſim⁹.
In q̃bus oēs hoīes fe-
re ſummopere delecta-
ri cõſueuerũt:neſciẽtes
ꝙ paruũ ꝛ ꝙ prauũ ſit ipſoꝝ nutri
mētũ:aut q̃b⁹ cõueniãt q̃buſq̃ no-
ceãt:vel quõ ꝛ qñ ſint aſſumẽdi.Sꝫ
ꝙplures ꝓpriã ſequẽtes appetit⁹
ꝛ ſenſualitatis delectationē magis
ꝙ ꝓprie cõſulẽtes ſanitati:ex fru-
ctibus eis gratiorib⁹ oī ſpreto me
dicoꝝ cõſilio:ꝛ qñ ꝛ quãtũ libuerit
aſſumunt:ꝛ inde poſt paucos etiã
dies ad malas ꝛ pernecãtes deue-
niũt egritudines.Et ꝓpterea q̃ bo
ni ꝛ laudabiles:ꝛ q̃ fugiendi ſint:
declarandũ eſt bonaꝝ reꝝ celeber
rima ſemper deſidereť agnitio:vt
in.xj.Caſſiodorus inquit.Sed an-
teq̃ ad ſpecialē de fructib⁹ ſermo-
nē accedam⁹:declarem⁹ in primis
ꝙ fruct⁹ minime ſint accipiẽdi rõ-
ne ſui pauci nutrimenti:qm̄ vt ſu-
pra declarauim⁹.Nõ viuim⁹ vt co
medam⁹:ſꝫ comedim⁹ vt viuam⁹.
Uiuere aũt nõ poſſum⁹:niſi qḋ de
perditũ eſt ꝛ a nr̃o corpe reſolutuꝫ:
bonis ꝛ nutritiuis cibarijs ipm̄ re
ficiẽdo reſtaurem⁹:aliter aũt calor
innatus humidũ radicare ꝙbreui
ter cõſumeret.Qḋ igiť minime ac-
cidat:bonis ac laudabilib⁹ reſum-
ptiuiſq̃ cibis neceſſariũ eſt vti:bo
nũ forte atq̃ ſolidũ ꝑbẽtib⁹ nutri-
mẽtũ:quã rē fruct⁹ ꝑſertim humi-
di:nec facere:nec id efficere poſſe cõ
ſueuerũt:cũ dicat Iſaac ĩ libro die-
tarũ vniuerſaliũ.c.xxvj.Oēs fruct⁹
parũ nutriũt:ꝛ illaudabiles ſunt ĩ
nutrimẽto.Paꝝ q̃dē nutriũt ꝓpter
teneritatē ꝛ mollitiē a mẽbris citã.
Nõ laudabilis vero nutrimẽti ꝓ-
pter velocē ꝯuerſionē in corruptio
nē putredinis.Et ſubdit.Oīs fru-
ct⁹:paruiſſimũ ꝛ malũ dat nutrimē
tũ.Que q̃dē fuit etiã Gal'.ſnia ĩ.ij.
Alimētoꝝ.c.vj.dicētis.Uniuerſali
ter itaq̃ opꝫ de eſibilib⁹ hoīeꝫ fru-
ctib⁹ ſcire rõnē cõem:humidis qui
dē humidũ ꝛ ſubtile efficere id qḋ
ex ipſis datur corpori alimẽtũ:cum
ſemꝑ ſequiť ꝛ fluxibile ꝛ ꝑtrãſiēs
totũ corpus citoq̃ euacuabile eſſe
per vrinã:ꝛ ſcðm cutim tale.Et in
fra ſubiunxit.Pauci alimẽti oia ta
lia quales fruct⁹ edulia dicunť cõ-
gruere a medicis.Idē quoq̃ ſenſit
Raſis in libro.vj.Almanſoris.c.xj.
dicēs.Olera atq̃ fruct⁹ vẽtrē abſq̃
magno replent nutrimẽto:ꝛ in cor
pore humores crudos gñant ꝛ ma
los.Et in libro.xxv.cõtinẽtis dixit
autoritate Gal'.in.iij.c.de queſtio-
nibus libri ſexti epidimie.Breuis
erit vita illi⁹ ꝓprie q̃ nutriť cũ ci-
barijs modici nutrimẽti ad modũ
olerum et fructuum ſolidorum cor
ticum.Et poſtea concludit.Et fru-
ct⁹ nõ ſũt ſumendi penitus:cuius
ratio ex eo Hieronymi ſuper Mat-
theum ſic dicente verbo colligi po
teſt.Neq̃ enim fieri poteſt:vt ex
malo bonum:aut ex bono oriatur
malum.Non poſſumus ergo ex co
meſtione fructuum id conſequi qḋ
volebamus:et quod nobis et no-
ſtri corporis cõſeruationi erat ma-
xime neceſſarium:ꝛ ꝓpterea inuti-
lis eorum eſus pronunciand⁹ eſt:ꝛ
vltra hoc periculoſus:cum ex ipſis
non ſolum paruum:ſed etiam pra
uum generetur nutrimẽtũ:vt pro

UVA. BHSC. IyR_272

parte viſum eſt.ꝛ melius ex ſequē
ti.c.apparebit. Et ideo cōcludamꝰ
ꝙ ſapiētes ſunt qui raro eis vtunt
ſapientiores aūt qui raro ꝛ modi=
ce:ſapiētiſſimi vero qui nūꝗ̄:ꝛ hu
midos precipue manducāt.

¶Cap.clxxv.oſtēdit fructꝰ nō
eſſe manducandos rōne ſui pra
ui nutrimēti ꝯplura inducētis
nocumenta cū quibuſdā regu=
lis attendendis.

Primus.i.c.ſuperiori ꝙ
fructꝰ nō erant mandu=
candi ſui pauci nutrimē
ti ratione nūc autē oſten
damus ꝙ etſi plurimuȝ
nutriant adhuc fugiēdi ſint ratio
ne prauitatis ꝛ malicie ſuorū nu=
trimentorum ad febres ꝛ ad alias
multas infirmitates ꝑducentiuȝ.
Et propterea dixit Raſis in libro.
xxv.continentis.c.j.Dico ꝙ maior
pars fructuū eſt medicinalis:ideo
frequēs ſumptio ipſorū corrumpit
ſanguinē.Et ſimiliter Auic.i.iij.j.
doct.ij.ca.vij.de eis inqͣt.Si hoīes
alijs regantur rebus:ꝛ nō iſtis.ſ.
fructibꝰ erit eis meliꝰ.qm̄ oīs res
que ſanguinē implet aquoſitate
que in corpore ebullit ſicut ſuccus
fructū:licet ea hora iuuamentū p̄=
ſtet:tn̄ ipſum ad putrefactionē pa
rat:ꝛ ſimiliter illud qđ ſanguinem
humore impleet crudo:lȝ nūꝗ̄ con
ferat ſicut cucumer ꝛ alcheret ꝛc.
Et infra ſic etiā ait.Qui his nu=
triētibus.ſ.fructibꝰ multū vtunt
febribus ſunt apti.Et in primo tra
ctatu.ij.c.xliij.dixit.Multa aquo
ſitas ſanguinis ex comeſtione fru
ctuū aquoſorū facit in corpore pu=
tredinē:ꝛ ſimiliter multitudo hu=
moris crudi p̄parat ad putredinē
ſicut qui generat ex cucumere : et
citrullo:ꝛ piris:ꝛ ſimilibus . Hoc
etiam ſenſit Iſaac in.v.doc.c.xxvj.
cum ſcripſit.Omnes fructus ma=
la nutrimenta largiunt:ꝛ ibidem
autoritate Gal.Omnes fructꝰ par
uiſſimum ꝛ malū dāt nutrimentū.
Cū eīn digerunt ſanguis generat
qui facilis eſt corruptioni putredi
nis adiungi vnde fructus inflāt:
et groſſuȝ humorē generāt:ꝛ ſi nō
digerent in malas qualitates mu
tantur:ꝛ precipue ſi poſt cibū acci
piantur queadmodū ſunt horarij.
de quibus Gal.in.ij.de alimentis.
c.j.dixit.Horarij fructus ſunt q̄ na
ſcunt in tpe quarto dierū canicule
ꝛ qui eo tpe maturant ꝛ habent.et
preſertim hararij dicunt q̄ de faci=
cili corrūpuntur ꝛ velociter: ſicut
cucurbita:ꝛ melones:mora:pepo=
nes:perſica:ꝛ ſimilia.Et ꝓpterea
poſtmodū inquit.Ab oibus cōſu=
lo abſtinere cachochimis edulijs:
etſi facile digeſtibilia aliquibus
ſint qm̄ latet tpe multo prauus in
venis chimus ex ipſiscōgregatus
qui cū coctione modica ad putrefa
ctionē deuenit febres mali moris
operat.Et in lib.de euchimia ꝛ ca
chochimia.c.v.Horarij q̄dē vocati
fructꝰ cachochimi oēs ſunt.Si vo
corrūpant in vētre peſſimi a q̄busꝑ
maxime eſt cauendū:qm̄ vt ſcribit
Auerrois in.vj.colliget.hoīes vi=
tare debēt oēs fructus humidos ꝛ
piſces:qm̄ ſāguis ex iſtis rebꝰ gn̄a
tus eſt cite corruptionis.Hec itaꝗ̄
tria ꝓ corporis ꝛ ſanitatis eiꝰ con
ſeruatione debent obſeruari.Quo
rū primū vt de fructibus ꝛ maxi=
me de horarijs iaȝ dictis nō come
damus:quantūꝗ̄ nobis poſſibile
fuerit ab eis abſtineamus.Scḋm
quod pueri precipue ab horarijs
et ab omnibus alijs fructibus
debeant cuſtodiri et abſtineri:di=
cente Auerroi in.vj.colliget capit.
de regimine corporis temperati.
Et ab herbis omnibus et fructi=

UVA. BHSC. IyR_272

bus hūmidis pueri debēt abſtine
re. Tertiū ab oībus obſeruandum
eſt: ꝙ ſi vllo vnq̄ꝫ tēpore anni pau-
cos fructus debemꝰ mādūcare il-
lud eſt autūnus teſte Raſi in quar
to Almāſoris. c. xxvj. ſic ſcribēte. In
autumno fructuū comeſtio minuā
da eſt q̄nāto plꝰ poſſibile. Qđ etiā
voluit Princeps in tertia ꝓmi doc.
v. c. j. dicēs. A fructibꝰ quoqꝫ q̇ ſūt
in illo tēpore. ſ. autūno ſibi caueat
neqꝫ ex illis multū comedat aliq̇s
ꝛc. Eſt quoqꝫ a ſtudere volētibꝰ: et
ab his q̇ ī capite patiūtur fructuū
comeſtio fugiēda. Quoniā ſui va-
poroſitate ſenſus ꝑturbāt ⁊ cerebri
intellectiuas operatiōes impediūt
rōne multitudinis vapoꝝ ⁊ fumo
rū aſcēdentiū: cū nō ſit aliq̇d ita va
poroſum ſicut fructus. vt Priceps
inquit Auicē. in. xiij. tertij. tracta-
tu. j. c. xvj. Et vt vnico cōcludamꝰ
verbo. Nihil ferme ſic ad ſanitatē
facere videtur: quantū fructꝰ hūi-
dos et putreſcibiles dimittere: et
laudabilioribus cibis adherere.

Capitulū. clxxvj. oſtendit qui
bꝰ hoībus fructꝰ minus noceāt:
⁊ in qua hora aſſumendi ſint.

VT in oībus ſimus profi
cui: ⁊ nihil in nobis eſſe
debeat ocioſuꝫ. vt Theo
philus inquit debemus
cōſequēter declarare cuꝫ
nocumēta ex comeſtiōe fructuū ꝓ-
uenīētia nō ſint omnia equalia: q̇
ſecurius: ⁊ q̇ magis cū timore poſ-
ſint humidos fructus mādūcare:
vt ex hoc vnuſquiſqꝫ q̄ꝫ graue ſit
eius peccatum: cū fructus come-
dit intelligat: ſumma enim miſe-
ria: vt Iſidorus ait: neſcire quo tē
das. Et propterea dicamꝰ ꝙ quie-
ſcentes delicati: ⁊ hoīes pauci la-
boris: ⁊ exercitij ſenes: ⁊ hmōi lon
ge magis ex fructuū comeſtione le

dunẗ: q̄ꝫ hi q̇ calide ſunt cōplexio
nis ⁊ iuuenes: ⁊ qui plurimū labo
rare conſueuerūt: lꝫ vtriſqꝫ noceat
inequaliter tñ: vñ exercitatis ⁊ la
borioſis hoībus fructus humidi
ſunt tanq̄ꝫ medicine refrigerātes
⁊ eorū corpora humectantes: cū ali
quo tñ nō perceptibili nocumen-
to. Quietis vero ⁊ delicatis non
ſunt medicine: ſed tanq̄ꝫ venena
mortifera cōgelantia: ⁊ diuerſimo
de eorū corpora pernecātia. quēad
modū ſenſit Princeps Auicē. i. iij.
j. doc. ij. c. vij. cū ait. Fructus ꝓter-
ea recentes nō ſunt boni niſi labo
rioſis ⁊ exercitatis cholera rubea
abundantibus: ⁊ in eſtate ⁊ eos an
te comeſtionem comedant. Et ipſi
q̇dē ſunt chryſolomia: ⁊ mora ⁊ me
lones: ⁊ ꝑſicca. ⁊ pruna. Qđ ſi alijs
regant̃ rebus ⁊ nō iſtis erit meliꝰ:
qm̄ oīs res q̄ ſanguinē aquoſitate
implet: que in corpore ebullit ſicut
ſuccus fructuū extra. lꝫ ea hora iu
uamentuꝫ preſtet: tñ ipſum ad pu
trefactionē parat: ⁊ ſimiliter illud
qđ ſanguinē humore implet cru-
do: licet quādoqꝫ cōferat ſicut cu-
cumeres ⁊ hmōi. Et ꝓpter hoc qui
his nutrientibus multū vtuntur
febribus ſunt apti. lꝫ prius infrigi
dent. Et ſubdit. Et tu q̇dē ſcire de
bes ꝙ humori aquoſo plerūqꝫ ac-
cidit vt fiat plus: ⁊ hoc erit cū non
reſoluet̃: ⁊ in venis remanſerit. Et
cū iſti exercitijs vti ceperint anteq̄ꝫ
hmōi aggregentur ſuperfluitates
aquoſe: ⁊ illico cū fructus comede
rint etiā exercitantur: reſoluentur
aquoſitates iſte: ⁊ minuet̃ impedi
mentū qđ per eas habent quietis
autē ⁊ inexercitatis hoc non eue-
nit: quare ab eis plurimum nocu-
mentū recipiūt. Et hoc eſt qđ etiā
voluit Iſaac in dietis vniuerſali-
bus. c. xxvij. cū ait. Oportet vt ī co-
medendis fructibus vt mala ci-

UVA. BHSC. IyR_272

baria intermixta caueant oībus tēporibus: niſi cū magnus labor comitať: vel itinere nimio: vel eſtu fatigatur: tūc eñ neceſſe eſt tēperari ſiccitatē ſui corporis calorē refregerari: q̄ cum affuerint bonū eſt fructus humidos dari ſicut mora: pruna: vuas: ficus: perſica: cucumeres ⁊c. Nō tñ cū exterius refrigeratiuis preparentur. neq; aqua frigida multotiēs latienť: qm̄ cui nō fuerit nix cōſuetudinaria multum eſt fugiēda: et ſi in corporibus iuuenum nō appareat: tñ nocumentū niuis ſe paulatim adunat: licet ipſi nō ſentiant. Et exeuntes a iuuentute: ⁊ ſubeūtes ſenectutē: multos ⁊ diuerſos morbos incidunt: qui incurabiles ſunt: ⁊ diu in viſceribus permanēt ⁊ articulis ⁊ neruis ⁊c. Qđ etiā ſenſit Raſis in lib. iiij. Almāſoris. c. iiij. cū inquit. Eſt etiā obſeruandum diligēter. ne q̄s recētibus vtatur fructibus: niſi in die quo multo vſus fuerit exercitio atq; in ſtomacho ardor ſentiť. Eſt eñ conueniens vt in hac diſpoſitione fructus comedat recentes: ſicut ſunt ficus: ⁊ vue: ⁊ pira: ⁊ mora: et chryſomilia infrigidata. Et ſubdit. Poſtq; aūt predictos comederit fruct⁹ aliquo interpoſito ſpacio: cibum quē oȝ ſumere edat. Et fuit hec Gaľ. ſnia in. ij. de alimētis c. j. dicentis. Fructus vt plurimū ſunt malichini: ⁊ ſolūmodo vtiq; quis ipſis in profectu vtitur fatigatus ex prolixioribus itineribus et ſuffocatione vehementi: tunc ei poſſunt mitigantia quidē ariditatem corporis: infrigerātia autē mediocriter. Et in libro de euchimia ⁊ cachochimia. c. vlti. dixit. Abſtinēdū eſt a cachochimis niſi aliq̄n laborātes hora eſtatis egeant ſanare ſiccitatē ⁊ caliditatem totius corporis. Idonea eñ illo tp̄e ſunt poma: ⁊ pruna: ⁊ ceraſa preaſſūmpta. Sed de citrullo ⁊ melone non multū offerēdū eſt: ſicut neq; de melopopone: ⁊ perſicis: ⁊ hmōi. Ex q̄bus apparet q̄ nō multā q̄titatē fructuū comedere oporteat etiā laborātes: ⁊ q̄ ante alios cibos ſumi debeāt: dicēte Almāſore in loco p̄allegato. Fructus etiā ſi in prandio ſumēdi: ſūt aū oēm edēdi ſunt cibum: niſi ſint de his q̄ in ſtomacho multā faciūt moram: atq; tardantur: in quibus eſt pōticitas et acetoſitas: vt citōia: poma: ⁊ hmōi. Et in. xxv. cōtinentis. c. j. autoritate Bimmaſui ſic inq̄t. Summarie fruct⁹ debes ſumere ante cibū: ⁊ p̄prie tenues ⁊ lubrificatiuos. Qđ fuit acceptū ex fonte medicine artis Gaľ. in. ij. Alimētorū. c. xviij. dicente. Meminiſſe opȝ hui⁹ qđ eſt cōe in oībus quecunq; cachochima humida ⁊ lubrica ⁊ facile ſubire potentia comedere ipſa priora alijs. ſic eñ celeriter ſubeūt ⁊ illis viam faciunt: vltimo aūt ſumpta ſimul corrūpunt ralia: ⁊ poſtq; deſcenderint alterum cibum edant ne forte bono cibo permixti illum ſecū corrūpant. aut indigeſtū deſcendere faciant: quare ⁊c.

¶ Cap. clxxvij. oſtendit qui fructus permaxime ſint fugiendi: ⁊ quid etiā facere oporteat poſt laudabilium fructuum aſſumptionem.

ET ſi laborioſis iuuenibus calidis ⁊ exercitatis precipue in eſtate et ante cibum dixerimus fructus cōuenire: nō ē tñ hoc abſolute de oībus fructibus intelligendū: ſed tm̄ de laudabilib⁹ domeſticis mollibus et perfecte maturis: ⁊ nō de alijs exiſtimandū: qm̄ vt Gaľ. inquit in li-

UVA. BHSC. IyR_272

bro de ſubtiliante dieta.cap.x.De
fructib⁹ minus triſtabūt ꝗ leniūt
ventrē:ſicut mora:pruna:ceraſa:et
ficus.Que vero tardi ſunt tranſit⁹
peiora ſunt oīa.⁊ maxime ſi dura
corpib⁹ ſint:de eis em̄ nō eſt guſtā
dū:ſꝫ guſtādū de his q̄ ad repoſi=
tionē ſūt idonea:q̄lia ſunt piracito
nia:⁊ vuarū nō pauca gn̄a.Mollio
ra v̄o magis ſunt comedēda durio
rib⁹ ⁊c.Qđ accepiſſe v̄r Iſaac i.v.
doc.c.xxvj.cū ait.Cōſtat ꝙ fruct⁹
laudabiliores ſunt domeſtici quo
rū cortices ſunt ſubtiles ⁊ molles:
humiditatē em̄ ſubſtātialē mon=
ſtrāt ſubtiliorē ⁊ leuiorē ⁊ cito pe=
netrātē venas ⁊ actiōi nature obe
diētē.⁊ ſubdit.Et iō ficus laudabi
liores ſūt:ceteris fructib⁹ cortices
habētib⁹:⁊ vue ſunt ficub⁹ ſecūde
⁊ precipue ſi bn̄ matureſcūt . Fru=
ctus vero ſilueſtres aut domeſtici
nō maturi nequaꝗ̄ ab eis ſumēdi
ſunt:cū dicat idē vbi ſupra. Fru=
ctuū peiores ad nutriēdū ⁊ illau=
dabiliores fiūt ꝗ in arbore nō ma=
tureſcūt . Et poſt aliqua ſubiūxit.
Fruct⁹ crudi ⁊ immaturi ſunt peſ=
ſimi ⁊ illaudabiles.⁊ maxie ſilue=
ſtres.Et in particularib⁹ inq̄t. Aſ=
ſuefactio pſicorum cauſa fit febris
diurne ⁊ dure diſſolui. Qđ de cete
ris fructib⁹ eſt etiā intelligendꝫ.
⁊ de his ꝑ maxime ꝗ nō ſunt i ſuis
arborib⁹ ꝑfecte maturati.Hec quo
ꝗ fuit Gal.ſentētia in.ij.alimētoꝝ
c.xx.dicētis.cauere oportet pulcer
rima genere poma anteꝗ̄ ſup ar=
borē ſint matura: idigeſtibilia em̄
ſunt⁊ frigida ⁊ tardi receſſus ⁊ ma
li chimi cū hoc ꝙ frigidū ⁊ groſſuꝫ
infallibiliter chimū habēt:quecū
ꝗ aūt bene maturata ſeruātur ad
hyemē ⁊ adver ⁊ poſt ipm ꝓficuiſ=
ſima fiunt.Fruct⁹ em̄ ois nō matu
ratur:niſi ꝓpter caliditatē ſolis.vt
inquit Gal.in.iij.de ſimplici me=
dicina diſtinctione .iij.c.ij. Solis
enim ſubſtātie op⁹ eſt calefacere:
modicūqꝫ deſiccare ⁊c.Teſte Pto=
lomeo i ſui quadriptiti prio.c.iij.
Per eū mouetur oīs res ſe mouēs:
per eum naſcitur oīs res naſcens:
creſcit oīs res creſcēs:creſcit omne
foliū ⁊ maturatur oīs fructus : vt
etiā ait Hali abēragel in.iij.c.pri=
me partis.Nō igitur vere maturi
dicēdi ſunt fruct⁹ hi ꝗ in paleis:vl'
alio modo artificialiter ⁊ equiuoce
maturātur.ſic itaqꝫ immutari ⁊ ſil
ueſtres exercitātib⁹etiā nō cōmen
dantur:qm̄ mali ⁊ peſſimi ſunt nu
trimēti.et ꝙ ita ſit apparet ꝑ Gal.
in libro de euchimia.c.v.ſic dicēte.
Fructus omnes preter vuas ⁊ fi=
cus bn̄ maturas cachocimi ſunt ⁊
maxime quicūqꝫ ſunt ſilueſtriū ar=
borū.Illi quoqꝫ fructus oīno ſunt
reprobādi.de q̄bus Raſis fecit mē
tionē in libro primo ſuorū aphoriſ
morū.dicēs.Qn̄ arbores maturan
tur ⁊ venenātur:⁊ vermes in eis
naſcunt̄:nō debent fructus earum
comedi:qꝛ ſunt venena mortalia.⁊
minus qđ ex eo accidit eſt ꝙ putre
fit ſanguis ⁊ febris mortalis fit.
Tales igit̄ fructus fugiendi ſunt.
¶Hec aūt poſt fructuū comeſtio=
nē ſunt obſeruāda.ſ.vt poſt ipſos
illico nec cū ipſis alia cibaria ꝯmi
ſceant̄:imo vt Raſis inq̄t in libro.
xxv.cōtinentis.c.j.autoritate Cot
te.Qui comedit fruct⁹ dꝫ poſt eos
velocē motū ſequi nullo cibo vten
do poſt ipſos dū nō deſcēderint ⁊
labant̄:ne iducat̄ de eis ad venas
maximū nocumētū.Hoc etiā prin
ceps ait i.iij.j.doc.ij..c.vij.Opꝫ vt
ꝗ fructus comedit poſt ipſos ince
dat:deinde poſt eos comedat ali=
q̄d ad hoc vt labant̄.Et ſi ſitis ſup
fructuū aſſumptionē accideret:vi
nū nequaꝗ̄ eſt bibēdū:dicente eo
dem loco allegato:ſed capitu.viij.

UVA. BHSC. IyR_272

ſup cibũ mali chimi bibere vinũ dum cõmedit: aut ante aut poſtq̃ digeritur eſt malũ:qm̃ facit maluꝫ chimũ in extrema corpis penetrare:ſimiliter ſup fruct⁹ ꝛ ꝓprie melones. Et circa hoc Cõciliator noſter monet dubitationẽ in differẽtia.cxxij. An ſup fruct⁹ bibendũ ſit annõ.ꝛ ſi bibendũ:an aqua vel vinũ . Ad quã reſpõdens ait ꝙ ſi ſitis valida fuerit ꝛ fortꝫ:erit exhibẽd⁹ q̃litercũq; pot⁹:iuxta ſniaꝫ Gal. ꝛ Almãſoris. Si vero ſitis nõ fuerit tãta.ꝛ fructus aſſumpti frigidi fuerint ꝛ humidi: tũc gratia medicine vinũ eſt exhibẽdũ vetus odoriferũ potẽs qd̃ eſt calidũ ꝛ ſiccũ:ꝛ hec fuit intentio Iſaac in particu. doctri.dicẽtis . Perſica ieiuno ſtomacho ſunt edẽda:ꝛ poſtea vinum vetus odoriferũ eſt bibendum.Et fuit etiã Gal.ſentẽtia in .ij.regiminis acutoꝝ dicẽtis.Bibãt parũ vini nec aqua mixti cũ q̃ preter cõſuetudinẽ fuerint pranſi:nã vinũ tale ꝛ in tãta mẽſura ſumptũ alterat ꝛ digerit prandiũ preacceptũ abſq; deductiõe ipſius in venas ante id qd̃ ꝛ vinũ opat̃ ſup fruct⁹ maxie. Si ꝟo fruct⁹ calidi ſint ꝛ ſicci : aut cõplexio ſtomachi maxime calida: tũc aq̃ bibẽda ẽ ſup eos . Qd̃ ante oẽs ſenſit Ariſt.in.xxij.ꝓblematuꝫ ꝓblemate.viij . Si ꝟo ſtomachus frigid⁹ eſſet:nequaq̃ bibendũ eſt: aqua eñ ſup fruct⁹ recẽtes bibita preparat inteſtina colicam ꝛ ꝓprie ventoſaꝫ:vt dixit Anicẽ.in.xvj.tertij.tractatu.iij.c.vj. Rõne igit̃ alimẽti vinũ ſup fruct⁹ in multa quãtitate nõ eſt aſſumẽdũ vt nõ faciat eos in venas in penetrare ꝛc.Et licet cõſuetudo ſit in cõtrariũ:tñ dicẽdũ ẽ cũ Gal.in ſcd̃o de alimẽtis. c.de cucumerib⁹.ꝙ latet tpe multo pran⁹ in venis chim⁹ ex ipſis ꝯgregat⁹ q̃ cũ in coctiõe modica ad putrefactionẽ deueniet:ꝛ febres mali moris operabit̃.Nullus ergo decipiatur ex hoc ꝙ in preſentia nocumentũ nõ ꝑcipiat ex potu vini ſup fructuũ comeſtionẽ:queadmoduꝫ aliq̃ dolores intẽtiſſimos paſſi ſũt ex potu vini ſup fruct⁹:aliqui vero mortui idẽ ſup ficus bibẽtes:vt teſtat⁹ ẽ Cõciliator vbi ſupra.Quare parũ vini gr̃a medicine accipiat̃.

¶ Capitulũ.clxxviij. ponit naturam ꝛ nutrimentũ proprietateſq; angurie dicte batecha.

Declaratis vſq; modo vniuerſalib⁹ circa fructuuꝫ comeſtionẽ obſeruãdis: tẽpus eſt vt ad ꝑticularia deſcẽdam⁹: obſeruãtes qd̃ ſupra promiſimus .ſ.velle prius de fructibus olerũ ꝑtractare ſcd̃m ordinẽ alphabeti.Deinde vero de vnoquoq; fructu arboꝝ ſigillatim dicem⁹ vt manifeſtiſſime apparet quantũ vnuſquiſq; eoꝝ minime faciat ad ſanitatis cõſeruationẽ.Incipiam⁹ ergo ab anguria q̃ ab arabicis batecha: aut melon: indus vel ſaracenicus nũcupatur: dicentes cuꝫ Haliabate in.v.theorice.cap.xviij.Et cuꝫ Auicen.in.ij. canonis.ca.xciij.ꝙ ipſa frigida eſt in principio ſecundi gradus:ꝛ humida in fine eius:ꝛ exiſtit in natura cucumeris q̃ cũ nõ digeritur bene : generat coliricam paſſionem: prouocat vrinam : ꝛ confert lapidĩ in renibus:cum autem corrumpitur in ſtomacho conuertitur ad naturam venenoſam: oportet ergo vt cuꝫ grauat extrhatur velociter hec ipe.Iſaac vero i ꝑticularib⁹ dietis ſic de ea ſcripſit. Eſt ꝛ aliud melonũ genus q̃ paleſtini vocantur: et vulgariter dicũtur ſaraceni: humiditas iſtis minor ẽ ceteris frigidio=

UVA. BHSC. IyR_272

res tamē illis ſunt: ꝓinde tardio-
res duriq̄ʒ ad digeſtionē ⁊ cōuer-
ſionē: dicimꝰ etiā eos corruptioni
eſſe inobediētes: vnde calorē habē
tibꝰ in ſtomacho atq̄ʒ febricitātibꝰ
cōueniūt: q꞉ groſſities eoꝝ q̄ frigi-
dis repugnādo febribꝰ e oꝝ ardo-
rē extinguūt. Raſis quoq̄ʒ i. iij. Al-
mālotis. c. xx. dixit de ipſis ſic. Me-
lones nō dulces q̄ ſunt bateche: ſi-
tim ſedāt ⁊ humectāt atq̄ʒ vrinā ꝓ
uocāt. Quibꝰ ſi quis in comeſtio-
ne multū vſus fuerit: colericā pa-
tiet paſſionē. Serapio etiā in. c. de
melone magna viridi dixit aucto-
ritate Raſis: ꝙ eſt fortis humecta-
tiōis ⁊ extinctiōis: ⁊ cōfert febri-
bus adurētibus: ⁊ illi in cuiꝰ corpo
re oportet vt generet phlegma hūi
dū ad reſiſtendū humoribꝰ acutis
exiſtentibꝰ in ſtomacho epate ⁊ ve
nis. ſ. quādo ipſi ſunt male quali-
tatis ⁊ pauce quātitatis: quoniaʒ
hmōi melo non laxat in princi pio
laxatione forti: ⁊ illi quidē q̄ ſunt
cū hoc debilis corporis ⁊ diminu-
te carnis ⁊ ſanguinis quoniā opor
tet vt in iſtis ꝑmutemꝰ cōplexion e
cholore eoꝝ oīno. ⁊ ꝗ̄nis poſſemꝰ
immutare cōplexionē eius cū rebꝰ
acetoſis: res tamē inſipide in hoc
caſu ſunt cōuenientiores: qm̄ im-
poſſibile eſt quin res acetoſe inci-
dāt ⁊ ſubtiliēt: ⁊ hmōi corpꝰ non
poteſt ſuſtinere: q꞉ ſi tu aſſuefacis
eis ſquimbim. i. ſirupū acetoſum:
facis augere in corpore ſuo maciē
⁊ debilitatē ſue virtutis: ⁊ diſrum-
pis ſtomachum eius ⁊ fortaſſis in
ducis excoriationē ⁊ tenaſmonē in
ſuis inteſtinis. Et ſi tu facis eum
aſſueſcere acetoſis habētibꝰ ſtipti
citatē: nō ē poſſibile quin augeas
oppilatiōes ſi adſint in ſuo epate:
⁊ in poris ⁊ nō humectāt etiā cum
hoc: q꞉ res acetoſe ſtiptice deſiccāt
⁊ nō humectant: ſed res inſipide ⁊
maxime habētes groſſitiē ſubſtā-
tie cū aliqua dulcedine ſicut melō
dictus: ipſe em̄ humectat ⁊ infrigi
dat cōplexionē: ⁊ generat in epate
ſanguinē aquoſuʒ q̄ rectificat ma-
litiā ſanguinis cholerici q̄ ē in ve
nis quādo miſcetur cū eo. Et ſub-
dit poſt ꝙ iſte melon frigidior ſit
alijs ſpeciebꝰ melonū ⁊ tardioris
immutationis in ſtomacho ⁊c. Ex
quibꝰ apparet clariſſime ꝙ plꝰ pro
medicina q̄ ꝓ cibo batecha ſit vtē
da ⁊ a cholericis precipue: et ante
oēm cibū: dicēte Gal. in li. de diſſo
lutione cōtinua. de his q̄ velociter
corrūpūtur in ſtomacho: eſt bate-
cha. q̄ ſi cito nō deſcēderit d̄ ſtoma
cho: ⁊ obuiet humoribꝰ malis cito
corrūpitur. ⁊ debet comedi an̄ cibū
ammonēda de ſtomacho ꝓpter ve
locitatē deſcenſionis eiꝰ ⁊ lubrici-
tatis viarū in eo q̄ comedit ipſam:
nā quādo comeditur poſt cibū: cor
rūpitur ꝓpter remanētiā eiꝰ in ſto
macho: ⁊ relinq̄t corruptū cibū cor
ruptiōe eiꝰ: ⁊ qn̄ totaliter corrūpitur
qđ frequēter euenit ē ſicut venenū
pernicioſum. hec ipſe. Quare ⁊c.

¶ Capitulū. clxxix. oſtendit na-
turam ꝓprietates ⁊ iuuamēta
capparorū in via nutrimenti.

Capparis ſcʒ diuerſas
ſumptes ad medicinā ve
nit: quoniā folijs quā
doq̄ʒ ⁊ radicibꝰ fructibꝰ
⁊ corticibꝰ ipſiꝰ aliquā
do vtitur. De fructibꝰ aūt hoc i lo
co ſolummō dicemꝰ q̄ ſaliti ad nos
deferūtur: ⁊ eos cū aceto ꝑparatos
an̄ cibū accipimꝰ. Dicamꝰ ergo de
ipſis cum Auicen. in ſecundo ca-
nonis. cap. cxlij. ꝙ natura eius ſit
calida et ſicca in ſecundo et eſt re-
ſolutiua apritiua et abſterſiua ⁊ nu
trimentū fructus eius eſt paruum
precipue cum ſalitur. Et qđ ex ea
eſt humidū: eſt magis nutritiuum
q̄ quod

UVA. BHSC. IyR_272

ꝙ quod ſiccū eſt. Quod tn̄ ex ea ſali-
tum eſt confert patientibꝰ aſma ⁊ eſt
magis conferēs ſpleni ⁊ duritiei eius
bibita ⁊ more emplaſtri ſuperpoſita:
⁊ multotiens euacuat ex ſplene ma-
teriam groſſam melancholicā ⁊ ſuc-
cedit ei ſanitas qm̄ ſolutione educit
humorē crudū groſſum ⁊ ꝓuocat mē-
ſtrua ⁊ interficit ſerpentes ⁊ vermes
in inteſtinis:⁊ confert emoroidibꝰ: et
augmentat coitū:⁊ qđ ex ea ſalitū eſt
ante cibum ſumptū ſoluit. hec ipſe in
ter alia. Que ēt ſenſit Auerrois in .v.
colliget dicens. Capparis calidus eſt
in ſecundo ⁊ ſiccus in tertio qꝛ compo
ſitus eſt ex ſubſtantia terreſtri ⁊ fri-
gida ⁊ terreſtri aduſta ignea ⁊ ſubti
li:⁊ ſignificat hoc amaritudo domi-
nans ⁊ poſt hoc hꝫ proprietatem con
tra vitia ſplenis. Et propterea qꝛ illđ
qđ facit exire cum ſtercore eſt ſangui
neum ⁊ tūc remouet dolorē ſplenis:⁊
hoc idē facit in alijs humoribꝰ groſ-
ſis:qꝛ educit eos per vrinā ⁊ ꝓuocat
menſtrua ⁊c. hoc idē voluit Iſaac in
particularibꝰ dietis.c. proprio dicēs.
Cappares calidi ſūt ⁊ ſicci in ſecun-
do quod eorū teſtatur amaritudo pō
ticitas ⁊ acumē. Idcirco incidunt diſ-
ſoluūt ⁊ mundificant ſtomachū a ſu-
perfluis ⁊ menſtrua prouocant ꝗ vti-
liores ſunt ad medicinā ꝗ̄ in cibum
qꝛ illaudabilis ſūt nutrimenti vtpo-
te cholerici nigriqꝫ ſanguinis genera
tiui:neruos ſtomachi percutiunt: vn̄
elixos oportet eos manducare abla-
ta ab eis aqua ꝯditos cū aceto ⁊ oleo
⁊c. Raſis quoqꝫ in tertio Almanſoris
c.xix. ſic de eis inquit. Oīa que aceto
condiunť multā ex ipſo acquirūt ſub-
tilitatem:epar quoqꝫ infrigidāt. Cap
paris ideo que cū aceto condiť minꝰ
calida eſt ea que in ſalmuria ponitur
oppilationi quoqꝫ epatis: ac ſplenis
congruit. Et in libro .xxiij. cōtinentis
c.dclxiiij. dixit. Capparis cuꝫ proprie
tate ſua extrahit vermes cucurbiti-
nos ⁊ autoritate Diaſcoridis ait. eſt
malus ſtomacho ⁊ lenit ventrē ⁊ ſitiꝫ
infert cuius fructus ſi per .xxx. dies bi
bitur quolibet die i q̄titate tertia ter
tij cum vino diſſoluit apoſtema ſple-
nis ⁊ ꝓuocat vrinam ⁊c. Et poſt mul-
ta dixit auctoritate Gal. in libro nutri
menti. ꝙ vires capparis ſunt fortes
valde ⁊ tenues: ideo nutrimentuꝫ ip
ſius eſt modicū admodū rerum ſubti
lium ⁊ anꝗ̄ ſaliantur ſunt abundan-
tis nutrimenti ⁊ qn̄ ſaliunť ſi comedū
tur poſt ipſorū lotionem nutrimenti
ſunt modici valde: ſed conueniūt ad
excitandū appetitū remiſſuꝫ cibi ⁊ ad
acuendum ipſum in ſtomacho:et ad
abſtergendum ventrē de phlegmate
⁊ ad emittendū ipſum per egeſtuꝫ:⁊
ad aperiendū id qđ fuerit in epate et
ſplene de oppilationibus ⁊ ad illud
mundificandū:ſed debēt cōfici in tali
cura cū aceto ⁊ melle aut cuꝫ aceto et
modico oleo ⁊ ante cibuꝫ. Deinde di-
xit circa finē preallegati capituli au-
toritate Bimmaſui capparis corrobo
rat ſtomachum ⁊ appetitū cibi ſi cō-
ditus fuerit cū aceto:tn̄ non conditū
cum aceto nocet ſtomacho:deſicat ip
ſum:ſitim infert:ſꝫ abſtergit id quod
in eo fuerit de phlegmate:aperit op-
pilationes in epate ⁊ ſplene prouocat
menſtrua ⁊ confert doloribus ancha-
rū. Qui oēs a Ga. videnť accepiſſe in
lib. de diſſolutione continua ſic dicē-
te. Cappares cū aceto ⁊ melle qn̄ co-
meduntur ante cibum abſtergunt et
mundificant ſtomachum ⁊ inteſtina
⁊ aperiunt oppilationes ⁊c. Et in ſecū
do alimentorum.c.xxxij. Uirtus cap-
paris eſt ſubtilium partiū ſufficiēter.
Et ꝓpter hoc nutrimentū minimum
tribuit in corpus aſſumentium ipſum
ſicut ⁊ alia omnia quecunqꝫ ſubtiliuꝫ
partium. Utimur auteꝫ pro medicina
magis quaꝫ pro alimento fructu plā
te huius:qua de re ipſis nō ſepius eſt
vtendum.

UVA. BHSC. IyR_272

# De natura citrullorum ⁊ cucumerū.

¶ Cap. clxxx. oſtēdit naturā proprietates ⁊ maliciā nutrimenti citrullorum ⁊ cucumerum.

CJtrulli ſunt ſpēs cucumerū idō de ipſis ſimul cū cucumere dicem⁹: et prio cū Serapione autoritate Gal. ſic ſcribente. Citrullus frigidior eſt cucumere: ⁊ generat chimū viſcoſum ⁊ humores crudos in venis ⁊ accidunt ex eſu eius febres antique male: neq₃ prouocat vrinā ſicut melon: ⁊ nocet ſtomacho. Quare op₃ qui vult vti eis vt vtat̄ ameos niſi ſtomachus eius ſit valde calidus. Et ſubiūxit de mēte habix ꝙ aque citrulli ⁊ cucumeris cōferant inflāmationi febriū: ⁊ ſedat ſitim ⁊ laxat ventrē laxatione bona ſine nocumēto aliquo. ⁊ d₃ bulliri cū zuccaro albo ⁊c. Rabi moyſes vero dixit de citrullo: ꝙ cū ei⁹ digeſtio tardatur: generat humores venenoſos. Jſaac etiā in particularib⁹ dietis de eis inquit ꝙ frigidiores ſunt ⁊ grauiores cucumerib⁹: frigiditas eñ eoꝝ eſt in fine tertij grad⁹: ꝑinde groſſuʒ generāt phlegma: ⁊ neruoſitati ſtomachi magis nocēt cucumerib⁹. Rurſus propter ſuā duritiē et frigiditatē ſunt groſſorū humorū ⁊ ſuperfluorū generatiui. Quod certificat̄: q₂ citrulli morā in ſtomacho faciētes corruptioneʒ ⁊ venenoſos humores faciūt. Citrulli ergo magis ſtomacho nocēt cucumeribus: cucumeres aūt: vt inq̄t Auerrois in. v. colliget. c. de olerib⁹ ſunt frigidiores ⁊ minus humidi: ⁊ min⁹ prouocant vrinā melonib⁹: ſed non corrūpunt̄ ita cito ſicut melones. Sed Auicē. in. ij. cañ. c. clxxx. ſcribēs de eis ait. Cucumer eſt frigid⁹ ⁊ humid⁹ ad ſecundū cuius hec ſunt operationes: q₂ ſedat caliditatē ⁊ cholerā: ſed ei⁹ chimus eſt malus preparatus ad putrefactionē ⁊ ad febres prauas. Citrull⁹ vero lōgioris eſt digeſtionis et diſcurrit in venis crudus: ⁊ generat febres chronicas cuius quidē nocumētū expellit ameos a vehemētia inflationis ſtomachi. Et infra ſubdit: ꝙ raro digeratur bene. Jſaac quoq₃ in particularibus dietis inquit. Cucumeres frigidi ſunt ⁊ humidi i ſcđo gradu groſſi ſunt ⁊ duri ad digerendū ⁊ tarde a ſtomacho deſcēdunt: ſtomacho ſunt nociui: et neruoſitatē eius percutiūt: q₂ ſi cibū in ſtomacho aliquē inuenerint: cū ſui frigiditate cū ſeruant crudū: nec ſinūt a ſtomacho diſſolui: ſed tamē minus ſtomacho nocēt q̄₃ melones: q₂ cucumeres digeſtiue inobediētes virtuti. faciūt in ſtomacho laborē. Melones vero ſtomachi ſubſtātiā molliunt: ⁊ conuertunt̄ in venenoſos humores quib⁹ ſtomachus percutit̄. Sed tñ ſi melones bene digerant̄: meliorē q̄₃ cucumeres generāt chimū: q₂ cucumeris groſſus eſt chimus phlegmati vitreo vicinus. Unde hippocrates. Cucumeres ſūt groſſi ⁊ difficiles ad digerēdū ⁊ magis q̄₃ melones vrinam prouocāt: ⁊ ventrē humectāt. Et hoc eſt id qđ ſenſit Gal. in. ij. alimētorū. c. v. di. Cucumeres vrinatiuā habēt virtutē ſicut pepones: ſed minus illis eo ꝙ ſubſtātia ipſorū minus humida ſit. Et ꝓpter hoc etiā neq₃ corrūpunt̄ facile in vētre ſicut pepones. ⁊ in lib. de euchimia ⁊ cachochimia. c. v. di. Citrulli melones ⁊ melopopōes ſunt fruct⁹ quorū nullus eſt euchim⁹. Si aūt hec nō cito ſubeūt corrūpunt̄ ſcđm ventrē in eū qui fit ex eoꝝ corruptione humorē: ⁊ propinquū mortiferis pharmacis operant̄. Raſis vero in iij. Almāſoris. c. xx. de ipſis hec tātūmodo ſcripſit. Cucumeres et citrulli frigidi ſunt qui ⁊ ſitim auferūt: ⁊ ſtomachū infrigidāt atq₃ vrinam prouocant. Et in. xxiij. cōtinētis. c. dcxj. dixit autoritate Ruffi in li. regiminis de cucumere hortenſi. ꝙ ſubſtātia melonū

UVA. BHSC. TyR_272

eſt tenuior: ſed ſubſtantia immatura melonis eſt groſſior et hꝫ in ſe vires abſterſiuas ⁊ inciſiuas: ⁊ ideo prouocat vrinā ⁊c. Et infra autoritate Bimmaſui ſic ait. Cucumeres ⁊ citrulli ſūt frigidi ⁊ humidi in fine ſcdi gradus: ſed peior ipſorꝫ eſt citrullꝰ: qꝛ generat in ſtomacho phlegma viſcoſum: ⁊ procedit de eo ad venas humor crudus: ex quo quotiēs abūdat fiunt febres chronice: ⁊ nō prouocāt vrinā ad modū melonis: ⁊ velociter corrūpunt in ſtomacho: ⁊ comedēs ipſos affluēter dꝫ vti ameos ita tn̄ ꝙ ipſiꝰ ſtomachus nō ſit inflāmatus ⁊ qui patitur ſincopim ex caliditate: olfatio citrullorū eſt cōueniens cū ꝓprietate ipſorū. Quare cōcludamus cū eodē Raſi in quarto ſuorū aphoriſmorū ſic ſcribēte. Cucumer frigidꝰ bonus ſtomacho. ſ. calido: ⁊ meliores ſunt ſaraceni cı ꝙ̄ gallici proprietatē habent remouendi cholerā. Et ideo pro medicinis eis vtamur.

Cap. clxxxj. oſtēdit naturas ꝓprietates ⁊ iuuamēta cucurbite in via ſolūmodo nutrimenti.

Auerrois in. v. colliget. c. de herbis ⁊ olerībꝰ ſic ſcripſit. Cucurbite: q̄ in arabico dicuntur hula: ſunt frigide ⁊ humide aquoſe: ⁊ talē humorē generāt. ⁊ dicit ꝙ ſunt apte recipere corruptionē in ſtomacho et habēt malā alterationē: ſicut fit in rebꝰ humidis nō habētibꝰ ſtipticitatē terreſtreitatē nec pōticitatē: qꝛ ſunt ſolū aq̄ ⁊ aſſimilāmꝰ ea mouis: nec cucurbite iſtiꝰ regionis ſunt tales: ſed dure digeſtionis: ⁊ groſſioris nature: ita ꝙ nō pn̄t rectificari niſi cū multa decoctiōe ⁊ cū hoc ſunt multū mali chimi: ⁊ adhuc infrigidāt et humectāt eo ꝙ nō habēt virtutē cito exeūdi cū nullā habeāt abſterſionē. Qđ nō minꝰ ſenſit hali. in. v. theo. c. xviij. Et princeps Aui. i. ij. can̄. c. clxxix. dixit. Cucurbita eſt frigida ⁊ humida in. ij. ⁊ illa q̄ eſt elixata nutrit aliquātulū: ⁊ eſt velocis deſcēſiōis ſi nō corrūpit̄ ante digeſtionē propter cām aliquā: ⁊ nō generat̄ ex ea humor malus. Sed ſi corrūpit̄ in ſtomacho ⁊ miſcet̄ ei humor malꝰ: eſt tarde cōſiſtētie ſicut reliqui fructꝰ ⁊ humor q̄ ex ea generat̄ eſt inſipidꝰ: niſi dn̄et̄ ei aliq̄d qđ ſibi ſit cōmixtū. nam ſi cū citonijs cōmiſcet̄ humor eiꝰ eſt illaudabilis ⁊ ſubdit. Uerū nocumētū qđ ipſa affert colon duplicat̄: de proprietate quidē eius eſt ꝙ generat̄ ex ea nutrimētū homogeneū ⁊ qđ ipi aſſociatur. nā ſi comedat̄ cū ſinapi. generatur ex ea humor malꝰ ſtipticus acris ⁊ ſi cū ſale generat̄ ex ea humor ſalſus. ⁊ ſi cuꝫ ſtipticis generat̄ ex ea humor ſtipticꝰ ⁊ eſt oīno nociua quibus dn̄atur melācholica ⁊ phlegma ⁊ bona cholericis. Uerūtn̄ nocumētū qđ affert colon maximū eſt: et in fine eiuſdē capituli iterū dixit Ipſa vehemēter nocet inteſtinis ⁊ colon ꝓprie. ⁊ propter hāc cām colirici: ⁊ q̄cūq̄ alij qui colicā pati conſueuerūt: ei nō approximēt. Iſaac quoq̄ in particularibus dietis ſic inquit de ea. Cucurbita frigida eſt et humida in ſcđo gradu: phlegmaticū generat chimū: proinde cholerice nature cōuenit ecōtra vero frigidis nocet: ⁊ cholericis melior eſt ꝙ̄ ſanguineis: qꝛ eiꝰ humiditas ſtomacho humectat: ⁊ ſitim cholericorū humorꝝ extinguit: ſimiliter debemus eā intelligere eſſe nociuā phlegmaticis pluſq̄ melācholicis. Que q̄dē melior eſt cholerico ſi hoc modo det̄: coquat̄ in coctaneis ⁊ ſucco maligranati aut vue agreſtis: aut cū ſucco malorꝫ citrinorū: aut cū oleo amigdaleo: aut oleo: onfacino condiatur. Phlegmaticis vero ſic datur elixa in aqua ⁊ ab aqua expreſſa cum ſinapi pipere et apio et menta: vtilius datur cum

UVA. BHSC. IyR_272

corum] caliditate temperet᷑: ⁊ tūc chimum generat calidū ⁊c. Raſis vero in iij. Almanſoris. c. xviij. inquit de ipſa. Cucurbita frigida eſt ⁊ humida: que ſtomacho mala exiſtens appetitum deſtruit: ſitim quoqꝫ ſedat: ⁊ epatis a ſtomachi ardorē extinguit ſi in eis qñ abūdat calor. ⁊ in. iiij. lib. ſuorū aphoriſmorū inquit. Et ſi ex cucurbitis nimis comedat᷑ tenaſinū generat: ſed ſi aceto ⁊ alijs preparetur melioratur. ⁊ in. xxiiij. continentis. c. dcx. dicit autoritate Gal. in. vij. Si comeditur cucurbita generat humectationem in ſtomacho: ⁊ incidit ſitim. ⁊ dixit in libro nutrimenti Cucurbita cruda horribilis eſt: ⁊ eius nocumentum in ſtomacho eſt magnū ⁊ vidi quendā comedentem ipſam ⁊ ſentientē in ſuo ſtomacho ponderoſitatē ⁊ frigiditatem ⁊ paſſus nauſeam inde ⁊ vomitum: ⁊ nullum medicamē confert huic vitio: ſicut vomitus. Sed elixa cū humiditate nutrit. ideo nutrimentū eius eſt modicū ad modū omniū ciboꝝ q̄ generant humorē aqueū ⁊ tenuem ⁊ deſcēſio eius de ſtomacho cito fit ex humiditate de qua diximus ⁊ ex lubricatione plana que eſt in ea. Sed qñ digeritur humor eius: non eſt malus niſi p̄cedat eū corruptio ante digeſtionem ipſius: ⁊ corruptio accidit ei aut artificialiter: aut ex humore malo in ſtomacho: ſꝫ ex tarditate eius in ſtomacho fit corruptio ſicut de omnib⁹ alijs fructibus humidis ſi tardant in ſtomacho ⁊ non deſcendūt cito ſola: ex ea generat᷑ humor crudus: ⁊ ſi cuꝫ alio generat᷑ exinde humor iuxta ſaporem illius rei cū quo componitur: q꞉ alteratur ⁊ aſſimilat᷑ ei: ⁊ ſi comedatur cū ſinapi gñatur exinde humor acutus cum caliditate manifeſta: ⁊ ſi comeditur cum ſalito gñatur humor ſalſus. ⁊ ſi cū rebus ſtipticis gñatur inde humor ſtipticus. Et dixit etiam vbi de moris locutus eſt: ⁊ cucurbita licet minoris nocumenti ſit ꝙ̄ alij fructus eſtiui: quotiens nō deſcendit de ſtomacho velociter corrūpitur ita maleqꝫ exprimi non pōt. Uerba aūt Ga. vt in noſtra tranſlatiōe habemus in lib. de euchimia. c. v. hec ſunt. Cucurbita inculpabilis eſt ſola horarioruꝫ fructuū: ſed ſi ipſa corrumpat᷑ in ventre cachochimia ſatis fit ſicut ⁊ mora quare pro omnibus minime videt᷑ cōmendanda ⁊c.

¶ Cap. clxxij. oſtendit naturam nocumenta ⁊ pernicioſa pericula ex fungorū comeſtione prouenētia: ⁊ qui eligendi ſint: ⁊ quomodo preparandi ⁊c.

LIcet fungi in numero radicū a Gal. reponant᷑ in lib. de ſubtiliante dieta. c. ix. vbi dixit: ꝙ oīm radicum eſibilium peſſimi ſint fungi: quāobrē cū fructib⁹ oleꝝ minime forēt reponēdi. q꞉ tñ poti⁹ terre fructus ꝙ̄ radices nobis eſſe vident᷑: iō de ipſis hoc in loco exiſtimauim⁹ ſcribendum: cū plus etiā his ꝙ̄ alijs fructibus aſſimilent᷑: ⁊ ei⁹ nature appropinquēt. Dicamus ergo de eis ꝙ q꞉ peſſimi ſunt. vt Ga. ait vbi ſupra: ⁊ ad comedendum valde periculoſi. teſte eodem in li. de euchimia. c. j. ſic dicente. Uidi deniqꝫ quoſdā quidē propter fungoꝝ eſum mori quoſdā vo ꝓpter conij vel ferulaꝝ: paucos vero ex eis vix ſaluari: iō dimittendi ſunt potius ꝙ̄ aſſumendi vt coꝝ nocumenta nequaqꝫ percipiamus. Quoꝝ cā euidēs eſt ex his q̄ ſcripſit ipſe ē loco allegato: lꝫ poſt multa cū inq̄t. Oim autem edulioꝝ fungi hñt frigidiſſimū ⁊ viſcoſum ſimul ⁊ groſſum chimū: inter quos a boletis ſolū nullus notat᷑ mori: colicā tñ ⁊ hi q̇buſdā attulerūt nō digeſti. Ab alioꝝ vero fungoꝝ eſu: q̄dam: quidē mortui ſunt: quidā vero

venerūt prope mortē diariis aut coli-
ricis oblati: aut ſuffocati periclitātes.
A quo ſumpſit Aui.i.ij.cañ.c.cclxxv.
dicēs. Fungi frigidi ſunt in fine tertij
grad⁹: ꝛ humidi in pricipio ei⁹: ꝛ ideo
generāt humorē groſſū malū: ꝛ eoꝝ
rectificatio eſt vt elixenꝭ: ꝛ ponanꝭ cū
eis pira humida ꝛ ſicca ꝛ ozimū mon
tanū: ꝛ bibatur ſup ipſos vinū purū.ſ.
gratia rectificatiōis ꝛ nō alimēti: qm̄
vt in.iij.j.dixerat. Sup cibū mali chi-
mi vinū non eſt bibendū: qꝛ facit ma
lum chimū in extrema corporis pene
trare. Deinde proſequiꝭ eos deteſtā-
do dicēs. Fungi generāt ſtuporem et
apoplexiā. Et accidit ex illis qui non
interficiūt prefocatio ꝛ proprie interfi
cientib⁹: ꝛ accidit etiā ex illis qui non
interficiūt colirica paſſio qn̄ multipli-
cātur: ꝛ ſunt difficilis digeſtiōis. ꝛ ma
li nutrimēti: ꝛ faciūt poſſidere difficul
tatē vrine. et ſubdit de eis. Sūt q̄ ſunt
mortiferi: ꝛ ſunt illi q̄ naſcunꝭ invicini
tate ferri eruginoſi et rerū putridarū
aliarū. aut in ꝓpinquitate māſionis
reptiliū venenoſorū: aut apud aliquā
arborē quarū propriū eſt vt corrūpat
fungos q̄ apud eas naſcunꝭ ſicut oli-
ue: ꝛ de ſignis quidē eorū eſt ꝙ ſuper
eos humiditas viſcoſa putrefacta ꝑci
pitur: ꝛ cito aduenit eis alteratio ꝛ pu
trefactio ꝛ prouenit ex ipſis cōſtrictio
anhelitus ꝛ ſincopis: cura eorū eſt cū
inciſiuis ꝛ oximelle cū calamēto ꝛc. et
qn̄qꝫ interficiūt ſtatim ꝛ ꝓpterea dixit
Raſis in.iij. Almāſoris. c.xviij. fungi
tuberib⁹ ſunt valde deteriores: quoꝝ
quidā hominē ſtrangulant atqꝫ occi-
dunt. Qui aūt ex illis homini exiſtūt
in corpe viſcoſum generāt phlegma.
Et rō eſt: qꝛ vt ſcripſit Iſaac in.v.d.c.
xxviij. autoritate Galie. fundi in terra
ſicca nati ſunt ꝛ pluuiali aqua enutri
ta. in terra itaqꝫ molli naſcunꝭ ꝛ aqua
quieta putrida nutriunꝭ. vnde Galie.
Oīa inquit naſcentia in ſapore vel in
acumine nō apparētia vꝉ aliquo alio
ſapore naturaliter ſunt ceteris peiora
ſicut fungi qui ſunt peiores ꝓpter ter
re malignitatē ꝛ corruptionē humo-
rum quib⁹ nutriuntur. Sunt ergo peſ
ſimi: ꝛ maxime ſi iuxta oliuā nati fue
rint: quia oliua groſſitiē ꝛ viſcoſitatē
dat eis. ꝛ in.p.d. ſimiliter ait. Fungi
frigidi ſunt ꝛ humidi in tertio gradu
quod mollitie ſuiqꝫ humiditate teſti-
ficātur. Mortiferi groſſam habent vē
toſitatē: ꝛ humiditatē viſcoſam dige
ſtioni inobediētes: vnde illaudabiles
ſunt: vt pote tumoroſi: ideo bonū eſt
vt oīno fugianꝭ. Immortiferos vero
comedere volentes eorūqꝫ nocumen-
tū nō timētes: elixēt atqꝫ piris aut ca-
lamēto miſceātur. Quarū iure expreſ
ſo in alia aqua recoquātur: ꝛ cū pipe-
re: earui: zinzibere: calamēto: origa-
no: ꝛ ſimilib⁹ condiātur ꝛ eſui tribuā-
tur: ꝛ in fine merū vetus potetur. Et
qui frigidi ſunt natura accipiāt in fine
eorū zinziber conditū: diaciminū dia-
trium pipercon: tiriacā: mithridatū: ꝛ
hmōi. Raſis quoqꝫ in.xxij. continētis.
c.dlxxxiiij. dixit de eis autoritate Ga.
in lib. nutrimentorū. Bonus fungus ꝛ
innocēs frigidi nutrimēti eſt ꝛ q̄ abū-
danter de eo ſumit in eo generat hu-
morē groſſum malū ꝛ plures eius ſpe
cies ſunt mortifere: ꝛ vidi quēdā paſ-
ſum fuiſſe de eo ſtrictū anhelitū ſinco
pim ꝛ ſudorē frigidū ꝛ ſaluatus eſt cū
ſtudio cum rebus inciſiuis: cū ſirupo
aceto ꝛ mētaſtro cocto ī eo ſupaſper-
ſis ſuper eū ſpuma ꝛ burac: vnde euo
muit ipos fungos: qui trāſmutati fue
runt ad humorē malum groſſum ꝛ fri
gidum. Noſtra aūt tranſlatio preal-
legati textus tot ꝛ tāta nō habet: ſed
id tantū quod ſupra circa p̄ſentis ca-
pituli initiū adduxim⁹. Ex quib⁹ om-
nibus hanc poſſumus elicere conclu-
ſionē: ꝙ tutiſſima res ſit ob iam dicta
fungos dimittere.

¶ Cap. clxxxiij. oſtēdit naturā pro

UVA. BHSC. IyR_272

pꝛietates ꝛ nutrimentū tuberum que tartufcle dicuntur.

VOlētes oꝛdinē alphabeti obſeruare nō eſſet hic de tuberibus ſcribendū: ſed q2 fungis in omnib⁹ fere ſuis operationib⁹ aſſimilant: ꝓpterea nō videt nobis irrationabile đ ipſis imediate ſcribere poſt fungoꝝ determinationē: ꝛ vt legētes de eis iuxta poſitis facil⁹ valeāt virtutes ipſoꝝ intelligere. Dicam⁹ ergo cū Pꝛincipe noſtro in.ij. canonis.c.d.xcij. ſic ſcribēte. Tubera ſunt ex ſubſtātia terrea pl⁹ ꝛ aquea min⁹: ꝛ i ipſis eſt arietas ꝛ ſubtilitas pauca: ꝛ ſunt pꝛiuata ſapoꝛe: ꝛ melioꝛa eoꝝ ſūt arenoſa alba in q̄b⁹ nō eſt odoꝛ mal⁹. Et que ex eis ſunt ſicca deterioꝛa ſunt humidis: ꝛ illa q̄dē q̄ elixant poſt excoriationē ꝛ ſciſſionē cū cultello cū aqua ꝛ ſale: deinde coquunt cū oleo ꝛ almuri: ꝛ ſpecieb⁹ cōdiētib⁹ ſūt melioꝛa. Et deterioꝛa eoꝝ genera ſunt fungi: ꝛ ꝓpꝛie cū naſcunt ſub arboꝛib⁹ ꝛ in terra mala ſunt groſſa valđ: ꝛ pꝛebēt nutrimētū groſſū melancholicū: ꝛ nō appropinquat eis in hoc aliq̄d. Et eoꝝ quidē tyriaca ē vinū purū: ꝛ ſpecies cōdientes aſſumere. Et ſi elixētur deinde coquant: ꝛ cū eis cōdiant. generat ex eis nutrimētū groſſum nō malū: verūtamē ſapoꝛē nō habēt: ꝛ timetur ex eis paralyſis ꝛ apoplexia: ſunt tarde digeſtiōis īpediētia ꝛ grauātia ſtomachū: ꝛ ſunt groſſi chimi. Et ſubdit ꝙ Gal. in quodā loco ait. ꝙ nō ſint mali chimi: faciūt tñ incurrere colicā ꝛ difficultatē vrine. Ego autē inueni Gal. in li. de euchimia de ipſis ſic ſcribentē. Moderate autē eſt pachichimū ꝛ vocatu iduū.i.trifula: nō tñ ē cachochimū. hec eſt ſeries verboꝝ ei⁹ ꝓut in noſtra habem⁹ trāſlatione que nihil de colica facit mētionē: attamē credendum eſt pꝛincipi: cū rō dicti ſui ſit in pꝛōptu. etiā ꝑ verba Gal. in libꝛo de ſubtiliante dieta.c.ix. ſic dicentis. Quid aūt opoꝛteat dicere de oleribus quoꝝ nō ſolū radices: ſed etiā ꝓductiones ꝛ folia phlegmaticū generant humoꝛē: ſunt autē de hoc genere trifule: attamē quecūq3 in arena ꝛ minus humida cōſiſtūt terra: deficiūt a malicia fungoꝝ ꝛc. Generādo aūt phlegmaticū humoꝛē ꝛ colicā facile poterunt cauſare: vt ei recte impoſuit Auicē. Qđ ſimiliter cōfirmatur ꝑ Raſim in.iij. Almāſoꝛis.c.xviij. ſic dicētē. Tubera frigida ſunt ꝛ groſſa: phlegma quoq3 generāt crudū: que aūt ex eis ruboꝛē habēt mala exiſtūt: quoꝝ multa comeſtio colicā generat: nec ēt abſq3 calidis ſūt edēda ꝯdimētis: fungi tñ tuberib⁹ valde ſunt deterioꝛes. Et in.xxiij. cōtinētis.c.cccccclvj. idē dixit autoꝛitate Galie. Bimmaſui Cum ꝛ reliquoꝝ pluriū antiquoꝝ: quoꝝ dicta eadē ſūt cū ſupioꝛib⁹: ꝛ iō ob tedioſā ꝓlixitatē ea nō adducem⁹: id tñ nō ꝑtermittam⁹. qđ ipe Raſis inq̄t i.xxv. li. eiuſdē.c.j. de tuberū ꝑparatione verbis iſtis. Si elixa fuerint in aqua: ſale ꝛ oꝛigano: aut in oleo ꝛ oſſa fetida annihilabit id qđ generādū eſt de eis i ſtomacho de phlegmate viſcoſo: ꝛ ſimilis cōditio debet fieri in fungis. ꝙ ſi inuenit poſt comeſtionē ipſoꝝ ponderoſitas: debes bibere de vino ſimplici: aut de aqua mellis: aut de tyriaca dragmā vnā: ꝛ ea ꝓpter hmōi res a nobiliſſimis viris: quibus pꝛecipue hūc noſtrū libꝛū ſcripſim⁹: minime debent mādúcari: eo ꝙ eoꝝ cōplexiones ſunt vt plurimū delicate: ꝛ ſtomachi ipſoꝝ debiles tubera fungos ꝛ talia groſſa bene digerere nō valentes. quare fugiant ipſa.

¶ Cap.clxxxiiij. oſtēdit naturā melonū ꝛ ꝓpꝛietates eoꝝ in via nutrimenti: declarando qui eoꝝ deterioꝛes: ꝛ q̄ nouici minus exiſtant.

UVA. BHSC. IyR_272

ait i. ij. cañ. c. cccxx. frigidū
eſt ad primū: ⁊ humidū in
ipſo: ⁊ acetoſuꝫ eſt frigidū
⁊ ſiccū in ſcōo. Et acetoſuꝫ
reprimit cholerā: ⁊ ꝓhibet curſum ſu
perfluitatū ad viſcera ⁊ proprie vinū
eius. Et in oībus ſpēbus eius vſꝗ̄ ad
acetoſum eſt abſterſio cū ſtipticitate.
Et dulce quidē lenificat naturā: ⁊ to-
tum ipſius eſt parui nutrimēti: ſed eſt
bonum. Muzū vero quādoꝗ̄ eſt ma
gis iuuatiuū ſtomacho ꝗ̄ poma ⁊ ci-
tonia: ſed eius granū eſt malū: aceto
ſum exaſperat pectus: ⁊ dulce lenit ip
ſum: ⁊ cōfortat pectus: ⁊ cōfert tremo
ri cordis: ⁊ abſterget os ſtomachi. Et
muzū cōfert inflāmationi ſtomachi.
Et dulce eſt cōueniēs ſtomacho pro-
pter illud quod eſt in ipſo de ſtiptici-
tate ſubtili. Et acetoſuꝫ nocet ſtoma-

UVA. BHSC. IyR_272

cho:⁊ cũ hoc grana granati ſunt ma-
la ſtomacho:⁊ melius eſt vt fugat fe
bꝛic̃s de ipſo poſt cibũ ſuũ:⁊ ꝓhibeat
eleuationẽ vapoꝛũ:q̃ꝫ vt premittat ip
ſum:⁊ ſubleuent materie ab inferioꝛi
bus. Acetoſum ⁊ dulce pꝛouocant vri
nam:licet magis acetoſum:q̃uis etiã
magis noceat ſtomacho ⁊ inteſtinis.
Et granatũ muzum confert febꝛibus
acutis ⁊ inflãmatione ſtomachi. Sꝫ
dulce multotiens nocet acutas habẽ
tibus febꝛes. Et iõ in pꝛima quarti tra
ctatu.ij.c.xxxix.ſic Princeps ait. Fru-
ctus q̃ diligunt febꝛicitanti febꝛe cho-
lerica ſunt granata dulcia ⁊ muza et
pꝛuna ⁊c. Cuiꝰ ratio eſt: q2 vt inquit
Auerrois in.vij.colliget.c. de ſincopi.
in granis granatoꝛũ pꝛopꝛietas repe
ritur reſiſtẽdi putrefactioni:⁊ vt cibꝰ
in fumoſitatibus malis cõuerti mini
me poſſit. Que etiã fuit Raſis ſenten
tia in tertio Almãſoꝛis.c.xx. dicẽtis:
Mala granata dulcia nõ infrigidant
ſed inflamationẽ ⁊ ſitim faciunt:atq3
guttur leniũt. Acetoſa vero pectoꝛis
aſperitatẽ faciũt:ſtomachũ ⁊ epar in-
frigidãt:epar tñ pꝛopꝛie que chole-
re ac ſanguinis caloꝛẽ extinguẽtia fe
bꝛem repꝛimũt ⁊ vomitũ. Et in libꝛo
quarto ſuoꝛũ aphoꝛiſmoꝛũ ſic idẽ ait.
Mala granata dulcia lenia bonos hu
moꝛes generãt:⁊ expellunt humoꝛes
putridos ab oꝛificio ſtomachi:mouẽt
appetitũ comedendi:⁊ eoꝛũ acetoſa
ſtomacho nociua ſũt ex pꝛopꝛietate.
Et in libꝛo.xxij.cõtinẽtis dixit aucto-
ritate. Diaſcoꝛidis. Omne granatum
eſt boni chimi bonum ſtomacho mo-
dici nutrimenti. Sed granatum dul-
ce generat caliditatẽ modicã in ſto-
macho ⁊ inflammationẽ.⁊ iõ nõ va-
let ad calidas perſonas:tamẽ aciduꝫ
cõfert ſtomacho inflammato:⁊ ma-
gis pꝛouocat vꝛinã q̃ꝫ aliud granatũ
⁊ ẽ vehemẽtioꝛis ſtipticitatis intãtũ
ꝙ etiã granatoꝛum acidoꝛũ:ſi ponun
tur in cibarijs:pꝛohibent ſuperfluita
tes ne veniant ad ſtomachũ ⁊ inteſti
na:⁊ decoctio ipſius confert vlceri in
teſtinoꝛuꝫ ⁊ emanationi humiditatũ
antiquarum a matrice. Idẽ quoq3 vo
luit haliabas in quinto Theoꝛice.ca
pitulo.xix.dicẽs. Granatuꝫ cõplexio-
nis et frigide:⁊ qđ acerbum eſt: foꝛ-
tis eſt frigoꝛis humiditatis tẽperate
⁊ ſiccitatis:cholerã hic repꝛimit: ſto-
machum cõfoꝛtat ⁊ epar caliduꝫ: vo-
mitũ ſedat:⁊ materias ꝓhibet ne ad
ventrẽ fluãt cholericas. Dulce autem
inter caliduꝫ ⁊ frigidum ⁊ tẽperatum
eſt:⁊ humidã habet cõplexionem. tuſ
ſimq3 que eſt ex caloꝛe mitigat:⁊ gene
rat in ſtomacho frigido ventoſitatẽ:
Ex quibꝰ ſatis liquet ꝙ granata plꝰ
in via medicine q̃ꝫ in via cibi reponũ
tur:⁊ propterea tẽpoꝛe ſanitatis aut
nunq̃ꝫ:aut raro eis vtendum eſt.⁊ pꝛ-
cipue acidis:niſi gratia extinctionis
caliditatis ſtomachi vel epatis ⁊c. Et
ꝙ ita ſit patet per Galie. in ſecundo
de alimẽtis.c.xxij.ſic dicentẽ. Alimen
tum autẽ coꝛpoꝛi exhibẽt q̃dem, gra-
nata omnino modicuꝫ: quare nunq̃ꝫ
ipſis vt alimento vtimur:ſed in phar
maci parte ſolum ⁊c.

¶ Ca.cxcviij.oſtẽdit naturã ⁊ iuua
mẽta iniubarum in via nutrimen
ti nõ facere ad ſanitatẽ.

Iuiube melioꝛes:teſte Aui
cẽ.i.ij.canonis. c.cclxx.ſũt
maioꝛes earuꝫ:que frigiđ
ſunt in pꝛimo equales in
ſiccitate ⁊ humiditate: et
ſunt declinãtes parum ad humidita
tem. cõferunt acuitati ſanguinis cali-
di:⁊ extimo ꝙ illud ſit ꝑpterea ꝙ in-
groſſant ſanguinẽ ⁊ viſcoſum faciãt
ipſum:⁊ illoꝛuꝫ exiſtimatio qui putãt
ꝙ ipſe clarificent ſanguinẽ ⁊ lauẽt eũ
eſt exiſtimatio coꝛrupta:ad quã ego
nõ declino:⁊ nutrimẽtum earum ⁊ di
geſtio ſunt difficilia:⁊ ſermo q̃dẽ bo-

UVA. BHSC. IyR_272

ñus in eis eſt ille quē dixit Gal. Non reperi iniubas in cōſeruāda ſanitate ⁊ remouēda egritudine aliq̄d operātes: ſed reperi eas difficilis digeſtionis et pauci nutrimenti: conferunt pectori ⁊ pulmoni: ſunt male ſtomacho ⁊ difficilis digeſtionis. Qđ ſimiliter voluit Iſaac in particularib⁹ dietis. c. ꝓprio. cū inq̄t. Iniube calide ſunt ⁊ humide in primo gradu: paruz nutriunt: ⁊ ſunt difficiles ad digerendum ſtomachoq̄ʒ nociue ⁊ ſanguinis phlegmatici gn̄atiue. Que tñ cū ſūt pōtice ⁊ imature ſanguinis acumē extingunt: ⁊ ſi ad maturationis tēpus peruenerint pectoris ac pulmonis aſperitatem humectāt. Vñ Gal. iniube nec ſanos cuſtodiunt: nec ſanitatez egris reſtaurāt. Raſis vero de eis ſic dixit ĩ tertio Almāſoris. c. xx. Iniube in caliditate ſunt tēperate: ⁊ ſunt bone gutturi ⁊ pectori: ſanguinis quoq̄ʒ acuitatem parumper extingunt. Et in libro quarto ſuoruʒ aphoriſmorum ſic inquit. Iniube ardorem ſanguinem extingunt: choleram expellunt: humiditates tēperant: ⁊ maxime recentes et mature. Et dixit Cratin ꝙ eſt mirabilis earum natura. Et i. xxſ. cōtinētis. c. cccccxvij. dixit autoritate Bimmaſui. ꝙ iniube calide ſunt ⁊ humide in primo: ⁊ cū proprietate earum deponunt acuitatē ſanguinis cholerici: cōferunt pectori ⁊ pulmoni: tamē male ſunt ſtomacho. Et inq̄t Gal. in libro nutrimēti. ꝙ nutrimētum ipſarū eſt modicum: ⁊ ipſaruʒ digeſtio eſt difficilis. ⁊ generāt phlegma. vt etiā retulit Serapio autoritate eiuſdē ĩ loco allegato. Et ꝓpter ſapientum medicoꝝ cōſilio vtamur: ⁊ ipſas poſtponas ſi noſtrā cupim⁹ ꝯſeruare ſanitatē eo q: parū nutriūt: ⁊ q: id minimū nutrimētū ipſarū ē malū ⁊ phlegmaticū: omnino ab his q̄ frigide fuerint cōplexionis ⁊ frigidi ſtomachi fugiendū.

¶ Capitulū. cxcix. ponit naturaʒ proprietates. ⁊ iuuamenta limonum ⁊ arantiorū.

DE his duob⁹ in vno capitulo ſcribendū eſſe iudicauimus: cū eorū nature operationes ⁊ ꝓprietates ſimiles exiſtāt. pariterq̄ʒ ad mēſas nobiliū veniant. De quorum primis dicemus cū autore pandectarū ſic: primo de limoncello ſcribente. Limōcellum oībus eſt notū: cuius odor confortat cor: ⁊ eius acetoſitas eſt frigida ⁊ ſicca: ⁊ valet ſirupus ex ea factus ad febres peſtilentiales. deinde dixit de limone. Limō fruct⁹ pulcher odorat⁹ plenus ſucco acetoſo valde apto ſalſamentis. ⁊ ipſe etiā comeditur ſale cōdit⁹. Nuſq̄ memini de ipſo legiſſe apud authorem autenticum: niſi apud Auicen. in quarto canone in cura febrium acutarū in generali: vbi iubet dare aquā acetoſitatis limonis nō ſaliti. Qđ etiā preciſe Michael noſter inq̄t: veꝝ ipſe addidit vt exiſtimo totū abſolute dicēdū frigidū ⁊ hūiduʒ vſq̄ʒ ad ſcđm ⁊c. Cui⁹ exiſtimationē nolum⁹ reprobare: cū proximo: vt Chilon ait: nō ſit maledicēdū alioquin audituros q̄ nō merore cōficiāt. Sed tātū q̄d de cōplexione hoꝝ fructuū: ſalua ſemꝑ vniuſcuiuſq̄ʒ reuerētia: ſentiam⁹. breuiter explicabim⁹ ea fūcti auctoritate q̄ anno etatis noſtre vigeſimo ꝑ clariſſimos collegij nr̄i ꝓfeſſores nobis fuit ꝓ ſua in oēs humanitate ꝯceſſa dicētes. ꝙ limonū ſucc⁹ frigid⁹ ſit ſupra ſcđm. q̄litercūq̄ʒ ipſū volueris dnoīare: acetoſū. ſ. aut ſtipticū aut pōticū vł ex his cōmixtum. Nullū em̄. viij. ſaporū poteris ei magis q̄ aliquē iſtoꝝ appropriare vt pʒ diſcurrēdo. Si dixeris eū acetoſū. reponem⁹ ipſū frigidū eſſe ⁊ ſiccū in ſcđo. ⁊ dicem⁹ ꝙ ei⁹ humor ſit ſubtilis penetrabilis humores groſſos icidēs: ⁊ appetitū ꝓſtratū excitās iuxta ſniaʒ Iſaac i. v. d. c. xiij. dicētis. Acetoſ⁹ ſapor fri

UVA. BHSC. IyR_272

giditatem in ſecundo gradu eſſe de-
nũciat:q: humores ſui ſubſtantiales
ſunt ſubtiles ꝛ penetrabiles ꝛ partim
terreſtres:ideo pforat ꝛ incidit groſ-
ſos humores ꝛ appetitum cõmouet.
Que fuit etiã Gal. determinatio in q̃r
to de ſimplici medicina diſtinctione
ij.cap iiij.Si vero dixeris ſuccũ limo
num ſtipticũ eſſe aut põticũ:qḋ ẽ ma-
gis veriſimile:ꝛ nos pronũciabimus
eũ frigidũ eſſe in tertio aut in pͥncipio
eius dicẽte Iſaac ĩ loco allegato. Põ-
ticitatis humores ſũt pure terreſtres
ꝛ frigidi ſimiliter ꝛ ſicci tantũ. qḋ ne-
ceſſe eſt vt in fine tertij gradus ſint vi
cini:vnde ꝛ ſua nutrimenta ſunt par
uiſſima ꝛ groſſos humores facientia
ꝛ ſubtili diete illaudabilia ꝛc. Si aũt
ſtipticũ dices ꝛ frigidũ in.iij.ꝛ ſiccum
habebis ipm collocare:vt'oẽs volue-
runt antiq̃.dixit em̃ Gal.in.iiij.de ſim
plici medicina diſtin.vj. Omne corp⁹
ſtipticum denudatũ ex reliquis ſapo-
ribus apud ſenſum inuenis ſemper
experimẽtum infrigidare.Quã cũ ha
beat cõplexionẽ infrigidat corpus hu
manũ et deſiccat:carniũ quoqꜫ ac ſan
guinis minorationẽ faciet ſi quis eo
multotiens vtatur. ſtomachũ quoqꜫ
cõfortat:ac ventrẽ ſcḋm plurimũ con
ſtringit:ꝛ ſanguinẽ gñat melãcholi-
cum:vt etiã ſcripſit Almanſor in. iij.
Et ſi cõpoſitũ ex dictis ſaporibus di-
xeris:cõpoſitas habebit opatiões ex
illis reſultantes:q̃b⁹ autẽ in fine ſcḋi
aut in tertij frigidũ habebis pnuncia
re ꝛ deſiccatiuũ. Et pꝓterea non via
cibi:ſed via potius cõdimenti limoni
bus ꝛ limoncellis erit vtendum:nec
etiã ab omnibus:ſed ab his tãtũ qui
calidũ ꝛ nõ appetentẽ ſtomachũ ha-
buerit.Quare ꝛc. ¶De arancijs vero
pandectarũ auctor ſic inq̃t.De citran
gulo nunq̃ mentionẽ reperi:niſi in.v.
canonis ꝛ in antidotario Damaſceni.
Nobis autem videtur ꝙ Gal.in.ij.de
alimentis.ca.xv.de cedrorum fructu
fecerit mentionẽ.Quiquidẽ fruct⁹ nõ
citrum:vt patet primo per eundem fa
cientẽ.ca.xxxv.de citro. Patet etiã per
ſeriem verborũ ei⁹ que eſt talis. Ce-
drias nominãt fructũ cedri:ſimiles q̃
dem entes archeutidibus ſcḋm colo-
rem ac figuram:etem̃ ſubruffe ꝛ rotũ-
de ſunt differentes autẽ dirimitate id
eſt pugitiuitate ſcꝫ a limonib⁹ : ma-
gis enim limones pungunt q̃ aran-
cie:vt docet experientia.Et propterea
dicebat Michael noſter. dꝫ eligi arã
cia põderoſa ꝛ min⁹ acetoſa q: min⁹
ſtomachũ ledũt ꝛpoſt aliq̃ ſubdit.Ca
roꝫo eoꝝ cõfert ſtomacho calido cho
lerico:ꝛ reprimit acuitatẽ cholere: no
cet tamẽ plurimũ ſtomacho frigido:
ſicut cortex eius maxime confect⁹ cuꝫ
zuccaro cõfortat eũ. Pro his tamẽ q̃
ea nõ cognoſcunt:ꝛ ab acetoſis in ſto
macho ledunt:ſciendũ ꝙ melius eſt
vt ipſam non comedãt. que tamen
ſi omnino deſideraret rubicundio-
ra ſaltẽ ꝛ leuia corticẽ groſſum haben
tia ſibi emant: qm̃ hec maturiora et
dulciora minuſq: nociua exiſtunt.Et
de eis ĩ modica ſumãt quantitate:cũ
impoſſibile ſit vt omnimoda careat
acetoſitate ſtomacho pluriũ inimica
dicente Gal.vbi ſupra.Commune eſt
oĩm pungitiuorũ modicũ dare corpo-
ri nutrimentũ:q: palã ſuccus ei⁹ mor
dicatiu⁹ eſt ſatis ſtomachi ꝛ graua-
tiuus capitis:niſi aliquis valde parũ
ipſum offerat. quare.ꝛc.

¶Capitulũ.cc.oſtendit naturã et
pꝓprietates meſpilorũ cũ iuuamẽ-
tis ꝛ nocumentis eorũ.

MEſpila aũt ſcḋm vulga
res neſpila frigida ſũt
ꝛ ſicca in primo gradu
teſte Iſaac in particu-
larib⁹ dietis.c.pꝓprio et
pꝓprietatẽ habẽt ſtoma
chum confortandi:cholericã egeſtio-

UVA. BHSC. IyR_272

nem ac vomitũ auferũt vrinã prouo-
cãt: ⁊ magis pertinet ad medicinã ꝙ̃
ad cibum parũ em̃ nutriunt ⁊ groſ-
ſos faciunt chimos: ⁊ meliora ſunt an
te cibũ ꝙ̃ poſt. ⁊ ſecundũ Auicē. in ſe-
cundo canõis. capitulo. ccccccclvij. ſũt
mala ſilueſtria: ⁊ ſunt ſaporis põtici ⁊
ſtiptica vincentia cholerã: ⁊ retinẽtia
curſum: id eſt fluxũ: plus omni fructu
faciũt ſoda ⁊ ſunt mala ſtomacho et
ſtrigũt ⁊ retinẽt vrinam. Sic quoqꝫ a
Serapione ſcribit̃. Laror eſt arbor ſpi
noſa: cuiꝰ vna pars vocat̃ meſpilũ: et
habet fructũ paruũ ſimilē malis par
uis bonũ ad comedendũ: ⁊ eſt ſtipti
cus bonus ſtomacho: ⁊ cũ comedit̃ re
tinet vẽtrē ⁊ tarde maturat̃. Que fuit
etiã Gal. ſnia in. ij. alimẽtorũ. c. xxiij.
dicẽtis. Fructꝰ meſpili eſt ſtipticiꝰ ſti
pticitate forti: ⁊ ĩ folijs ⁊ ĩ ſũmitatibꝰ
eſt ſtipticitas. Uirtus eiꝰ eſt frigida
palã. qm̃ taliũ omniũ parũ comedere
cõuenit nõ vt ficuũ aut vuaruꝫ copio
ſe: neqꝫ em̃ vt alimẽto: ſed medicinis
ipſis indigemꝰ magis. in. vij. de ſim-
plici medicina. c. Meſpiluꝫ ſcd̃m tranſ
latione grecã quidã tricoctuꝫ nomi-
nãt. eo ꝙ tria habet oſſula oĩa intra
ſe. ⁊ poſt aliqua ſubdit. Stipticꝰ aũt
ſufficiẽter eſt fructꝰ huius arboris: et
vix eſibilis ⁊ recẽtiꝰ ſufficiẽter eſt. vẽ
tris: ⁊ in germinibus eius ⁊ folijs ſti-
ptica qualitas eſt nõ pauca. Diaſcori
des quoqꝫ ſcd̃m trãſlationē grecam
ſic inq̃t de eo. Meſpiluꝫ ſemē habet
rotundũ fructuꝫ minimũ matiano ſi-
milē tria oſſa habēs: vnde tricoctũ di
cit̃ ſtipticuꝫ eſt eu ſtomachuꝫ vẽtrē ab
ſtinet ⁊ tarde matureſcit. A quo ſum
pſit Raſis cũ i. iij. Almãſoris. c. xx. de
eis ait. Frigida ſunt ⁊ ſicca q̃ vẽtrem
ſtringunt ⁊ cholerã reprimunt rubeã
⁊ vomituꝫ abſtinẽt ⁊c. ⁊ ſubdit. Et q̃
ex eis ſunt dulcia adhuc ſunt debilio-
ra. Ex q̃bus patet ꝙ rebꝰ hmõi nõ eſt
vtendũ: niſi gratia medicine ⁊ nõ rõ-
ne nutrimẽti vt p. Gal. apparet vbi ſu
pra. ⁊ in libro de euchimia ⁊ cacho-
chimia. c. v. ſic dicente. Pomis ⁊ piris
⁊ meſpilis nõ vt cibis: ſꝫ vt pharma-
cijs indigemus ad robur ſtomachi at
qꝫ vẽtris: ⁊ difficilis ſunt digeſtionis:
⁊ ideo in parua ſumãtur quãtitate et
raro: necnõ ab habentibꝰ ſtomachum
calidũ cholerizantē ⁊ huiuſmodi: ab
alijs vero minime.

¶ Capitulũ. ccj. oſtẽdit naturã ꝓ
prietates ⁊ iuuamenta mororum
in via cibi.

MOrũ dulce vt princeps
ait i. ij. cano. c. ccccxcix.
currit ſcd̃m ſemitã fi-
cus in maturatione: ſꝫ
eſt deterioris nutrimē
ti ⁊ minoris ⁊ ſiccioris
⁊ magis deſtruēs ſan
guinem: ⁊ deterius ſtomacho: in reli
q̃s vero ficus diſpoſitiones habet: eſt
tamē inferius ea dulce ē calidũ ⁊ hu-
miduꝫ: ⁊ acetoſum ē ad frigiditatē de
cliue: ⁊ in ipſo eſt frigiditas ⁊ ĩfrigi-
datio. Et ĩfra inq̃t. Morũ eſt malum
ſtomacho: corrũpit̃ enim in eo: ⁊ qñ
do non corrũpitur velociter: non noce
Et oportet q̃dem vt comedãtur oēs
ſpecies eiꝰ ante cibũ: et recipiãt̃ ſto
macho in quo nõ fit corruptio. Illud
vero de ſeni nõ nocet ſtomacho chole
rico: et nõ ē in ipſo de mala cõuenien
tia ſtomacho qd̃ eſt in alijs: ꝙ̃uis ſit
in ipſo malitia: ⁊ nõ eſt nauſea in ipſo
⁊ nutrimẽtũ eius eſt paruũ: ⁊ facit ap
petitũ cibi: ⁊ facit ipſum lubricũ: et ex-
trahit ipm̃ velociter: ⁊ oĩno deſcẽſus
eiꝰ a ſtomacho fit velociter: ſꝫ eiꝰ de-
ſcẽſus ex inteſtinis eſt tardus: ⁊ ſolu-
tio mori eſt plurima: ⁊ ꝓpter hoc in
moro quidē dulci eſt velocitas deſcen
ſionis: aut propter ſuam humidita-
tem: aut propter acredinem et admix
tam. Et in oĩbus quidem ſpeciebus
mori eſt prouocatio vrine. Isaac vero

UVA. BHSC. IyR_272

in particularibus dietis.c.ꝓprio ſic de eis ſcripſit. Mora celſi duobus modis ſunt: aut cruda: aut acria non natura aūt matura perfecte dulcia. Acria ⁊ nō matura ſunt frigida ⁊ ſicca vim habēt ſtipticā confortatiuā ſtomachi ⁊ inteſtinorum: ⁊ ventrē cōſtipāt: ⁊ ꝓpterea huiuſmodi valēt ad diariā ⁊ diſſinteriam: maxime ſi de cholera ſint. Matura ⁊ dulcia ad calorē pertinēt ⁊ ad humiditatē. plus autē ad humiditatem que ex ſtomacho eijciuntur cito ventrem humectāt: vrinā prouocant. Si tamē cibum in ſtomacho ante ſe acceptum inuenerint: ⁊ eis obſiſtētibus cōmorantur in corruptionē cōuertuntur ⁊ ſtomacho nocent ac capiti. Si autē ſtomachū vacantem inuenerint: bene digerunt: ſed modicū nutriunt ieiunis accepta ⁊ refrigerata in aqua frigida: aut in niue refrigeratiua ſunt valde: ſitim auferunt: ⁊ intenſionem caloris extingunt ⁊c. Hec etiā fuit Raſis ſententia in.iij. Almanſoris.c.xx. dicētis. Mora que ſunt dulcia in caliditate ſunt temperata: ⁊ in ſtomacho faſtidiū faciūt. Acetoſa vero frigida ſunt: que ⁊ ventrē cōtinent: ⁊ ſanguinē fortiter reprimunt. Et in lib. xxi. continentis.c.clxxi. autoritate Diaſcoridis ſimiliter ait: ꝙ laxant ventrē ⁊ cito corrūpuntur in ſtomacho. ⁊ autoritate Gal. in.vij. ſubiūxit. Fructus celſi maturus laxat ventrē: cū eſt acerbus ⁊ deſiccatus ſtringit fortiter ventrē: ⁊ valet contra diſſinteriā ⁊ oēs ſpecies fluxus. Et ait libro dietarū. cū comeduntꝰ celſi ante comeſtionē: ⁊ inueniāt ſtomachum mundificatū velociter deſcendūt a ſtomacho: ⁊ reddunt facilem deſcenſum aliorū ciborū: ⁊ cum comedūtur poſt cibum: ⁊ in ſtomacho ſunt mali humores: velociter corrūpuntur: ⁊ nocēt magno nocumēto: ⁊ ſicca mora vel deſiccata: ſunt medicina diſſinterie ⁊ fluxus chronici: ⁊ velocitas deſcenſionis ipſorum ſunt maturi: pōt eſſe ꝓpter humiditatē ⁊ viſcoſitatē ſue ſubſtātie: aut propter qualitatē permixtā eis habentem ſuperfluitatē acutam laxantem ventrē. ⁊ ſubdit. Et qñ celſi non corrūpūtur in ſtomacho: ꝓculdubio humectant ⁊ non infrigidāt niſi fuerint infrigidati: ⁊ eorꝝ nutrimentū eſt paucū ſicut melonū: ſed non ſunt mali ſtomacho ⁊ nō vomitū mouēt ſicut melones. Poſtremo dixit autoritate eiuſdē in libro chimorū: ꝙ cum celſi deſcēdūt ſtomacho priuſꝗ̃ corrūpantur: non oīno faciunt malā operationē: niſi multiplicetur ipſorꝝ eſus. Ex quibus patet ꝙ raro: ⁊ non niſi ab habētibus ſtomachum mundū: mora ſint mādūcanda. Et ꝙ ita ſit apparet etiā per Haliabatez in.v. theorice.c.xix. ſic dicentē. Mora frigide ſunt cōplexionis in primo gradu. in ſcdo vero humide ꝗ̃ bñ matura ſunt: ventrē molliunt: immatura autē ſtringunt: eorūꝗ; cōplexio frigida eſt ⁊ ſicca. Et ſi q̄s mora ſtomacho purgato comederit ⁊ vacuo cito ab eo deſcendūt: vrinam ꝓuocāt: ⁊ humorē generāt bonū. Si ſit autē mala in ſtomacho ſuperfluitas cito corrūpuntur ⁊ humorem reprobū generāt. ideo ante cibum comedēda ſunt. hec ipſe. Qđ etiā voluit Gal. vbi.ſ. ⁊ in lib. de diſſolutione continua: vt in.c. de chryſomilis annotauimus. quare ⁊c.

¶ Cap.ccij. oſtēdit naturā ꝓprietates ⁊ nutrimentū nucū vſualiū cum ſuis nocumentis.

Nuces calide ſunt ⁊ ſicce ⁊ prouocāt vomitū ⁊ laxant ventrē: teſte Auerroi l.v. colliget. vbi ſubiunxit. Et dicitur ꝙ habent malā proprietatē: ita ꝙ qui vtuntur eis nimis faciūt eis in lingua paralyſim ⁊ comeſte cum ficubus obſtant veneno loco bezaar: et multum valent ſenibus ⁊ nocent illis

UVA. BHSC. IyR_272

qui timent paſſiones caloris: ⁊ tēpore magni frigoris nō ſunt nociue. Quod etiam voluit princeps in.ij.canonis.c. cccccij.cū dixit. Nux eſt calida: cuius tiriaca eſt cum datur calefactis. oximel: ⁊ habentibus debilem ſtomachū cum muri ⁊ aceto: ⁊ calida eſt in tertio ⁊ ſicca in principio ſecūdi: ⁊ eius ſiccitas eſt minor caliditate ipſi⁹: ⁊ in ipſa eſt humiditas groſſa que delet̄ cū antiquatur. Facit ſoda: eſt difficilis digeſtionis ⁊ mala ſtomacho ſed nutrita ⁊ recens eſt melior ſtomacho ⁊ minoris nocumēti: ⁊ illud qđ frangitur a duobus corticibus ſuis: ⁊ nux quidez nutrita cū melle cōfert ſtomacho frigido: dico autē ꝙ nux nō eſt incōueniēs niſi ſtomacho calido tantum. Facit bothor. Et quando comeditur cū muri ſoluit. Multus vero vſus eius educit vermes paruos ⁊ aſcarides⁊ eſt ex eis que cōferunt orbo ⁊ cū ficubus et ruta comeſta eſt medicina oībus venenis ⁊ ex ea cū cepe ⁊ ſale fit emplaſtrum ſuper morſum canis rabioſi et reliquorū. Similiter haliabas in.v. Theorice.c.xix.dixit.ꝙ calida eſt ⁊ humida in ſecundo gradu ⁊ recentis calor eſt modicus. humiditas autē multa. Et poſt aliqua ſubdit. Eſt autē nucis cibus paucus: que autē vetus eſt facta comeſtioni nō cōpetit: recēs autem ventrē mollit maxime ſi cū muri comedatur: niſi ꝙ capitis dolorem facit ſi nimiū comedatur: ſitim etiā prouocat: ⁊ in choleram mutatur rubeā: magis autē que vetus eſt ⁊ ſi cū ficubus comedatur prodeſt venenoſoruz veneno. ⁊ demū cōcludit. Non eſt autem a nucibus ſanguis generatus malus. A quo ſumpſiſſe videtur Iſaac in particularibus dietis cū inquit. Nuces virides ſunt minus ſicce calide tamen: ⁊ habent aliquantulū humiditatis propter maturitatē imperfectā: vnde paruz ſunt ſicce parumqꝫ ſtomacho nociue: que ſi a ieiunis comedantur cū obſomogaro ⁊ aceto ventrem humectant: cū ruta autē manducate ſunt cōtra venenum. Sicce vero ſunt tripliciter: quedā eñ ſunt tpī producēti eas vicine quedā remote: ⁊ alie ſunt mediocres: ꝓpinque ſunt humide parum vnctuoſitatis habentes atqꝫ quidam ponticitatis in eis eſt: que quanto ab eodē elongātur tpe: tanto eoꝝ cōſumitur humiditas: eiſqꝫ vnctuoſitas dominat̄: que tunc manducate cito in humorē cōuertuntur cholericuz quibus itaqꝫ vetuſtioribus exiſtentibus vnctuoſitate multo magis dominante fit earum ſapor ⁊ vetuſtiſſimuz oleum ⁊ cibi naturā augmentāt. Cetere vero nuces corporibus nocēt: qꝛ difficulter digeruntur: ⁊ ſtomacho nocēt cholericis aſſimilantur humorib⁹: calideqꝫ inimicant̄ tuſſi: ⁊ proſequit̄ deinde. Nuces minus auellanis ſunt nutribiles ꝓpter ſuoꝝ corpoꝝ raritatem ⁊ ſue vnctuoſitatis viſcoſitatiſqꝫ copiam: vnde villis ſtomachi ſemꝑ ſunt cōtrarie: niſi tamen ſtomachum inueniant temperatum: aut tātum habentem frigiditatis quantū caloris nunc repugnare valet. Idcirco tali fiūt ſtomacho nutrimenti boni boneqꝫ digeſtionis: calorē autem habēti preſtant vnctionē ī cholericūqꝫ mutant̄ humorem ac fumos capitiqꝫ dolorē faciunt ⁊ in oculis vertiginē: ſed vt ab eis omne auferat̄ nocumētum: mundate in aqua calida ponant̄ per noctē vt partez humiditatis ab aqua ſibi mutuēt fientqꝫ virides ſcđm vero medicinam valent: qꝛ ſi cum ficubus ante cibum edant̄ cōtra rem venenoſam corp⁹ defendunt ⁊c. Idē quoqꝫ Raſis ſenſit in iij. Almāſoris.c.xx.cū ait. Nuces calide ſunt: ꝙ in ore veſicas faciunt ⁊ calefaciūt ac capitis generant dolorē. Et in.iiij.ſuoꝝ aphoriſmoꝝ libro. Nuces auellane male ſunt ſtōacho ⁊ epati: ⁊ hūores malos efficiūt ī ieiuno. ⁊ ī.x.ci. ꝯtinēt̄.c.cciij.autor. Sa.ī.vij.dixit. Nu

UVA. BHSC. IyR_272

ces que nõ ſunt cõplete neq; deſiccate ſunt replete humiditate indigeſta. Et autoritate Diaſcoridis ait. Nuces qñ ſunt mature ſunt tarde digeſtionis: ꝛ nocent ſtomacho: ꝛ generãt cholera; citrinã ꝛ faciunt ſodam ꝛ nocẽt tuſſi: ꝛ ſi comedãtur ante cibũ de facili faciunt vomere: ꝛ comedẽtes eas cũ ficu ſicca ꝛ ruta ante ꝛ poſt aſſumptionem medicine mortifere ipſa non nocebit eis: qm̃ talis mixtura eſt tiriaca ipſi⁹: ꝛ multus vſus nucũ purgat vermes. Subiunxit deinde autoritate eiuſde; in libro ciboꝝ ꝙ recentes ſunt minus calide ꝙ̃ ſicce: ꝛ ſunt plus humide aq̃ ſe inſipide ꝛ ſicce amotis primis exterioribus groſſis corticibus: ſi ponũtur in aqua calida redeunt ad naturã nucum recentiũ: ꝛ debẽt comedi cũ almuri ꝛ aceto ꝛ qñ ſic comedũtur erũt minoris nocumẽti. Et nuces cõdite cum melle ſtomacho conferũt ꝛ deſiccant eius humiditates: ꝛ ſunt calide ꝛ ſicce ꝑpter ſpecies eis admixtas. Nos aũt vidimus Gal. in. ij. de alimẽtis. c. xxvj. ſic de ipſis ſcribentem. Nux laxa eſt ꝛ plus habẽs oleaginũ in ſe ꝙ̃ auellana participat autẽ ꝛ qualitate ſtiptica ad modicũ: q̃ in tẽpore procedẽte marceſcit trãſeunte tota ipſius ſubſtãtia in oleaginum humorẽ vt perfecte ineſibilis fiat ꝛ infra etiã dixit. Nuces humide ad ſeceſſum ſunt idonee: ſicce vero minus. Ex quibus patet ꝙ calidam habẽtes cõplexionem minime eas debeant manducare: frigidi autẽ ſenes ꝛ phlematici ſecurius ꝛ in hyeme precipue.

¶ Cap. cciij. oſtendit naturã ꝓprietates ꝛ iuuamẽta oliuarum ſuiſq; cum nocumẽtis ꝛc.

Oliuarum duo ſunt gñã: vt dixit haliabas in. v. theorice. c. xix. alterũ olei: ꝛ alterũ aque. Que magis nutriũt olee ſunt pontice vero ſtomacho cõferunt ꝛ ipſum excitant proprie ſi cũ aceto ſumãtur: ſunt autẽ medie inter ſubtile ꝛ groſſum. Que autẽ perfecte ſunt maturitatis calide ſunt temperati caloris: immature autẽ frigide. A quo princeps videtur accepiſſe cũ dixit. Oliue mature ſunt calide ꝛ immature ſũt frigide ꝛ ideſubditi eo loco. ſ. in. ij. cano. c. cccccxxix. Oliue q̃dẽ ſũt ex eis que nutriũt parũper: ꝛ oliue quidẽ cum diſpoſitione ſua ſunt difficilis digeſtionis et groſſe: earũ ſalite ſubleuant appetitum: ꝛ cõfortant ſtomachũ: et generant humorem ſtipticũ: ꝛ acetoſe ſũt magis receptibiles digeſtionis oẽs ꝙ̃ alie. Iſaac vero lõge clarius diſtinctius diffuſiuſq; de ipſis ꝑtractauit cũ i particularibus dietis inquit. Oliue duobus modis diuidunt. Domeſtice. ſ. ꝛ ſilueſtres. ꝛ iterũ domeſtice trifariam: cũ ſũt pontice virides ꝛ nõ mature. Secundo cũ ſũt nigre perfectã habentes maturitatem. Tertio cũ ſũt iter hec mediocres rubeum habentes colorẽ. quas Diaſcorides appellant hyacinthinas. Virides autẽ que ſũt pontice ꝛ immature in duas diuidunt: i aquaticas. ſ. quas fugimus: qm̃ nil vnctuoſitatis i eis reperitur niſi paruiſſimum. Oliue vero que recte aquatice vocantur ſunt terreſtres: qꝺ ponticitas ſueq; vnctuoſitatis teſtatur inopia: ꝛ ob hoc ad frigiditatem ꝛ ſiccitate; pertinent: vnde ſtomachi ſunt confortatiue magis ceteris oliuis: ventris tñ conſtipatiue ꝛ minus omniũ corporis nutritiue ꝛ ad digerendũ tardiores: paruitas nutrimenti fit ꝑ ſue vnctuoſitatis inopia: ꝛ ob digeſtionis tarditatem ad frigiditatem ꝛ duriciem: quas multi preparant cũ ſale ꝛ aceto: quidam vero cũ ſale ꝛ aqua: nõnulli vero cũ aceto. S; q̃ cũ ſale ꝛ aqua cõdite a ſale accipiũt quãda; acuminis ꝛ ſiccitatis partẽ vnde ſanguini incẽdiũ preſtãt: ſtomachi neruos mordicant: ſunt etiã difficiles

UVA. BHSC. IyR_272

ad digerendū ꝑpter groſſitudinem ⁊ duriciem earū: tamē acumen pungit inteſtina vnde citius egerunt. Que autem cum aceto preparate ſunt tenuiores exiſtūt proinde cholere rubee acumen extingunt: appetitū excitant maxime ſi in medio prandij accipiantur: que ſi digeſtioni obediētes ſint optime ſunt: ſtomachū confortant ⁊ ventrem ſtringunt. Nigre autē oliue que ad maturitatē peruenerūt calide ſunt ⁊ mediocres inter ſiccum ⁊ humiduz: quas tamē Diaſcorides dixit ſiccitati pertinere Gal. vero teſtat eas habere humiditatē. poſſibile eſt enim: ꝙ earuz ſaporoſitas ac vnctuoſitas innuit illam humiditatē habere hac de cauſa cibus earū multū nutribilis ⁊ groſſus ⁊ mollificans ſtomachum tardus ad digerendū: facilis autē ad egerendum. Tarditas digeſtiōis fit propter vnctuoſitatē cibum natare facientem in ſummitate ſtomachi ⁊ cohibentem ad locum decoctionis deſcendere. Facilitas autē digeſtionis fit ꝑpter vnctuoſitatē in ſtomacho lubricitantez: vñ priuſq̄ digerat deſcēdit a ſtomacho: idcirco ad prioꝝ. ſ. ad terreſtrium ⁊ ponticaꝝ cōparationē ſunt illaudabiles: q̄ incōuenientē ⁊ illaudabilē generant chimū preſertim ſi ſint cū ſale cōdite. nōnunq̄ em̄ in cholerā cōuertuntur. Hyacinthine vero minꝰ nigris ſunt nocibiles ꝑpter vnctuoſitatis ſue ponticitatiſq̄ inopiā. proinde aliquātulum ſtomachū cōfortant chimus tñ quē iſte rubee generāt oliue eſt ſcdm̄ earū colores: de nigris videlicet niger de rubeis rubeus generat cibꝰ. Quod teſtatur Gal. cū ait. Oliue rubee colorem faciunt quaſi vitelium oui ⁊c. Et poſtea ſubiunxit. Oliue nigre perfecte maturate cito in humorum corruptionem tranſducuntur: ſtomachum molliunt ⁊ ventrē humectāt: lz ſcdm̄ medicinam ſint vtiles ⁊c. Quod ſenſit etiā Raſis in. iij. Almanſoris. c. xix. dicens. Oliue de aqua calide ſunt ⁊ ſicce: que ſi ante cibum comedant: ventrem mouent: ⁊ os ſtomachi robuſtū reddunt. Oliue autē de oleo calidiores ſunt: q̄ ⁊ os ſtomachi minꝰ corroborāt: ⁊ ventrem magis fluere faciunt ⁊c. Sententia quoq̄ Gal. in. ij. alimentoꝝ. c. xxv. dicētis eſt. ꝙ oliue paucū dant corpori alimētum: ⁊ maxie q̄ ſumme maturate ſunt: ⁊ q̄ vnctuoſum chimū habēt ⁊ ſubdit. Idoneiſſime oliue ſunt ille q̄ in aceto repoſite ſunt: ſtipticū em̄ habent chimū ⁊ roborāt ſtomachū ⁊ excitant appetitū. ⁊ in lib. de diſſolutiōe cōtinua dixit. Et oliue aque qñ comeduntur ante cibū cū muri: id eſt ſale leniūt ventrē ⁊ qñ etiā comedunt poſt cibum ſine muri: ⁊ maxime q̄ ſunt pontice cū aceto cōfortant ſtomachū ⁊ deprimunt cibū: ⁊ hac de cauſa comedūtur. hec ipſe. quare ⁊c.

¶ Cap. cciiij. oſtendit naturā proprietates iuuamenta perſicorum ⁊ nocumenta.

PErſica: vt inquit Auerrois in. v. colliget ſunt frigida ⁊ hũida: hñt dignare humores corruptos ⁊ putridos: ⁊ aliqñ cholericos: et hñt mirabilē ꝓprietatē reſiſtēdi fetori: q̄ prouenit a ſtomacho ⁊ odor ſuus valet cōtra cardiacā paſſionem. Sed ante perſica que nuſinꝰ dicuntur: ſunt eiuſdez nature cum perſicis: ſed nō habent illam proprietatē ⁊c. Auenzoar etiam in ſuo theiſir. c. j. dixit de eis: ⁊ cognitum eſt etiam ꝙ comedere perſica: quamuis multorum ſint nocumentorum: habent oīs fetorem remouere vitio ſtomachi procedentem ⁊ nullum aliud ſcitur in eis iuuamentum. et haliabas in quinto. Theorice. capitu. xix. ſimiliter ſcripſit. Perſicū frigidū ē ⁊ humidū phlegma

UVA. BHSC. IyR_272

generãs ⁊ explicando duas ſpecies
eius inq̃t. Qđ tenerũ eſt ⁊ oſſibus faci
le mundatᷣ: citius ẽt digeritur ⁊ a ſto-
macho dimittitur. quod autẽ oſſibus
cõglutinatur. ⁊ ſubſtantiã hꝫ duram
tanꝗ̃ immaturũ groſſus eſt ⁊ tarde
digeſtionis. Et poſt aliqua ſubiũxit.
Perſicũ ſi frigide domini comedãt cõ
plexionis: accipiãt poſt illũ zinziber
conditũ: aut mel apũ ⁊ hmõi. A qui-
bus accepiſſe vr̃ Auicen. ſcribens de
ipſis diffuſius in. ij. canõ. c. ccccclxvj.
⁊ dicens. Perſica ſunt frigida in fine
ſecundi: humida in primo infra tamẽ
finem eius. Que cũ ſint humida velo
cis ſunt putrefactionis: ⁊ lenitiua: lꝫ in
ipſis ſit ſtipticitas aliquãtula: ⁊ pre-
cipue illis q̃ ſunt exiccata aut imma-
tura. Matura ſunt bona ſtomacho: ⁊
in eis eſt virtus faciẽdi appetitũ cibi.
Et oportet q̃dem vt nõ comedatᷣ poſt
alium cibũ: q̃m corrumpuntᷣ poſt eũ
⁊ corrumpũt ipm: ſed p̄cedãt anꝗ̃ ci
bum accipiantᷣ. Et que ſicca ſunt tar-
de digeſtionis: ⁊ non ſunt boni nutri
mẽti ꝗ̃uis ſint plurimi nutrimẽti: ⁊ il
la q̃ matura ſũt leniũt vẽtrẽ: ⁊ q̃ imatu
rata ſtrigũt. ⁊ dixerũt q̃dã ꝙ ipa ad-
dãt i coitu: ⁊ vr̃ ꝙ illđ ſit i corpib⁹ ſic
cis ⁊ calidis. Et in. xxij. tertij. tract. ij.
c. xxj. ſic quoꝗ̃ de eis ſcripſit. Ego au
tem abhorreo ea q̃ ſunt ſicut perſica
⁊ chryſomila: ⁊ ſimilia q̃ replent ſan-
guinem aquoſitate. Et in prima. iiij.
tra. ij. c. lxv. ait. Perſica p̄parata ſunt
ad permiſcẽdũ putredinẽ. Quod ꝯfir
mat Iſaac in particular b⁹ dietis cũ
inq̃t. Perſica frigida ſunt ⁊ humida
in ſcđo gradu plurimũ ſimilia chryſo
milis: ſed ſaporiora ſtomacho conue
nientia non eñ conuertuntᷣ vt chry-
ſomila: lꝫ chriſomilis ſint ſimilia: q̃
eodem modo phlegma generãt perſi
ca ieiuno ſtomacho nocua ſunt eden
da. ⁊ poſt vetus vinũ odoriferũ eſt bi
bendum. Perſica eñ in duo diuidun
tur: eſt eñ quoddã albũ grande pilo
ſum ruboris quiddã habens eſt. Et
aliud paruum lene ruffum: vel citrinũ
grande ſaporiuſꝗ̃ dulcis acrioriſꝗ̃ cu
iuſdam humiditatis: humidius ac vi
ſcoſius eſt. quare cõuertibile in phle-
gma groſſum atꝗ̃ putredinẽ. manife
ſtatur aũt hoc q̃m ſi perſicũ fixum fer
ro poſt paululum naribus apponas:
odorẽ quaſi putredinis ſenties: par
uum aũt odoratiuũ a conuerſione lõ
ginquius exiſtit. Dixit ẽt Raſis in. iij.
Almãſoris. c. xx. Perſica frigida ſunt
⁊ groſſa: que lꝫ ardenti ꝯferãt ſtoma
cho: dure tñ deſcendũt atꝗ̃ in ſangui
nem dure ꝯuertuntᷣ. Qui aũt eorũ eſu
vſus fuerit: febriũ flegmaticarũ incur
ret gñationem. Et in libr. iiij. ſuorum
aphoriſmorum inq̃t. Perſica febrib⁹
vrentibus cõferunt in principio ⁊ ſuc
cus eorum in fine facit febres putri-
das ſi materiã habilẽ ad exeundum
non inuenerit. In libr. xx. continentis
c. cclxxvj. dixit autoritate Diaſcori-
dis. Perſica ſunt bona ſtomacho: la-
xant ventrẽ: ⁊ amara cõſtringũt ⁊ ſic-
ca magis. Deinde ſubdit autoritate
Gal. in li. ciborũ. Humiditas ⁊ ſubſtã
tia perſicorũ ſunt facilis corruptiõis:
⁊ male in omnib⁹ ſuis diſpoſitionib⁹.
Et ob hoc nõ debẽt comedi poſt aliũ
cibum q̃ ſupernatãt ⁊ tunc corrũpun
tur. ſed debẽt comedi ieiuno ſtoma-
cho. idẽ quoꝗ̃ dixit autoritate Ruffi
⁊ filij meſue: ſuperaddens ꝙ ſumpta
añ cibũ ſunt facilis digeſtionis: ſicca
vero tarde dicens in fine capituli: ꝙ
perſica ꝯdita cũ melle cõferũt pulmo
ni: q̃ mel remouet eorũ groſſitiem. Et
inueni in libris medicinalib⁹ antiq̃s:
ꝙ perſica excitãt appetitũ: ⁊ ſint bo-
na ſtomacho calido: ⁊ valeãt contra
ſitim: ⁊ inflationem ſtomachi ⁊ extin
gunt caliditatẽ extraneã: hec ipſe in
xxj. preallegato. Sed in. xxv. lib. eiuſ-
dem ſic ait. Poſt comeſtionẽ perſico-
rum debes bibere de aqua mellis co
cta. Concludamus ergo hoc capitu-

UVA. BHSC. IyR_272

lum dicentes cum Gal.in.ij.alimẽtorum.c.xviij.Caro perſici valde facile corruptibilis eſt ⁊ omni quaq; paruũ quare nõ oportet.ſicut q̃dã:poſt alið alimentum auferre:corrumpit enim ſupernatans ⁊c. Hec igitur que dicta ſunt obſeruari debẽt ab his qui volunt perſica manducare:lʒ tutius pro ſalute forent relinquenda.

¶Capi.ccv.oſtendit naturã proprietates ⁊ iuuamenta pirorũ ſimul:cum nocumentis eorum.

PIra non vnius ſunt nature:teſte Gal.in vj.de ſimplicib9 medicinis.c.xlix. dicente.partes hui9 fructus nõ ſunt equalis cõplexionis: qm̃ quedã illarum ſunt terre.⁊ quedã aquoſe. Sʒ ſi tu vis dicere per aliũ modũ.dicas ꝙ quedã illarũ ſunt frigide:⁊ quedã ſunt equalis complexiõis:ideoq; quãq; comedimus pira: ⁊ confortat̃ ſtomachus ab eis.⁊ ſedant ſitiʒ ⁊c.Hec ipſe.Pira autem cruda:vt inq̃t Auerrois in.v.colliget.ſunt frigida ⁊ ſicca:ſed matura temperata ſunt.aut declinãt ad paucam frigiditatẽ.Et hoc eſt q2 cõpoſita ſunt ex acetoſitate dulcedine ⁊ põticitate:ꝓpterea eſt eoꝝ virtus vẽtrẽ conſtipare:⁊ eoꝝ proprietas eſt remouere ſitim.Auicẽ.ſo in.ij.cano.c.dxl. ſic ſcripſit.in piris ſunt terreitas ⁊ eq̃tas:⁊ in noſtra quidem terra eſt ſpecies que dicit̃ ſenabruthi:⁊ hʒ magnã capacitatẽ:⁊ eſt vehementis rotũditatis ⁊ ſubtilis corticis boni caloris valde quaſi peruiũ ⁊ quaſi aqua zuccari coagulata congelata plurimum ſed non ꝓpter ſpiſſitudinẽ ſubſtantie boni odoris valde.Quod cũ ab arbore ſua cadit ſuper terram deſtruitur: ⁊ iſta ſunt in quibus non eſt nocumẽtum de ſpecieb9 pirorum:quorum cõplexio tẽperate eſt humida.Alia ſo ſunt frigida in primo ⁊ ſicca in ſcðo.⁊ omnes ſpecies eius ſunt ſtiptice.Et eorum humor eſt plurimus ⁊ laudabilior humore pomorum ſm qð dixit Ruffus.⁊ illa que diximus ſunt lenitiua nature ⁊ boni chimi valde:ſunt ꝑparantia ſtomachum: ⁊ abſcindunt tuſſim cholericã:conſtringũt ventreʒ ⁊ ꝓprie que ſunt exiccata. Et in piris quidem eſt ꝓprietas faciendi euenire colicã:quare opʒ vt bibatur poſt ipſa hydromel cũ ſpecieb9 :que ſunt vt piper:cinamomũ:⁊ his ſimilia: et qñ coquuntur cũ fungis minorat̃ nocumentũ ipſorũ.Iſaac vero in particularibus dietis ſic de eis ait. Pirorũ ſtipticitas cũ aquoſa dulcedine commixta eſt:⁊ pira diuidunt̃ in duo :in domeſticũ ⁊ ſilueſtre. Silueſtre q̃deʒ eſt crudũ:ponticũ:duꝝ:groſſum: nec ꝓdeſt:nec boni eſt ſaporis.Maturuʒ vero pirũ in primo gradu frigiduʒ:in ſecundo ſiccuʒ:generat in ſtomacho humoreʒ laudabiliorẽ ꝗ̃ mala cocta na ꝓpter tẽperamentũ ſuũ:⁊ tñ diuerſum ſm saporẽ ⁊ ſm cõplexiões ſuas qð ergo ponticum eſt terreſtre ⁊ groſſum et eſt ſtipticum compoſitum ex aerea ſubſtantia ⁊ terreſtri parua: et eſt dulce temperatum ad calorẽ quẽdam pertinens:⁊ eſt aquoſum ⁊ inſaporoſum ponticum autem minus nutrit.Sed plus egeſtioneʒ facit:vomitumq; cholericum ſtringit magis ſtomachum ⁊ inteſtina cõfortat:pro ſua tamen aſperitate ⁊ groſſitudine :vel duritie nocet neruis ſtomachi.Unde oportet nos ingeniari:vt molleſcat ⁊ amittat aſperitatem:vt videlicet aut elixetur: aut ſecundum aque qualide fumum ſuſpendatur.aut opertum paſta aſſetur:aut cũ melle condiatur in fruſtra conciſum ſcðm complexionem accipiẽtis.Diaſcorides ait.Diximus pira ieiunis nociua eſſe ⁊ ipſe vt

UVA. BHSC. IyR_272

imperauit pira ieiunis accepta cũ ſe=
cundũ medicinã nõ accipiunt̃: ſed ſe=
cundũ gule appetitũ: ⁊ ſi vſq; ad ſatu
ritatẽ ſumant̃ precipue ſi pontica ſint:
quorũ proprietas ſi multũ de eis acci
piatur a ieiunis: colicã generãt paſ=
ſionẽ duram et incurabilẽ: maxime ſi
crebro aſſueſcãt: ſed ſcðm medicinã ie
iunis meli⁹ ꝙ ſaturis comedunt̃. Sa
turis enim ſolubiliora ſunt: ⁊ ſtoma=
chum debilitãt propter ſuperiorũ ſto
machi cõpreſſionẽ: ⁊ cõtẽtiue virtutis
inferiorũ debilitatẽ. Stiptica vero q̃
ex aquoſa ⁊ aerea ſubſtãtia cõpoſita
ſunt ſubtiliora ⁊ tẽperatiora ſunt ma
giſq; nutriũt: ideoq; ſtomacho min⁹
nocent: neq; hui⁹ ingeniari neceſſe eſt
ſicut ponticũ. Et poſt multa dixit. Pi=
ra dulcia tẽperate ſunt ꝯplexionis: q̃
min⁹ ceteris ſunt frigida: quapropter
calefaciũt ⁊ augẽt digeſtionẽ: valẽtq;
in his q̃ ſtomacho ſunt frigidi ⁊ ſicci.
Inſapora aũt pira peſſima ſunt: ⁊ ab
horrẽtur a natura. Idcirco laborioſa
⁊ confuſiua ſunt ſtomacho ⁊c. Et iſta
fuit etiã ſentẽtia Raſis in.iij. Almãſo
ris.c.xx. dicẽtis. Pira que multũ ſunt
dulcia non infrigidãt: oĩa tñ vẽtrem
ſtringũt. Si aũt poſt cibũ comedant̃
ſtercus cito expellũt: poſt cuius expul
ſionẽ eorũ finis eſt ventrẽ ſtringere: ⁊
in.iiij.li. ſuorũ aphoriſmorũ ſic quoq;
ſcripſit. Pira appetitũ nõ verũ remo=
uent ⁊ inteſtinis nocẽt: ⁊ maxime ion
gaon: ⁊ tẽnaſmon efficiũt. Cõſimili=
ter dixit idẽ in.xxiij. ꝯtinẽtis.c.dcxlix.
autoritate Diaſcoridis: Galieni: Ruf
fi: Bimmaſui: ⁊ reliquorũ ſapiẽtũ. In
xxv. vero eiuſdẽ.c.j. ſic quoq; de eis in
quit. Comeſtio ſuperabũdans pirorũ
generat colicã: vñ vti debes poſt co=
meſtionẽ ipſorũ aqua mellis cocti et
laxatiua. Patet igitur ex his ꝙ ſolũ
dulcia via cibi quãdoq; poſſunt cõue
nire: ⁊ propterea muſcatella inter ce=
tera que nos habem⁹ ſunt meliora: ⁊
poſt ipſa iaccola miniola ſancti Nico
lai de pola ſaracena ⁊ hmõi apð nos
inuẽta. Que a Michaele noſtro: bar=
tholomeo mõ. ⁊ a reliquis modernis
ſuis in operibus cõmendantur ad ſa
nitatemq; approbantur.

¶ Capitulum.ccvj. oſtendit natu=
ram pinearum ſeu granorũ eius
declarando vtilitates ⁊ proprieta
tes eorum.

Pinee: vt dixit Auerrois in
v. colliget: calide ſunt ⁊ ſic=
ce in tertio gradu. Aui. ve=
ro in.ij. cañ.c.cccviij. ſic in=
quit. Granum pini minus
eſt fiſtico corticẽ habẽs minutũ fran=
gibilẽ rubeũ ſcinditur a medulla al=
ba vnctuoſa ſuaui: et hec ſunt grana
magna paruũ autem granũ eſt trian
gulatũ ⁊ durioris corticis ⁊ acutioris
medulle. qð eſt meli⁹ ad medicinã ꝙ
ad cibum: magnũ eſt ſicut equale ad
caliditatẽ declinãs: ⁊ augmẽtatur hu
miditas ipſius in ipſo eſt maturatio
⁊ lenificatio ⁊ reſolutio et mordicatio
⁊ proprie in recenti: ſed eius mordica
tio deletur ſi infundat̃ in aqua: ⁊ tunc
cõpletur ei⁹ applanatio ⁊ glutinatio:
⁊ eius ſubſtantia eſt terrea aquea in
qua eſt paruũ aeritatis: ⁊ granũ pini
magnũ confert mollificationi ⁊ debi=
litati corporis comeſtũ: ⁊ exiccat hu=
miditatẽ corruptã que eſt in eo: confe
runt ambo humiditatib⁹ pulmonis ⁊
magnũ eſt difficilis digeſtiõis leniẽs
cibũ: ⁊ virt⁹ eius mordicat ſtomachũ:
niſi infundatur in aqua calida: come
dant ergo ipſum calefacti cum tabar
zet: ideſt cum zuccaro albiſſimo: ⁊ in=
frigidati cum melle: ⁊ tũc digeritur et
fit bonũ etiam ſtomacho: ⁊ augmen=
tum facit in coitu plurimũ quãdo co=
medit̃ cũ tabarzet ⁊ melle ⁊ penidijs.
⁊ ſaturati ex eo paruũ ſentiũt dolorẽ
ventris pungitiuũ ⁊ ipſum vehemen
ter abſtergit humiditates renũ ⁊ ve=
ſice: ⁊

UVA. BHSC. LYR 272

ſice: ⁊ confortat eos ⁊c. Iſaac quoq; in particularib⁹ dietis ait. pinee ſunt calide in fine ſecundi gradus ⁊ ſicce in eius initio: quarū due ſunt ſpēs: ſcʒ maſculine que parue ſunt: ⁊ feminine quarum forma eſt magna. Et maſculine ſunt calidiores ⁊ ſicciores que ſi in aqua calida fundāt̃ laudabile dāt nutrimentū ⁊ collectionē habentibus in pulmone ⁊ pectore ſubueniūt atq; tuſſientibus ex putrido mitigationē. Feminine vero ſunt maſculinis nutribiliores groſſum ac laudabile faciūt ad diſſoluendū nutrimētuʒ. Sʒ tñ vtiles ſunt ſm medicinā. ſunt eñ lenitiue membrorū aſperitatis ⁊c. hoc etiā ſenſit Raſis in. iij. Almāſ. c. xx. dicēs. Pini fructus multū calefacit corp⁹ q̄ in aliquib⁹ membris tremorē patiētibus: atq; aſmaticis confert: ſperma quoq; auget. Et in. iiij. li. ſuorū aphoriſmorum ſic ēt ait. Grana pinee calida ⁊ humida ſunt: oppilatiōes venarum aperiunt in pectore veſica ⁊ renibus: ⁊ hñt virtuteʒ mirabilē. inq̄t Cratim. ⁊ conceſſit Ariſto. q̄ grana pinee humiditatem antiquā expellūt. ⁊ promouent humiditatē naturalem: ⁊ hic eſt virtus mirabilis. Idē quoq; dixit in. xxij. continentis. c. cccclxvij. autoritate Diaſcoridis Gal. Archigeneſei: Pauli: filij Bimmaſui: ⁊ ceterorū antiquorum. quorū dicta eadē ſunt cū eis que ſupra diximus de mēte principis quare ea dimittemus: ne legēti tediū afferamus. Illud tñ Gal. in. ij. alimētorum. c. xvij. non poſtponamus dicētis. Fruct⁹ pini nutritiuus eſt ſʒ groſſi chimi ⁊ non bene digeſtibilis. Et iō qui debileʒ ſtomachū habent: eis vti frequenter non debēt. Nobis aūt vr̃ q̄ ſani res hmōi non niſi raro debeāt māducare: ne forte eis accidat q̄ vni famoſiſſimo medico noſtri temporis contingit: qui cū ſenex eſſet ⁊ iuuenē cōſortē haberet vt potēs fieret in coitu q̄ ſepiſſime rebus hmōi vtebatur percipiens inde q̄ pluris ſeminis potentiorq; in venere efficeret̃: nec animaduertebat q̄ cū cholericus naturaliter eſſet ex pineis ⁊ reliquis talibus ꝯfectionib⁹ humores calidi multum ⁊ in multa q̄ntitate gñabantur. Qui in breui ipſum ad febrem acutiſſimam perduxerūt ex qua ſue virtuti ⁊ etati diſproportionata vitā cū morte commutauit. quare ⁊c.

¶ Capitu. ccvij. oſtendit naturaʒ proprietates pomorū ⁊ nocumenta ꝓuenientia ex comeſtione eorū.

Pomū dulce: vt inq̄t halibabas in. v. theorice. et Auerrois in. v. colliget eſt temperate humiditatis. Et acetoſum eſt frigidum ⁊ ſiccuʒ: ⁊ hʒ proprietatē confortandi mēbra principalia ſi ſint diſtemperata in calore: maxime cor. Et cōfortat cerebrū odorando ꝓpter ſuā aromaticitatē: ⁊ generant groſſam ventoſitatem in ſcða digeſtione ⁊ tertia. Ita q̄ dictū eſt a ſapientibus q̄ poſſit gñare ptiſim et ethicam eo q̄ venti q̄ generant̃ ex eo habent malā proprietatē ad exardendas arterias pulmonis: ⁊ ſic teſtificatus eſt mirabilis Auenzoar. hec ipſe Auerrois. Princeps aūt in. ij. canon. c. dlxiiij. dixit. Poma eligibiliora ſunt que magis temperata exiſtūt ſicut alcemia: ⁊ illa q̄ ſunt inſipida ſunt mala. ⁊ parui nutrimenti: ⁊ non agūt aliquid. ⁊ ſimiliter immatura. Illa autē que ſunt contracta ſunt frigidiora et humidiora ꝓpter illō qō eſt i eis de aq̄itate: ⁊ pōtica: ⁊ ſtiptica ⁊ acetoſa ſūt frigida: groſſa ⁊ dulcia ſunt aq̄a ⁊ ſunt decliuiora ad caliditateʒ q̄ alia q̄uis magis dominans in eis ſit frigus ⁊ ſunt diuerſa: ⁊ omnino illud, qō in eoruʒ ſubſtantia dñatur eſt humiditas ſupflua frigida. Et fortaſſe illa



UVA. BHSC. IyR_272

que ſunt vehemẽtis dulcedinis in ca-liditate ſunt tẽperata aut declinãt ad eã. vt in eis quidẽ eſt inflatio ⁊ ꝓprie in eis que nõ ſunt dulcia. Et generant quidẽ ex põticis ⁊ ex eis q̃ ſunt ſtiptica humor terreus: ⁊ acetoſa ⁊ immatura generãt phlegma ⁊ putredines: vt febres ꝓprietate ſui humoris ⁊ ſue cruditatis: ⁊ q: recipiũt putrefactionẽ confortãt cor: ⁊ ꝓprie odorifera et dulcia ⁊ acetoſa: ⁊ ſi ſit illic anguſtia ex caliditate ſunt magni iuuamẽti et cõfortãt debilitatẽ ſtomachi: ⁊ q̃ ſtiptica ſunt conferũt ſtomacho ſi eſt cũ caliditate aut humiditate: ⁊ aſſant quidẽ in paſta ⁊ conferũt paucitati appetit' dulcia ⁊ acetoſa qñ in ſtomacho inueniũt humorẽ groſſum: qñq; deponunt ipm in egeſtione: ⁊ ſi eſt vacuus retinet ⁊c. Iſaac aũt in particularib' dietis ſic ait. Pomũ crudũ immaturũ durum ⁊ ligneũ male nutrit: ⁊ ſtomacho nocet dolorẽ generat: laboremq; ſtomacho efficit: ex quo eiectũ venas vt op; non penetrat: aſſuefactio eorũ cauſa fit febris diuturne ⁊ dure diſſolui: qđ de ceteris intelligendũ eſt fructib' qui nõ ſunt in ſuis arborib' perfecte maturati. Et ſubdit. Pomi põtici ſubſtantia frigida eſt ⁊ ſicca terreſtris cõueniẽs eis quorũ ſtomacho calor ⁊ humiditas dñant: ⁊ lʒ ſtomachũ cõfortet ⁊ inteſtina: in ſe tamen groſſum eſt durũ digeri ⁊ tarde penetrationis in venas: ⁊ ideo inflationẽ facit ⁊ neruis nocet. qđ ⁊ ſtiptica faciũt: ſed nõ tantũ que cocta ⁊ ante cibũ ⁊ poſt bona ſunt edi ſcđm intẽtionẽ cõſtringendi vel expellẽdi vt de citonijs diximus. ⁊ poſt multa ſubiũxit. Et dulciũ pomorũ ſubſtantie natura ⁊ cõplexio aquoſa eſt ac tẽperata caloris aliqđ obtinẽt. ⁊ ideo parũ refrigerat et ſtomachũ cõfortat ex igne parũ: quare ⁊ ſtomacho calido aut molli conuenit. nociua tñ eis qui cholericã egeſtionẽ habẽt ⁊ vomitũ. Non ſapora aũt poma peſſima ſunt in oĩbus qualitatib' q: nature ſunt frigide ⁊ humide: propterea nec ſcđm cibum nec ſcđm medicinã valent cum dulcedinẽ non habeãt vt nutriãt: nec ponticitatẽ vt ſtomachũ confortẽt: ſed humores phlegmaticos crudos gignũt ⁊c. Et iſta fuit ſentẽtia Raſis in. iiij. Almãſoris. c. xx. dicẽtis. Poma frigidiora ſunt acetoſiora ⁊ magis ſtringẽtia: q̃ licet ori cõgruant ſtomachi: ipſum tñ viſcoſitatibus replẽt. Et in. iiij. lib. ſnorũ aphoriſmorũ dixit. Uſus malorũ nocet ſtomacho ⁊ maxime vſus recẽtiũ que cito naſcũtur: ⁊ ea que in eſtate naſcuntur ⁊ in autũno: orificium cõfortãt ſtomachi ⁊ ipm vigorãt: ⁊ acetoſa ⁊ acria obliuionẽ efficiũt. Que quoq; ipſe dixit in. xxj. cõtinẽtis. c. clxvj. autoritate Galieni in. vij. ⁊ filij Meſue. Que aũt poma ſanis ⁊ infirmis cõueniãt ⁊ quomodo: docuit Gal'. in. ij. de alimẽtis. c. xx. dicẽs. Cauere op; pulcherrima genere poma anteq; ſup arborẽ ſint maturata: indigeſtibilia eñ ſunt ⁊ frigida ⁊ tardi ſeceſſus ⁊ mali chimi cum hoc ꝙ frigidũ ⁊ groſſum infallibiliter chimũ habẽt Queeũq; aũt bene maturata ſeruãtur ad hyemen ⁊ ad ver ⁊ poſt ipſum proficuiſſima fiunt. Talia aũt ſunt apiola calamanica ⁊ illa q̃ turpia bona dicunt ⁊ ſimilia. ⁊ ſubdit. Dare qñq; op; poma poſt cibum ſtatim: quãdoq; aũt cum pane roboris ventris gratia ⁊ ſtomachi his qui ſine appetitu ⁊ tarde digerentib' vomitiuiſq; ⁊ diaricis idonea ſunt ⁊ preſertim pontica. De quibus etiã in libro de euchimia dixit. Pomis et piris ⁊ neſpilis nõ vt cibis: ſed vt pharmacijs indigemus ad robur ſtomachi et ventris: his itaq; pro medicinis: dulcib' aũt dictis pro cibis vtamur ⁊ nõ in multa q̃titate: qm̃ vt dixit Haliab. in. v. theorice. c. xix. Poma omnia neruis ſunt nocẽtia acerbumq; amplius malũ: ⁊ ſi qs pomorũ comederit plu-

UVA. BHSC. IyR_272

rimū grauiter ledet ſtomachū ꝛc. Et ipſa potius cocta ꝙ̄ cruda mādūcabimus dicēte eodem in lib. de ſubtiliatiua dieta. c. ij. Pomorū ꝛ pirorū minus nocēt que cocta. Et eoꝝ que cruda comedūtur: illa que ad repoſitionē ſunt idonea: minꝰ ſunt mala ceteris ꝛc.

¶ Capitulum. ccviij. oſtendit naturā ꝓprietates ꝛ nocumenta prunorum in via cibi.

PRunorū due ſunt ſpecies: videlicet albū ꝛ nigrum: et ambo quādo ſunt maturata ſunt frigida ꝛ humida: ꝛ ideo mitigāt calorem. ꝛ laxant ventrē: ſed debilitāt parū os ſtomachi. Inq̄t Auerrois in. v. colliget. ꝛ halia. in. v. theorice. c. xix. Princeps vero in. ij. canonis. c. dxxxvj. ſic de eis ſcripſit. Illa que habent colorē palee ſunt fortiora nigris. ꝛ citrina fortiora rubeis: et alba ſunt magis grauia: et parue ſolutionis: ꝛ armena ſunt meliora omnibꝰ ꝛ vehemētius ſoluētia: ꝛ meliora ſunt magna: ꝛ pinguia frigida ſunt in pricipio ſecūdi: humida vero in fine tertij. Eorum nutrimentū eſt paucū: ꝛ comedātur ante cibū: ꝛ bibat qui humectatus eſt poſtea aquā mellis ꝛ vinū de paſſis. Muza ex eis ſedant inflammationē cordis. Et que dulcia ſunt ex eis mollificant ſtomachū humiditate: ꝛ infrigidāt eū: ꝛ penitus non ſunt ei conueniētia. Et que ex eis ſunt dulcia vehemētius ſoluūt ꝛ educunt cholerā ꝛ humida ſunt vehemētioris ſolutionis ꝙ̄ ſicca: ꝛ eorū ſolutio fit propter viſcoſitatē eorum. Damaſcena autē ſtringunt ventrem ſecundū quoſdā. Galie. autem dixit. Errauit Diaſcorides in verbis ſuis cum dixit. Damaſcena conſtringunt: imo ſoluūt. Hoc etiam ſenſit Iſaac in particularibꝰ dietis cum inquit. Pruna parum nutriunt. ꝛ eorū duplex eſt modus: ſunt enim alba ꝛ nigra. Alba dura ſūt digeri nociua ſtomacho exiguum ſolutiua: que qꝛ groſſa ſunt comedi non debent niſi grandia ꝛ bene maturata fuerint. Nigra aūt que perfecte maturata ꝛ dulcia ſunt: minus ſunt frigida: ſtomachū humectant et molliūt ventrē ꝛ cholerā rubeam eijciunt: ſi tamen ſepe eis vtātur ſtomacho nocent. Ea aūt que ſunt cruda et dura ꝛ pontica ꝛ viridia peſſima ſunt in cibo ꝛ medicina dura in ſtomacho ipſum fatigantia ꝛ minime nutriētia. Ruffa vero frigidiora ſunt et magis humida nigris. Optima ſunt carnoſa ꝛ corticis ſubtilis in ſapore acriorem quandam cum ponticitate habentia: ante cibum ſumpta non nocent ꝛc. et hec fuit Raſis ſententia in. iij. Almāſoris. capitulo. xx. dicentis. Pruna frigida ſunt: que licet ventrē moueant: choleram tamen rubeam reprimunt atqꝫ appetitum auferūt. ꝛ in libro. iij. ſuorum aphoriſmorū inquit. Pruna choleram remouēt ꝛ eam expellunt: maxime pruna pallida. Et in. xxj. continentis capitulo. cix. autoritate Gali. in. vij. dixit. ꝙ fructus huius arboris laxant ventrem: ꝛ proprie cum pruna recentia fuerint. Et ſicca ſunt minoris virtutis. et damaſcena minus laxant ventrē armenicis. ꝛ ignoro quare Diaſcorides iudicauerit ꝙ damaſcena ſtringant ventrem cum nos videamus manifeſte ꝙ laxent: et in libro dietarum ait. Quādo hic fructus bene digeſtus: non eſt ponticus: nec ſtipticus niſi aliquando: ꝛ eius nutrimentum eſt paruum ꝛ bonum: ꝛ confert volenti infrigidari vel humectari: cauſa ſue humiditatis et viſcoſitatis laxant ventrem.

¶ Idē etiam dixit deinde autoritate filij Meſue. ꝛ in. xxv. cōtinētis capitu

UVA. BHSC. IyR_272

lo prio dixit de prunis. Si fueris phle
gmaticus poſt comeſtionē ipſorū de
bes bibere de aqua mellis aut de vi=
no vetuſto aut de maſtice: aut de xi=
loaloe modice: ⁊ qđ diximus ſupra ex
preſſe voluit Gal. in. ij. alimentorū. c.
xxix. dicens. ex prunis alimentū pau=
ciſſimū habemus: corruptionez vero
non modicaz: vtiles aūt ſunt fructus
hi infrigidare ⁊ corp⁹ humectare vo=
lentib⁹. hac igitur de cauſa ipſis vtē=
dum eſt: id ēt obſeruando qđ ipſe ſub
iunxit dicens. Poſt pruna mox prādē
re non oportet ⁊ hoc ſit cōe omnium
quecunqꝫ laxant ventrē. ex prunis au
tem exiccatis accidit vtiles eſſe ſicut
ficubus: ⁊ operationem habent mul=
tam bonam ⁊ inter alia damaſcena
optima ſunt que apđ Sitiā in dama
ſco naſcunt̄. hec ipſe. quare ⁊c.

¶ Capitulū. ccix. oſtendit natu=
ram ⁊ proprietates ſiliquarū. i. ca
rubiarum declarando ꝙ minime
faciant ad nutrimentū.

Cum in principio ge
neri animantiū om
ni ſit a natura tri=
butum vt ſe vitam
corpuſqꝫ tueat̄: de=
clinetqꝫ ea que no=
citura vident̄ oiaqꝫ
que ſunt ad nutriē=
duz neceſſaria acquirat ⁊ paret vt pa
ſtum ⁊c. vt in lib. de officijs Marcus
Cicero inqt. Propterea ſilique cū mi=
nime nutriant: vt videbitur ⁊ nocive
ſint non modicum fugiende declinā=
deqꝫ iure merito dicētur: qbus nequa
ꝙ̄ vtendum erit cū ſtultū ſit admitte=
re qđ tu cauere potes vt Terenti⁹ ait
in eunucho. Dicamus ergo ꝙ illđ qđ
ſiliquā antiq: nos ꝟo carubiā appel=
lamus: fructus quidem omnib⁹ ma=
nifeſtus ⁊ cognitus. Qui lꝫ in magna
ꝙ̄titate ad nos perueniat: plurimūqꝫ
de ipſo vendatur quotidie ⁊ mandu=
cetur tñ a ſapientibus reprobatur: vt
ptꝫ ex his q̄ ſcripſit Iſaac in particu=
larib⁹ dietis ⁊ parte illa. exilocorata
modicū hꝫ dulcedinis: multūqꝫ ſtipti
citatis: quorum ſubſtantia groſſa ⁊ li
gnea digeſtioniqꝫ inobediēs. Sed vi
ridia meliora ſūt atqꝫ ſalubriora: ſto=
macho tñ nociua. Sicca vero ſunt ſti
ptica ⁊ minus nocentia hac de re: qꝛ
liquores eaꝝ parū hñt acuminis: vñ
viridia ſunt ventris ſolutiua. Cū au=
tem deſiccant̄ ⁊ liquorē cum acumine
amittunt: fitqꝫ eoꝝ ſubſtantia terre=
ſtris ⁊ lignea. ꝑinde fit conſtipatiōis
cauſa: ⁊ vrine ꝓuocationis. Eſt tñ ea
rum peſſimitas: qꝛ tardiſſime deſcen=
dunt a ſtomacho: ꝓpterea ſunt cā ge
nerāde indigeſtionis ⁊ colice ſi aſſue
te comedantur. Vñ Gal. ait. Vtinā xi
locorata non veniſſet in partes no=
ſtras ⁊c. De ipſis Almanſor inquit.
Silique que in terra naſcunt̄ hieroſo
limitana tēperatum hñt calorem: vē
tremqꝫ conſtringunt. Que ꝟo in alijs
naſcuntur terris: in vētris cōſtrictiōe
fortiores exiſtunt: neqꝫ eſt in eis cali=
ditas. Gal. ꝟo inter oēs eas maxime
vituperauit. dixit eñ in. ij. libr. de ali=
mentis. c. de ſiliquis. hoc modo. De ſi
liquis peſſime ſentio: ꝙ̄uis digerant̄
⁊ ventrē ſtringant ⁊ humores noxios
nutriant. Et in li. de euchimia ait. Eſt
cachochimū eduliū pauci nutrimen=
ti ⁊ ligneū ex neceſſitate ⁊ indigeſti=
bile eſt: ſed non egeri celeriter: nō pa
rum ipſis exiſtit malū: quare melius
eſſet ipſa: neqꝫ deferri ad nos ex oriē=
talibus locis in quib⁹ naſcunt̄: eſt eñ
cibus mulierum ⁊ pueroꝝ effrenatoꝝ
nihil vtilis ad ſanitatis conſeruatio=
nem: neqꝫ ſtomachus eſt alimentum
aut palā: qđ ⁊ ipſe dat paucum corpo
ri. Et idem etiam in lib. de ſimplicib⁹
medicinis. ca. de xilocorata dixit. Ar=
bor xilocorate que vocat̄ cētenicez eſt
ſiccatiue ⁊ ſtiptice virtutis ſicut ⁊ fru=

UVA. BHSC. TYR_272

ctus eius qui vocat᷑ xilocorata participās. ſ. de dulcedine quadā: patiunt᷑ aūt ⁊ hec ſimile ceraſis: humide enim magis ſubducūt ventrē. Sicce aūt ſiſtunt magis expirata quidē humiditate terreſtri aūt ſubſtātia remanēte. hec ipſe. Que fuit etiā ſententia Diaſcoridis. c. de ſiliquis dicētis. Silique recētes ſtomachū euertūt: eedem vero exiccate in ꝯtrariū poſſunt ⁊c. Et licet ita ſit vt pretacti ſapiētes voluere: ꝙ plures maſculos ⁊ feminas padue cognoui qui cū ſtiptici ventris eſſent ipſis carubijs ante cibū vtebant᷑: ⁊ ex eis venter ipſorū leniebatur: qđ ſepiꝰ ſum admiratus ꝓpterea que ab autoribus dicunt᷑: dicere tñ poſſumus ꝙ lꝫ per ſe xilocorate ſtiptice ſint: ꝑ accidens tñ aliquo modo poſſunt eſſe lenitiue rōne particulariū corpis diſpoſitionū ⁊ humorū in ſtomacho repertorū qui per viā cōpreſſionis deſcendunt ⁊c. vt de myrobalanis dicitur.

¶ De ſorbis aūt nō inueniētes niſi a Raſi in. iij. Almāſoris. c. xx. dicemꝰ cū eo ſic ibi ſcribēte. Sorbe frigide ſunt: que ventrē ſtringunt: ⁊ cholerā reprimunt rubeam ⁊c. Qui non debemus vti rebus iſtis: niſi tantummodo gratia medicine: quare ⁊c.

## ¶ Capi. ccx. oſtendit naturā vuarum cum ſuis laudibus proprietatibus ⁊ iuuamentis.

DIxit princeps in. ij. canoñ. ca. d. ccxxxj. Uua alba laudabilior eſt ꝙ nigra cum equātur in reliquis ꝓprietatibꝰ ſuis. Et dimiſſa poſt collectionē duobus diebꝰ aut tribus melior eſt collecta in eadē hora: cuiꝰ cortex frigidꝰ eſt ⁊ ſiccus: ⁊ collecta in eadē hora eſt inflatiua ⁊ ſuſpenſa donec detumeſcat: cortex eſt boni nutrimēti: ⁊ eſt cōfortans corpꝰ: ⁊ eiꝰ nutrimentū eſt ſimile nutrimēto ficuum: ⁊ matura minoris eſt nocumenti ꝙ nō matura. Et qñ nō digeritur vua eius nutrimentū eſt crudū. Et nutrimentū quidē vue cū ſua diſpoſitione plus eſt nutrimēto ſucci eius: ſed ſuccus eiꝰ eſt velocioris penetratiōis ⁊ deſcēſionis. Et vuā ſtipticā ſperat᷑ vt reſoluat appēſio. Acetoſa vero non eſt ita ⁊c. Et in tertia primi doc. ij. c. vij. ſic ait. Fructus nutrimēto magis ſimiles ſunt ficus ⁊ vue valde mature. Et poſt aliqua ſubiūxit. Quidā putāt vuas poſt capita aſſata vtiles exiſtere. Sed nō eſt queadmodū exiſtimant. imo vehemēter ſunt male. ⁊ in. xiij. iij. c. xxj. ſic quoqꝫ inquit. Non eſt malū pro epate calido ſumere vuas: in quibꝰ eſt durities carnis ⁊ paruitas dulcedinis: et illas que ſunt muze ex vuis proprie: ⁊ iterum in. xx. eiuſdem tertij. c. xviij. dixit. Uua dulcis eſt bona ad coitū ⁊ ꝓprie que recēs eſt: qm̄ replet ſanguinem humiditate ⁊ vētoſitate cū caliditate ⁊ ſpiſſitudine cibi. Iſaac quoqꝫ eas plurimū cōmendauit cum dixit in vniuerſalibꝰ dietis. c. xxvj. Uue ſunt ficubus ſecūde: ⁊ p̄cipue ſi bene mature ſint: ⁊ in dietis particularibus. c. de vuis ſine carne inquit. Uue ſine carne humores laudabiliores faciūt: minꝰ tñ ꝙ he cū carne nutriūt ⁊ cito digerūtur. Idcirco vue q̄ carnis pluris ſunt ꝙ humoris: nutribiliores durioreſqꝫ exiſtentes eis que humoris ꝙ carnis plus habent. Differūt etiā ſapore: nā groſſus ac dulcis vue ſapor calidior eſt: ac ſitim generat: et groſſioris eſt nutrimēti: ⁊ ad digerendū durius inflationē faciens ac rugitū ⁊ oppilationem ſplenis ⁊ epatis. Subtilis autē aquoſuſqꝫ vue ſapor frigidior eſt ⁊ digerit leuior. cōfortatiuus ſtomachi et mundificatiuus a cholericis humoribus ſitis mitigatiuus: ⁊ conueniēs cōplexionibus tēperatis. Differunt etiā colore: vua enim alba leuiter nutrit: facile digeritur: venas cito perforat ⁊

UVA. BHSC. IyR_272

vrinā prouocat. Nigra dura eſt dige=
ri: ſed confortatiua ſtomachi: vrinam
nō prouocat: tñ ſi bene digeritur nu=
trimentū multum preſtat: ruffa vero
⁊ citrina melior eſt. vnde Ariſto. Al=
ba vua ſubtiliter nutrit ⁊ cito digerit
quamobrē vini eius ebrietas nō cito
diſcedit. Ruffa vero vel citrina harū
media eſt poteſtatū ⁊c. Que fuit etiā
ſententia Raſis in. iij. Almāſoris ca=
pitulo. xx. dicētis. Uue multū dulces
calide ſunt: minoris tñ ſunt calidita=
tis ꝙ̄ dactyli neqꝫ oppilationem vt
ipſi faciūt. Inflatiue vero ſunt ⁊ ven
trem mouent atqꝫ corpus velociter
impinguāt virge quoqꝫ inflationem
augmētāt. Que autē ex eis corticem
habēt ſubtilē: citius deſcēdunt minuſ
ꝙ̄ inflāt: his aūt cōtraria operant: ſꝫ
ille in quibus exiſtit acetoſitas nō cale=
faciūt: immo cū aqua frigida ablute:
atqꝫ ante cibum comeſte calorē qua=
ſi extingunt. Acerbe vero ſunt frigidē
⁊ ventrē ſtrigūt: ⁊ cholerā rubeā repri
munt ⁊ ſanguinis acuitatē. Et i. xxij.
cōtinentis. c. cccccvij. dixit autoritate
Bimmaſui: ꝙ vua impinguat cito ta
mē cum carne groſſaleni ⁊ alba lau=
dabilior eſt nigra qñ equalis ſit dulce
do ipſarum. Et in. xxv. eiuſdē libri. ⁊
c. j. ait. De vua euitare debes cortices
⁊ nucleos ipſius: ⁊ ſi ſequeris exinde
inflationem: bibere debes de maſtice
⁊ zinzibere: ⁊ ſi dolorē capitis de ſiru=
po acetoſo. Haliabas quoqꝫ i. v. Theo=
rice. c. xix. dixit. Uua ficui prima eſt
in ſuis virtutib' magis ꝙ̄ reliqui fru=
ctus ⁊ in cibi tēperantia: ac in ſangui=
nis bonitate a ſe generati cū a ſtoma
cho citius fuerit digeſta. Si em̄ nō di
geratur: inflationem generat ⁊ vento
ſitatē. Laudabilior vero eſt vua que
multā habet aquā ſubtilēqꝫ pellicu=
lam. Et poſt pauca ſubiūxit. Et vua
quando cū corticibus ſuis ⁊ granis
comeditur: digeſtionem tardat ⁊ de=
ſcenſum: quare expuendi ſunt. Et nō

ſolū hi viri ſed ſapiētiſſimus quoqꝫ
Gal. vuas plurimū cōmēdauit cū in=
quit in. ij. de alimētis. c. vij. Ficus et
vue opere quaſi capitales ſunt. etem̄
nutriūt magis oībus horarijs hic: ⁊
minime ſunt Cachochima: ⁊ maxi=
me quādo fuerint bene maturata ⁊c.
Et dat ſignū de cuſtodiētib' vineas
qui impinguātur. vt in. c. de ficub' ſu
pra annotauim'. Et infra in. c. viij. ſic
etiā de eis ait. Minus ficubus vue
nutriunt: ⁊ maxime bonū ineſt ipſis
celeriter ſedere: propter quod ⁊ ſi retine
antur aliquando ledunt ſatis: nō ha=
bentibus hoc maturis ficub'. Si em̄
⁊ nō ſecedāt notabiliter: digerantur
autē bene in ventre: nō nocuū dāt ali
mentū corpori. Uuis autē neutrū exi=
ſtit horū nec enim digerunt bene: ne=
qꝫ ſi retineāt ⁊ ſcdm ea que ad epar ⁊
venas diſtributiones crudū generāt ca
chimum nō facile cōuertibilē in ſan=
guinē. Deinde dixit. Uuarū ille nutri=
unt magis que ſuccū paruū habent:
⁊ vue dulces calidiorē habent ſuccū
propter quod ⁊ ſitibūde ſunt poſtea
cōcludit dicens. Omniū vuarū ſecu=
riſſimus vſus eſt cū carnoſe ſunt vue
natura maturatiſqꝫ ipſis ſi quis com
menſurate comedit: ſiue igitur in viti
bus ad plurimum maturentur: ſiue ⁊
quod deficit ex ſuſpēſione aſſumant:
cōſequenter humidas ſine qualitate
acetoſa vel auſtera gratia ſubductio
nis ventris: licet copioſe comedere.
Et in libro de euchi. ca. v. ſic etiā ſcri=
pſit. Prope inocuos fructus ſunt ma
ture ficus: ⁊ preter has matura vua
ſuſpenſa ex hoc ꝙ iā inflatiuū depo=
ſuit ⁊ fit perfecte inculpata. Uſqꝫquo
autem ſuſpēſa ſit laudabilis: expreſ=
ſit ipſe in. ij. alimētorū. c. viij. cū dixit.
Uue ſupenſe quando deſiccate fuerit
inutiles fiunt mox ſecundum ver: in
eſtate vero omnino. Et ſic pꝫ ꝙ p totā
hyemē comedi poſſint. Eligant itaqꝫ
meliores ⁊ cortices expuāt: vt dicūt ē.

UVA. BHSC. IyR_272

¶ Capitulũ.ccxi.oſtendit naturã vue paſſe cũ proprietatibus eius ⁊ iuuamentis.

Ua paſſa vtilis ẽ ad cibũ ⁊ vtilior ad mͤdicinã: dicẽte principe in ſcđo canonis.c.d.ccxxxi.Uua paſſa eſt amica epati ⁊ ſtomacho: ⁊ eſt bona doloribus inteſtinoꝝ ⁊ cõfert renibus ⁊ veſice. Et in.xiiij. tertij.c.xxi.dixit.Paſſe ⁊ auellane nõ plurimum calefaciunt: ⁊ ſunt aperitiue oppilationũ: ⁊ ſunt boni nutrimenti Et in eadem ⁊.c.xx.ſupra dixerat ꝙ ſunt amice epati ⁊ vltimi iuuamenti. Iſaac aũt i particularib⁹ dietis inqͭt. Uua paſſa dulcis calidior ẽ ⁊ hũidior acerba: ideo media ẽ iter ꝯſtipatiuuꝫ ⁊ mollificatiuũ: que ſi malos inuenerit humores: temperat: ⁊ mitigat morſionẽ ſtomachi ꝑſertim ſi carnoſa et corticis tenuis ⁊ exiguorum oſſium: ⁊ hec valet ad dolorẽ pectoris ⁊ pulmonis: ⁊ tuſſim mitigat: ⁊ renes mundificat ⁊ veſicaꝫ: incommoda epati ⁊ ſpleni duriciem ⁊ groſſitudinẽ habentib⁹. Uua autẽ paſſa acerbitatẽ habẽs minus nutrit: ⁊ dulcis frigidior eſt humida etiã minus: maxime ſi alba ſit ideo ſtomachum cõfortat caloreꝫ extinguit ⁊ vẽtrẽ conſtipat. Et vua paſſa que ſine oſſibus accipit̃: commoda eſt tuſſientib⁹: ⁊ ad pectoris dolorem pulmonis renũ ⁊ veſice: vẽtrem diſſoluit. ſed epati nocet ⁊ ſpleni ſi duriciẽ habeant. Cum oſſibus vero accepta ſtomachum cõfortant ſplem ⁊ epar: ⁊ maxime ſi acumẽ habeãt ⁊ carnẽ paruam ⁊ oſſa magna. Sed Raſis in.iij. Almãſoris.c.xx.ſic de eis ait. Uue autem paſſe in calore ſunt temperate: q̃ bene nutrientes oppillationẽ vt dactyli nõ faciunt: licet ipſi fortius ⁊ pl⁹ nutriãt. Et in libro diuiſionũ.c.lxiij.dixit. Si paſſule bene maſticentur ipſe confortant epar ⁊ impinguant ipſuꝫ. In libro quoqꝫ q̃rto ſuorũ aphoriſmorum inquit. Uue paſſe habẽt virtutẽ cognitam ſecundũ doctores naturales quia proſunt egritudinib⁹ inteſtinorum cũ comeſte fuerint: ⁊ inteſtina impinguãt ⁊ epar debile. Similiter halibas i quinto Theorice.c.xix.ſic de ipſa ſcripſit. Uua paſſa talem habet complexionem ſecundum ꝙ vua eſt ex qua fit eiuſqꝫ nutrimentũ illius ſequitur in multitudine ⁊ paucitate. Cuius autem caro perfecti eſt dulcoris.calide eſt cõplexionis: plurimum nutrit. prodeſt pectori ⁊ pulmoni ſi humiditas ſit in eis groſſa. Que autẽ põtica eſt ⁊ minime carnoſa: paruꝫ habet calorem: ſtomachum confortat: ⁊ ſtringit naturam. Et propterea ſi voluerit homo naturam ſuam emollire vuam comedat paſſam.carnoſam: et dulcem: ac ab acinis purgatam. Que fuit Galieni ſententia in ſecundo alimentorum.c.ix.dicentis Uuarum paſſarum auſtere ſunt frigidiores ſecundum complexionem: ſicut dulces calidiores: ⁊ ſtomachum quidem confortant: ⁊ ventrẽ ſtringunt que auſtere. Et infra ſubdit. Uue paſſe meliores ſunt ſtomacho ficub⁹ ſiccis: ⁊ ille laudabiliores exiſtunt que ſunt vnctuoſiores ⁊ habentes corticẽſubtilem. Ipſis ergo ſecure vti poterimus in tempore ieiunij ſimul cũ amygdalis vt cõiter fit: ⁊ inde bonuꝫ ⁊ laudabile recipiemus nutrimentũ.

¶ Cap.ccxij.docet cognoſcere naturam.virtutes ⁊ ꝓprietates cõpoſitorum ciborum.

Oſtq̃ď ſimplicib⁹ cibis determinauim⁹: ď cõpoſitis modo videret̃ eſſe dicẽdũ: de quib⁹ tñ nihil hoc in loco ſcribere ďcreuim⁹: queãdmodũ in.c.cxxxviij.etiã ſupra diximus: eo qꝛ

UVA. BHSC. IyR_272

de ipſis Platina diffuſiſſime pertractauit.⁊ etiã q: cibi cõpoſiti infiniti fere inueniunt ſcd'm regionũ ciuitatum ⁊ domorum ſeu familiaruz diuerſitatem adeo q fatemur nedũ oẽs:ſz nec quippe milleſimam eorũz partẽ intelligere.Quos etiã ſi meli⁹ q̃ coci ipſi cognoſcerem⁹:⁊ ipos ſcribere vellem⁹ preter hoc q tediũz moleſtiãq intollerabilẽ legẽtib⁹ afferrerem⁹:vitã noſtrã prius q̃ illorum ſigillationẽ proculdubio finirem⁹.Et ppterea de ipſis ⁊ virtutib⁹ ipſorum omnium dicemus vniuerſaliter:q cum qs cibi cõpoſiti virtutẽ vel operatiõem intelligere voluerit quodcũq cõpoſitum id fuerit.debet ſingula eius ſimplicia cõſiderare:⁊ vniuſcuiuſq ipſorum qualitatem ⁊ quãtitatẽ:virtutẽ:operationem ⁊ gradum:iuuamẽtaq atq nocumẽta ipſorum:vt in ſuis capitulis prediximus:exquiſitiſſime prenotare demum q̃ finaliter ex eorum admixtione reſultet cõplexio:diligẽter animaduertere:quemadmodũ ex tyriaca ⁊ ſimilib⁹ medicinalib⁹ fieri ſolet.Si em̃ cõpoſitus cibus cõſtitueret ex tribus partibus rerum frigidarũ ſtomocho nocẽtium:⁊ vna calidarũ eidẽ cõferentium in eiuſdẽ gradus exiſtẽtium : ſine dubio totũ cõpoſitum frigidũ erit ⁊ ſtomacho nociuũ vt patet.Si autẽ res calide intenſioris eſſent in gradu q̃ frigide:⁊ plurimũ eas ſuperarent: certiſſime totũ cõpoſitum calidũ eſſet pronunciandũ:vt dato q res frigide forẽtales in primo:calide vero in tertio aut quarto:⁊ ſi in minori mole et quantitate exiſterent q̃ frigide: oĩno totũ calidũ eſſet appellandũ.Et ſicut de calidis ⁊ frigidis expreſſim⁹:ita de hũidis ⁊ ſiccis itelligẽdũ eſt.Et ſimiliter de ledentibus membrũz aliquod aut ei conferentib⁹ eſt putandũ . Et hac via taliq modo quilibet:aliquid etiã modicũ habens intelligẽtie:ſciet que ſit vniuſcuiuſq ſalatutũ:ferculi: saporis:mixture:condimenti: moreti: paſtilis ⁊ huiuſcemodi:cõplexio:natura:pprietas:⁊ operatio.Que etiã ſint ipſius iuuamenta:⁊ que nocumẽta ſi omnia bene perpõderauit.Et ſic cognoſcet qui cibi cõpoſiti ſint ei ſani:⁊ qui egritudinem afferentes:⁊ quomodo rectificandi corrigendi ⁊ refrangẽdi apponendo eis contraria que ſuperfluam eorũ qualitatẽ reprimere habeãt ſicut antiqui ſapiẽtes facere docuerunt:vt in.c.lxxij.libri huius manifeſtiſſime apparuit. Que autẽ ſint huiuſcemodi corrigentia ⁊ refrangentia dicemus in ſequentibus:⁊ nõ de oĩbus:ſed ſolummodo de magis vſitatis ⁊ quotidie ad manus noſtras peruenientibus domeſticis ⁊ familiaribus:cum quibus peritiſſimi coci ſolẽt cibaria dñorum cõdire preparare ⁊ rectificare:⁊ inde huiuſmodi cõdimẽta ſunt a pluribus nũcupata.Quorũ q̃dam ſunt ſicca:quedã vero humida ſiue liquida:quedã calida:alia frigida.aliqua exiccantia:⁊ nõ nulla aperitiua aut ſtiptica vel inciſiua ⁊ hmõi. Similiter alia ſunt ſtomachalia:alia epatica:⁊ aliqua concordialia vt infra videbit.Primo igitur de humidis vel liquidis ſermonẽ faciamus:deinde de reliquis ſcribemus.

¶ Cap.ccxiij oſtendit naturã adipis ⁊ pinguedinis dãdo modum quo ipſis debeam⁹ vti.

Condimenta ciborũ diuerſa exiſtũt vt dixim⁹ quorum aliqua ſunt liquores:⁊ qdã ſunt ſpecies ⁊ aromatica. Et q: liquoribus oẽs fere ⁊ diuites ⁊ pauperes magis ⁊ frequenti⁹ vtuntur q̃ aromatibus:de ipſis primo dicere ſtatuimus.Poſtea vero de alijs ſermocinabimur:obſeruãtes in his ⁊ illis propoſſe ordinẽ alphabe

UVA. BHSC. TyR_272

ti. Incipiamus ergo ab adipe ⁊ pinguedine: cū quibus fercula ⁊ plurima alia ꝯdiri ſolent: dicentes cū Iſaac in dietis vniuerſalibus. c. xl. ſic ſcribente. Pinguedinis proprietas ſtomacho ⁊ digeſtioni eſt nociua. Primo q꞉ innatat cibis ⁊ facit eos inflantes ⁊ cito ſaturantes: ⁊ cū alteri cibo admiſcetur ſua viſcoſitate: ille alter ingroſſatur: ⁊ digeri incipiēs villos ſtomachi emollit ⁊ viſcoſitatē ⁊ lubricitatē eis tribuit. vnde virtus contentiua deficit ⁊ expulſat vigoratur: vnde plurimū lienteria generat: ⁊ hoc proprie in ſtomacho frigido operantur. In calido vero in fumoſitatē ⁊ in choleram cōuertitur vt manifeſte. in. iij. declarauimꝰ. ⁊ ideo impreſentiarū de ipſa perpauca dicemus: eo ꝙ omnino volumꝰ vt ad preallegatum capitulū perueniat in quo fere omnia per pulchra de pinguedine. Dicta ſunt collecta hoc aūt in loco tantummodo dicamus ꝙ pinguedo proportionata ſit carni animalis ex quo ſumitur. Unde ſi ex calido accipiatur calida exiſtit: ⁊ ſi ex humido humida ⁊c. Et quanto animal exceſſerit in aliqua qualitatū tanto et pinguedo temperamentū excedit. Et ꝙ ita ſit apparet per Iſaac in vnierſalibus dietis. c. xxxix. dicētes Pinguedo porcina magis ceteris humectat corpora calefactione nulla apparente: ſicut pinguedo leonina calefacit plus ceteris ⁊ minus humectat. Pinguedo autem bouina mediocris eſt inter porcinam ⁊ leoninam: ⁊ bouina ſiccior eſt caprina. Caprina vero ſiccior porcina: ⁊ porcina ſiluaſtica calidior eſt ⁊ ſiccior domeſtica: ⁊ pinguedo lactentis aut vicina lactenti temperata erit in calore in humiditate vero multa: ⁊ pinguedo iunioris calidior ē ⁊ ſiccior ꝙ̄ lactētis ⁊ recēs eſt minꝰ calida ⁊ magis hūida. Uetꝰ vo calidior ⁊ minus hūida. Et iſta videtur fuiſſe ſententia Gal. in quarto de ſimplici medicina diſtinctione. ij. c. iij. dicētis. Pinguedo feminarū caprarū ⁊ feminarū vaccarū eſt minoris acuitatis ꝙ̄ pinguedo bouū ⁊ hyrcorum ⁊ adeps anatis ⁊ gallorū eſt vehemētioris ſiccitatis ⁊ vehementioris caliditatis ꝙ̄ adeps porci: ſed cū hoc eſt ſubtilis nō terreſtris. Et ſimiliter iterū adeps volatiliū oīm: qm̄ i ſubſtātia corporū eoꝝ eſt ex aere quantitas multa. Et in. v. lib. eiuſdem diſtinctione. ij. c. v. dixit. Adeps gallorū ⁊ anatis ſunt ſubtilioris ſubſtantie. Adipes vero caprarū ⁊ vaccarum ſunt groſſioris ⁊ propinquioris nature terre. Et adipes omniū aīaliū ſilueſtriū ſunt acutioris ⁊ vehemētioris exiccationis ꝙ̄ adipes domeſticorū. Sic ergo cōcludamus: ꝙ quale animal fuerit talis ⁊ pinguedo ſeu adeps eius erit: vnde maſculina calidior eſt ⁊ ſiccior feminina ſui generis: caſtratorū vero mediocris. vt Iſaac inquit vbi ſupra. Ideo de laudabilibus animalibus laudabilis erit pinguedo: ⁊ huiuſcemodi erit vtendum: ⁊ nō via cibi: ſed tantūmodo via condimenti et preparationis alioꝝ: ⁊ proprie ſiccoꝝ ⁊ frigidorū cū oīs pinguedo de ſe calida ſit ⁊ humida: vt idē ait loco allegato. Et ꝙ cōdiēdo tātummodo ea vti debeamus: patet per eum in eo loco. c. xxviij. ſic ſcribente. Pinguedo et vnctuoſitas ſimul parū nutriūt ⁊ illaudabiliter: vnde nō ad cibū: ſed ſolū ad cōdimentum ſunt dāda: q꞉ vnū quodꝙ eorū ſtomachi eſt inflatiuū ſaturās cito: ⁊ corrumpens ꝗcquid ciborū in ſtomacho īuenerit. Similiter in particularibus ait. Pinguedo pro ſolo cōdimento donetur vt cibis laudabilē ſaporē faciat. nā carnoſa ⁊ nō carnoſa pinguedo ꝓ nutrimēto data peſſima eſt. quare ⁊c.

¶ Cap. ccxiiij. oſtendit naturā ꝓprietates ⁊ iuuamēta butyri: ⁊ olei oliuarum perfectarum.

UVA. BHSC. IyR_272

# De natura butyri ⁊ olei oliuarum.

DIximus ſupra in.cap.cxxiiij.nōnulla de butyro:q̄ ſi reuideant̄:nō erit pro preſenti ꝓpoſito inutile:cū tamē initia ſint eoꝝ que i hoc capit.de butyro voluimus cōplere:eo ꝙ loco olei in pluribꝰ regionibus vtat̄:⁊ non ſolū pro cōdimento:ſed ab aliquibꝰ pro cibo cum pane comedit̄:neſcientes ꝙ q: butyrū calidum eſt ⁊ humidum.vt Princeps ait in.ij.canonis.c.cxiiij.mollificat: et lenificat:⁊ calefacit:⁊ in ſtomacho calido facile in cholerā conuertit̄ cū vnctuoſum ſit ⁊ ſubtile aereum ⁊ de facili inflammabile.Et ideo via cibi ſolū non eſt cōueniens:ſed tātum via medicine cū amygdalis ⁊ zuccaro ad leniendum pectus:⁊ ad maturādum ſuperfluitates in ipſo ⁊c.Uia autē condimēti loco olei ⁊ pinguedinis pōt vti: ⁊ patiētibꝰ in pectore vtilius erit oleo. ſicut ſenſit Raſis in.xxij.continētis.c.cccccccxx.autoritate antiquoꝝ.Nocet tamē humidā habētibus naturam:vt idem dixit in.xxij.libro eiuſdē.c.ccclxix.autoritate Bimmaſui ⁊ ceteroꝝ ſapientū.Quare non oībus eſt vtile: vt quidā vulgariū ad pauca reſpiciētium:ſaniſſimū vnicuiqꝫ fore butyrū predicāt. ¶ Oleum autē ſimiliter via cōdimēti perutile habet̄: dicēte Auerroi in.v.colliget.c.de ouis. Res q̄ coquitur cū oleo eſt multū nutritiua:dū modo oleū nouū ſit ⁊ dulce ⁊ oleū oliue:q: natura illius eſt tēperata declinās parū ad calorē:⁊ impiguat epar: ⁊ auget ipſius ſubſtantiā : ⁊ gn̄aliter dico ꝙ eſt cōueniēs homini multū ſecundū totā ſui ſubſtantiā : ⁊ ꝓpterea in terris noſtris nō coquimꝰ carnes niſi cū eo,hec ipſe.Auicē.vero in.ij.canonis.c.cccccxxix.dixit.Oleū ſanis melius eſt oleū onfancinū.ſ.expreſſuꝫ ex immaturis oliuis:qđ frigidū eſt ⁊ ſiccū in primo:ſicut oleū factū ex oliuis vltime maturis eſt calidū commēſurate:⁊ declinat ad humiditatē.Et ꝓpterea dixit in.xiij.tertij.c. vlti.primi tractatus.ꝙ oīa olea mollificant ſtomachū.Et in tractatu.ij.eiuſdē.c.vij. ait.Scias ꝙ oīa olea:⁊ ꝓprie butyrū ⁊ vnctuoſa proſternūt appetitum aut debilitant ipſum.Et ꝓpter hoc mollificant ⁊ corrūpunt orificia venarū : et illud qđ ex eis eſt cōuenientiꝰ:eſt illud in quo ē ſtipticitas aliqua ſicut oleū onfancinū ⁊ fiſticinū ⁊c.Quod etiam ſenſit Iſaac in vniuerſalibus dietis. c.viij.cū inquit.Oleū nō ſolū diſſoluit verūetiaꝫ viſcoſitate ſua ⁊ vnctuoſitate virtutē diſſoluēdi debilitat. Idem quoqꝫ in particularibus voluit cū dixit.Oleum qđ recēs nouiter ab oliuis manatū nigris ⁊ maturis calidum et humidum eſt mediocriter ſtomachi mollificatiuū:ventrē humectās.Oleū vero antiquū fit nocibile citoqꝫ in malos humores cōuertibile ⁊c.De qualitate etiam olei prima ſimiliter aſſerit Gal.in.ij.de ſimplici medicina diſtinctione.iij.c.j.dicēs. Oleum recēs ego inueni:⁊ vidi ꝙ ipſuꝫ ſit ex rebus que calefaciunt corpus calefactione equali calefactioni qua ipſum calefacit corpus:⁊ vidi ipſum iteruꝫ in virtutibus ſuis:⁊ in ſuis operationibꝰ particularibus generare in corporibꝰ equalis caliditatis caliditatē tepidā:⁊ in corporibus in quibus caliditas feruet caliditatē fortem:⁊ ob hāc cauſam oleū fit ſicut materia reliquis medicinis : quoniam ſi permiſces cū eo medicinas calidas:fit medicina calida : et ſi frigidas:frigida.Et in.c.iij. diſtinctionis eiuſdē inquit.Oleum eſt mediū inter res que humectant corpus : et res que exiccant ipſum:ſicut eſt medium inter calefacientes ⁊ infrigidantes. Oleum enim ſuaue eſt permixtum et cōpoſitum ex ſubſtantia aerea:⁊ ſubſtātia terrea:⁊ ſubſtātia aquea ſimul dixit idē in lib.iiij.diſtinc.ij.c.iij.⁊ pro

UVA. BHSC. IyR_272

pterea Raſis in.iij.Almāſoris.c.xxiij.
ſic ait.Oleum pterea neqꝫ faſtidiū vt
alia vnctuoſitatē habentia facit: nec
eoꝝ hꝫ groſſitudinē.⁊ i li.xxij.ꝯtinētis
c.cclv.dixit autoritate Diaſcoridisꝙ
oleum onfancinum qđ cōficitur ex oli
uis immaturis:melius eſt alijs ſpecie
bus olei vel ſanis.⁊ valet ad ſtoma=
chum ex eo qđ in ipſo eſt de ſtipticita
te.Et ſubdit.Omnes ſpecies olei ſunt
calide leniētes ⁊ debilitātes vim ner
uorum:⁊ propterea in cōpetenti quā=
titate eo pro cōdimēto vtamur: ⁊ nō
quocunqꝫ ſed optimo.Quod docet co
gnoſcere Gal.in.vj.lib.de ſimplicibꝰ
medicinis.c.cxx.dicens.Si tu guſtas
oleum:⁊ neqꝫ inuenis ipſum ſtipticū.
ſed inuenis ipſum vere boni ſaporis:
debes ipſum iudicare calidū equali=
ter.⁊ ſi inuenis ipſum cū hoc ſubtile:⁊
eſt illud qđ eſt clarum tranſparēs qui
dem:quādo accipitur aliquid ex eo ⁊
ponitur ſuper aliqđ membrū corporis:
expanditur multū ⁊ penetrat ⁊ bibit
ipſum membrū corporis:debes exiſti
mare de ipſo ꝙ illud eſt valde perfe=
ctum.⁊ ꝙ virtus que eſt neceſſaria in
oleo eſt in eo reperta.hec ipſe. cū tali
itaqꝫ vel cū onfacino cibaria ꝯdiamꝰ.

¶ Cap.ccxv.oſtendit naturā ⁊ p
prietates aceti:declarādo iuuamē
ta ipſius ⁊ nocumēta.

Acetum diuerſimo
de vrī ab autoribꝰ
graduari. dixit em̄
Auerrois de ipō in
quinto colliget. ꝙ
videt de aceto vt
dn̄ans ſup ipſum
ſit ſubſtātia frigi=
da ꝑpter acetoſitatē que eſt in eo: ꝗ̄
uis:habeat partē vnā igneā:q̄ iudica
tur ꝑpter ipſiꝰ acumē:⁊ iam dictū eſt
ꝙ acumē ꝓuenit ꝑpter fortē ſiccitatē
cū modico calore:⁊ multa ipſius mor=
ſio nō ſignificat ſuper malā caliditā=
tem:qꝛ hoc ꝓuenit a ſubtilitate:⁊ etiā
acetoſitas in eo.qđ eſt qꝛ acetoſitas
incidit:⁊ maxime qn̄ aſſociatur calori
⁊ ideo debemꝰ ponere ipm̄ frigidū in
ſecundo.⁊ ſiccum in tertio:⁊ maxime
vetuſtum.hec ipſe.Auic.vero in ſcđo
cano.c.lxxviij.dixit.Acetū eſt cōpoſi=
tum ex caliditate ⁊ frigiditate.⁊ am=
be ſubſtantie ſunt ſubtiles. ⁊ frigida
quidē eſt magis dn̄ans ⁊ illud in quo
eſt acredo eſt calidius.Si vero nō ha
beat acredinē eſt frigidū ⁊ decoctio
eius diminuit de ipſiꝰ frigiditate ali=
quid.Et ſubdit.Eſt fortis exiccatiōis
et ſubtiliat:⁊ incidit.et adiuuat ad di
geſtionē:⁊ eſt conferens cholericis ⁊
nocens melancholicis:eſt nociuū ner
uis:⁊ ideo nocet ſtōacho frigido ma
trici ⁊ ſimilibus:cōueniens tamē ſto=
macho calido ⁊ humido diſrumpēs
appetitū:et adiuuās ad digerēdum.
et totū illud:qꝛ preparat ſtomachum
eius tamē aſſiduatio quādoqꝫ perdu
cit ad hydropiſiꝫ:⁊ quādoqꝫ bibitur
calefactū poſt medicinas mortiferas
⁊ cōfert.Et in tertia primi.c. j. doctri=
na.v.ſic etiā de eo ait.Aceto in cibo ⁊
potu vti in peſtilentia eſt nocumenti
ipſius ſecuratio.Et in.ij.tertij.c.iiij.in
quit.Acetum eſt ex rebus que neruis
ſunt nocibiliores.⁊ in.vij.quarti trac.
c.vj.Qui habet debilitatē neruorū:et
mulieres que habent nocumentū in
matrice:deuitent acetū.Que fuit ſen
tentia hippocratis in tertio regimi=
nis acutoꝝ textu cōmēti.xl.dicentis.
Uniuerſaliter acredo aceti eos iu=
uat qui choleram habent amarā: nō
autem qui nigram:cholera enim eua
neſcendo in naturā phlegmatis trāſ=
fertur cum ab aceto trahitur: nigra
vero ebullit et creſcendo multiplica
tur. quoniam acetum choleram ni=
gram adiuuat multiplicari. ⁊ poſtea
ſubiunxit.Acetū plus feminis ꝗ̄ ma
ſculis inimicatur:qꝛ ledit matricē. et

UVA. BHSC. IyR_272

# De natura aceti ⁊ acreſte.

Gal. in cōmento dixit. Acetum nocet oībus mēbris neruoſis ꝓpter ſubtilitatē ſubſtātie: ꝓpter quā hꝫ penetrationē in ꝓfundū mēbroꝝ: ⁊ penetrat in totū mēbrum: ita vt non remaneat in eo pars: q̄uis ſit parua valde: cui nō noceat. ſcdm hoc ergo nocet membris neruoſis. Alia quoqꝫ ratio ponit̃ ab eo in primo de ſimplici medicina diſtinctione. iij. c. ij. dicēte. Acetū proculdubio eſt frigidū: verūtamē in eo caliditas parua. ⁊ nō calefacit corp᷒ niſi ꝑ accidēs. ⁊ in quarto eiuſdē ait. Acetū ē ſubtile infrigidās ⁊ deſiccēs. Et in. vj. eiuſdē. c. dixit. Acetū infrigidat vehemēter. ⁊ penetrat ad mēbra oīa velocit̃: ⁊ ꝑuenit facile: ⁊ ꝓpterea a calidū hn̄tibus ſtomachum acetuꝫ familiare habeat̃. qm̄ vt etiā inq̄t Raſis in. iij. Almāſoris. c. xvij. acetū frigidum eſt ⁊ ſiccū: qd̄ ⁊ maciē efficit ⁊ virtutem deſtruit: ſperma quoqꝫ minuit: cholerāqꝫ corroborat nigrā: rubeam vero cholerā ac ſanguinē debilitat: ciboſqꝫ quibus admiſcet̃ ſubtiliat. Et in. xxj. continētis. c. cccciij. autoritate Diaſcoridis inquit. Acetum eſt frigidum: ſiccū: ⁊ ſtipticū: cōfert ſtomacho ꝓuocat appetitū ⁊c. Et dixit Ruffus. Acetum infrigidat ⁊ ſubtiliat humores groſſos: ⁊ ſiccat corp᷒: ⁊ amputat ſitim: ⁊ extinguit cholerā: vt etiā ait filius Meſue. Cū ita ſit igit̃ ꝙ acetuꝫ infrigidat in p̄io ⁊ deſiccat in tertio: vt ſilr̃ dixit Iſaac in ꝑticularib᷒ dietis. idcirco diſſolutiuū eſt ⁊ extenuatiuum: ⁊ ꝓpterea eſt de reb᷒ magis nocentib᷒ habētib᷒ naturas melācholicas teſte Gal. vbi. ſ. ſed. c. vij. eſt quoqꝫ de reb᷒ nocētibus epati: cū vſus ei᷒ abūdās fuerit: dicēte Auēzoar in ſuo theiſir tractatu. xiij. c. j. Accidit debilitas virtutis epatis cauſa vſus aceti ſupflui: ⁊ ꝓpterea ab eis ⁊ ab his qui in ſtomacho vel matrice. aut in neruoſis membris alijs patiuntur vſus eius fugiendus eſt.

¶ Cap. ccxvj. oſtēdit naturā operationes ⁊ ꝓprietates acreſte: ⁊ quibus conueniat naturis ⁊c.

Acreſta in pleriſqꝫ ſaporib᷒ ponit̃: ⁊ precipue in eſtatis tēpore a calidā habētibus cōplexionē diligit̃: ideo de ipſa dicam᷒ cū Diaſcoride ſic ſcribēte. Oportet ꝙ exprimat̃ ſuccus ex vua nō matura anteqꝫ aſcendat ſtella canis. ⁊ ponat̃ in ſole vaſe cooperto ⁊c. ⁊ hec frigida eſt valde ⁊ ſicca atqꝫ plurimū ſtiptica. Hoc tn̄ a q̄ꝫpluribus nō obſeruat̃: immo tūc faciunt eā cum vua iam inceperit maturari: ⁊ hec non tantū frigida nec adeo ſtiptica exiſtit: ⁊ pro debilib᷒ ſtomachis magis cōueniens erit: igit̃ diuerſorum operationū ⁊ effectuum ſcdm diuerſitatē vue: tēporis: ⁊ alioꝝ. Illa tamen approbat̃ magis: que eſt citrina declinās ad rubedinē vt medici dicunt. Que autē ſit eius natura: ⁊ que ſint ipſius operationes: ptꝫ ex his q̄ ſcripſit Gal. in. iiij. de ſimplici medicina diſtinctione. ij. c. cum inquit. Aqua acreſte infrigidat infrigidationi completa ⁊ integra: ⁊ ꝓpter illud confert inflationi ⁊ aduſtioni vltimo iuuamēto quando ponitur ſuper os ſtomachi: ⁊ ſuꝑ totū ventrē: aut ſuꝑ oēm locū in quo eſt neceſſaria infrigidatio. Et diſtinctione. iij. c. ij. eiuſdē quarti ſic etiā ait. Differentia inter ſuccuꝫ acreſte ⁊ acetū eſt: ꝙ in aceto cuꝫ acetoſitate ſunt acuitas ⁊ acredo que generantur a caliditate generata a putredine. Sic igit̃ caliditate accidētali eſt calidū aque vero acreſte nō eſt accidentalis caliditas: neqꝫ eſt ſubtilis ſicut acetum. Et poſt pauca ſubiūxit. Frigiditas aque acreſte eſt debilior: ⁊ nō permiſcet̃ ei omnino aliquid ex caliditate extranea ⁊ propterea aqua acreſte inuenitur magis iuuatius q̄ꝫ acetum illi qui habet mirach ventris

UVA. BHSC. IyR_272

ſui inflāmationē ⁊ aduſtionem. Quo
niā aque acreſte nō eſt frigiditas la
borioſa corrūpēs:neq₃ caliditas mor
dicatiua accidētalis:⁊ ille qui h₃ hu-
iuſmodi egritudinē:nō indiget niſi vt
ſedetur eius caliditas mordicatiua:⁊
q: etiā aqua acreſte nō eſt acetoſa tā
tum:immo in ipſa cum illa eſt pontici
tas. Et ideo cōcludit ipſe in eo loco.
Omnes ſpecies acreſte ſunt cōuenien
tes ad extinguendū inflammationē:
⁊ propterea cholerici ac ſanguinei q̄
calidā habēt cōplexionē:debēt ea ſu
per cibos calidos vti:⁊ p̄cipue:in eſta
tis conſtitutione iuxta ſententiam prin
cipis. Auicē.in.ij.canonis capitulo de
columbis dicētis. Et oportet quidem
vt calefacti comedant eos cū acreſta
⁊c. Quod nō ſolū de colūbis. ſed ⁊ de
reliquis valde calidis eſt intelligen-
dū. Nō ſic autē ſuper piſces reponen-
da eſt:vt cōmuniter fit a pleriſq₃. ꝙ ſi
quis oino eam ſuper piſces vel alia
huiuſcemodi frigida proijcere volue
rit:ipſam prius decoqui faciat:⁊ nō in
eneo vaſe:ſed in terreo vel lapideo:⁊
cum aromatibus calidis ⁊ ſpeciebus
⁊ ſale refrangat ipſius frigiditatem
plus ⁊ minus ſcđm ſtomachi ⁊ ſuſci-
pienti cōplexionem. Ex quibus appa
ret ꝙ acreſta non ita ſit vniuerſaliter
periculoſa ſicut acetum pro mulieri-
bus phlegmaticis ⁊ huiuſmodi.

¶ Cap.cxxvij.oſtendit naturā et
operationes mellis apum: decla-
rando quib⁹ cōplexionibus cōue
niat:⁊ quibus naturis ſit nociuū.

MElle in cōdimentis vti
quandoq₃ nō eſt inu-
tile:cū dicat Auerrois
in.v. colliget. Mel eſt
calidum ⁊ ſiccum in ſe
cūdo gradu:⁊ eſt mul
te abſterſiōis:⁊ cibus
medicinalis:⁊ ꝓprie in ſenibus: q: ci-
bus eſt in ipſis multū iuuatiuus:cū
eis ꝯuertatur in ſanguinē bonū. Sed
mel cāne qđ etiā ē mel:minoris ē calo
ris alio melle:⁊ minoris abſterſionis:
nec h₃ illam mordicationē quā habet
mel:idcirco maioris eſt iuuamēti alio
melle mēbris que nocentur nimia ab
ſterſione ſicut ſtomachus: pulmo: et
veſica ⁊c. Auicē.vero in.ij.canonis.c.
cccclxvij.ſic de eo inquit. Mel eſt ros
occultus cadēs ſuper flores:⁊ ſup reli
qua:quē colligunt apes. quod acce-
pit a Gal.in.iij.de alimētis.c.xxxviij.
dicente. Fit quidem mel ſuper folia
plantarum:eſt autē neq₃ ſuccus ipſa-
rum:neq₃ fructus:neq₃ pars:ſed eiuſ-
dem generis:quidē cum rore:attamē
nec continue nec cōſimiliter illi fit co-
pioſum. Deinde proſequit̄ Auicen. in
loco preallegato ⁊ dixit. Melius mel
eſt qđ eſt vere dulcedinis: boni odo-
ris:declinans ad acredinē ⁊ ad rube-
dinem ⁊ qđ eſt vt palea in colore: qđ
nō eſt ſubtile ⁊ viſcoſū. qđ nō abſcin
ditur. ⁊ melius eſt venale:deinde eſti
uum:hyemale autē eſt malū. Et mel
apum eſt calidū ⁊ ſiccū in ſcđo:⁊ virt⁹
eius eſt abſterſiua:apertiua orificio-
rum venarū: reſolutiua humiditatū:
⁊ expellit humiditates ex profundo
corporis. ⁊ ꝓhibet putrefactionē ⁊ cor
ruptionē carnis. Et mel cuius ſpuma
nō eſt eiecta inflat ⁊ ſoluit ventrē: ⁊ ſi
auferat̄ ſpuma ipſius minorat̄ illud:
decoctū nō mouet ventrē:immo q̄nq₃
ſtringit phlegmaticos. ⁊ nutrit pluri
mū. Que fuit et ſententia Iſaac in ꝑti-
cularibus dietis ſic ſcribētis. Mel ca-
lidū eſt ⁊ ſiccū in ſcđo gradu: aliquā-
tulum habens acuminis ab apum na
tura acquiſitū:vnde cacochymia cor
pora incidit ⁊ mundificat: maiorēq₃
copiam humorū ab interioribus cor-
poris per poros excludit:venarumq₃
ſordes optime digerit:ideoq₃ nature
frigide et humide ⁊ precipue ſeniori-
bus confert: cito enim in eis in ſan-

UVA. BHSC. IyR_272

guinem mutat̃: calidis ỽo inconueniẽs
est maxime si cõplexio corꝫ sit sicca
acumẽ eis ⁊ incendiũ largit̃: ⁊ in cho
lericum humorẽ ꝯuertit̃. Si vero in
ſanguinẽ vertat̃: facit reliquum cali-
diorem ⁊ nullũ corporibꝰ coꝝ dat nu
trimentum. Laudabilius mel eſt ver
nale: autũnale ỽo peius: hyemale au
tem peſſimum. groſſum eñ eſt: vnde
ꝓpter ſue ſubſtantie duritiẽ ỽtus in
ſua deficit actione ⁊ poſt multa dixit.
Mel in ſua permanens cruditate mã
ducantibus inflationẽ ⁊ ventoſitatẽ
generat: aſperitatem pectoris augmẽ
tat propter ſui acumen: vomitũ ⁊ ege
ſtionem ꝓuocat. Mel autem cũ aqua
multa ſufficienter coctũ tenuius eſt ⁊
humidius. Qua de re nihil acrius in
eo reperitur: neqꝫ eſt inflatiuum: neqꝫ
vomitus ꝓuocatiuũ ſed edentiũ cor-
pora cito perforat ac velociter nutrit.
pectoriſqꝫ lenit aſperitatẽ ⁊ vrinã ad-
duxit. Mel aũt qđ coctũ eſt ſine aqua
⁊ diſpumatũ multũ plus ceteris hꝫ
acuminis ⁊c. Qđ ſimiliter voluit Ra-
ſis in .iij. Almanſoris .c.xx. dicẽs. Mel
calidum eſt: citoqꝫ in choleram vertit̃
rubeam: atqꝫ phlegma quaſi lambẽ-
do deſtruit. Quod ſenibus frigidam
habentibus naturã ⁊ ꝯplexionem cõ
fert. In eſtate aũt ⁊ his q̃ calidaꝫ ha-
bent cõplexionem malum exiſtit. Qđ
iterum replicauit in .xxij. continentis
c.viiij. ⁊ idẽ ſenſit haliabas in .v. theo
rice .c.xxvij. dicens. Mel calidũ eſt et
ſiccum in ſcđo gradu frigidas haben
tibus cõplexiones opportunum: ⁊ cui
phlegma dñatur ac ſenibus: generat
eñ in eoꝝ corporibus ſanguinem bo
num: ⁊ caloris ſubſtantiã cõfortat na
turalis maxime ſi tp̃s hiemale ſit. Si
aũt cuius calida eſt cõplexio ſeu cuiꝰ
corporis cholera dñatur: vel ẽt iuuen-
tutis eſt etas illud acceperint: maluꝫ
eſt ⁊ in eoꝝ corporibꝰ cholerã rubeã
morboſqꝫ illis generat acutos ac cali
dos: magis aũt ſi tp̃s fuerit eſtiuum
hoc eñ tẽpore potius in cholerã mu
tatur qꝫ ſanguinem generet ⁊c. Que
quoqꝫ fuit Hal. ſentẽtia in ſcđo de vir
tutibus naturalibus .c.viij. ⁊ in .iiij. de
ſimplici medicina diſt .iij .c.v. dicẽtis.
Non eſt mirũ neqꝫ immanifeſtũ: qm̃
mel eſt dulcius omni re: ⁊ generet in
corpore humorẽ qui eſt amarior hu
moribus cibus. ⁊ facit illud in iuuen
tute ꝓprie ⁊ in habentibus naturas
calidas: ⁊ in febricitantibus ꝓprie ꝑ-
mutationem: ⁊ in conuerſionẽ ſuã ad
choleram: ⁊ cã in illo eſt intellecta: et
res eius eſt manifeſta: ⁊ illud eſt: qm̃
ſicut mel qñ approximatur extrinſe-
cus igni tp̃e longo fit amari ſaporis.
Similiter eſt ꝓprietas eius in corpo
ribus hominũ: q꞉ qñ inuenit calidita
tem fortẽ generat humorẽ cholericũ.
in corporibus aũt in quibꝰ ſuperfluaꝫ
frigiditatẽ inuenit: aut ꝓpter etatem
aut cã complexiõis naturalis: aut in-
firmitatis cõuertitur ⁊ ꝑmutatur ad
ſanguinẽ bonũ tẽperate ꝯplexionis:
cum facilitate ⁊c. Ex quibus ptꝫ q̃bus
conueniant mel ⁊ condimẽta facta cũ
eo. ⁊ in quo tempore anni: quibuſqꝫ
nociuuꝫ exiſtat. quare ⁊c.

¶ Capi .ccxvij. oſtendit naturam
proprietates ⁊ iuuamenta mellis
cãne quod zuccarum dicitur.

MEl canne a quibuſdaꝫ:
⁊ ab aliis zuccaꝝ dici-
tur: qđ nos cũ vulgari
bus zuccaruꝫ appella
mus: de quo dicamus
poſt ſermonem mellis
apũ: priſcos patres imitãdo q̃ poſtqꝫ
de illo dixere: ſtatim: ⁊ de hoc deter-
minare conſueuerũt. Incipiamus er-
go cũ haliabate in .v. Theorice .c.xx-
vij. ſic ſcribente. zuccara tẽperate eſt
cõplexionis: ſed ad calidũ in omnibꝰ
ſuis habitudinibꝰ aſſimilat̃: niſi qꝫ ſi-
tim non mouet: eiuſqꝫ nutrimentum.

UVA. BHSC. IyR_272

maius eſt ꝙ̄ mellis. zaccara aūt te⸗
barzeda:alba.ſ.⁊ ſolida ⁊ plurimū ex
cocta ceteris melioꝛ eſt ſpēbus ⁊ ſub
tilioꝛ ⁊c. A quo iunioꝛes videnť acce⸗
piſſe.ſ.Auerrois i.v.colliget cū dixit.
Mel cāne ꝙ ēt eſt mel:eſt minoꝛis ca
loꝛis alio melle ⁊ minoꝛis abſterſio⸗
nis:nec hꝫ illā moꝛdicationē quaꝫ hꝫ
mel.idcirco eſt maioꝛis iuuamēti alio
melle mēbris q̄ nocenť nimia abſter
ſione:ſicut ſtomachus:pulmo:⁊ veſi⸗
ca.Auic.ſimiliter in.ij. cano.c. ccccxc⸗
vij.ſic ait.Et mel de cānis eſt calidū
in pꝛīo:⁊ pōt eſſe vt ſit humidū in pꝛi⸗
mo:⁊ nō eſt vt mel apū ſiccū .Et hoc
ēt ſignificať ⁊ diuerſificať ſm maioꝛē
aut minoꝛē eiꝰ purificationē ⁊ albedi
nem:vñ ꝙ̄to magis rubeū tanto cali
dius exiſtit:⁊ albū eſt.ꝙ zuccaruꝫ ta
barzet a medicis nuncupatur.de quo
Pꝛinceps in.ij.canoñ.ſpāle fecit.c.d.
celj.dicēs ꝙ frigidius eſt.i. minus fri
gidū zuccarū tabarzet ⁊ eſt ſublimiꝰ.
vniuerſaliter tñ zuccarū calidū eſt in
fine pꝛimi:⁊ antiquū declinat ad ſicci
tatē in pꝛīo.⁊ eſt humidū in ſcdo .ſ.añ
ꝙ̄ antiqueť:⁊ ꝙ̄to magis antiquať tā
to magis exiccať:eſt lenificatiuuꝫ:ab
ſterſiuū:lauatiuū:⁊ ſubtiliatiuum.Et
zuccarū nō eſt inferiꝰ melle in abſter
gendo:⁊ mūdificādo:⁊ ꝙ̄to plus an⸗
tiquať fit ſubtilius:eſt bonum ſtoma
cho in quo nō generať cholera:ipſuꝫ
eñ ledit qm̄ ad cholerā cōuertiť ⁊ eſt
aperitiuū oppilationum:⁊ in ipſo eſt
virtus faciens ſitim minoꝛeꝫ tñ ſitim
quā facit mel:⁊ ꝓpꝛie antiquū qđ ge
nerat ſanguinē feculentū:⁊ abſtergit
phlegma ſtomachi:⁊ rubeū vehemē
tioꝛis eſt lenificatiōis ⁊c. Iſaac quoqꝫ
in particularibus dietis ſic ſcripſit de
ipſo.zuccara calida eſt in fine pꝛimi
gradus:humida in medio: choleram
diſſoluit ⁊ extenuat:⁊ vētrē abſqꝫ vlla
moꝛſura ſui humectat:⁊ ſtomachū mū
dificat:quia paſſibilis ſubſtantia eſt
nonnūqꝫ tñ in choleram rubeā mu⸗
tatur.Raſis ſimiliter in.iij. Almāſoꝛ.
c.xx.in fine dixit.zuccarū guttur ⁊ vē⸗
trem lenit:neqꝫ calefacit niſi paruꝫ.ſ.
zuccarum tabarzet.⁊ in.xxij.lib. con⸗
tinentis.c.cccxcv.dixit autoꝛitate Ga
lie.in.vij.Vires zuccari ſunt vt vires
mellis in abſterſione:deſiccatione: ⁊
diſſolutione:ſed cum tenuitate ipſius
nocet ſtomacho ad modum nocumē
ti mellis:neqꝫ infert ſitiꝫ:vt facit mel:
quia ipſum in vtroqꝫ in huiuſmodi re
mouetur a melle.Et dixit Buimaſui
de cannis zuccari. quod ſunt calide
in pꝛimo:⁊ humide in vltimo eius: et
conferunt aſperitati accidenti in pul⸗
mone ⁊ pectoꝛe:⁊ gutture ⁊ veſica: et
leniunt naturam:⁊ conferunt ſtoma⸗
cho ex abſterſione illius quod in eis
fuerit.Sed nocent habentibus in ſto
macho choleram rubeam excitando
eam cum dulcedine ipſarum .Et in⸗
fra dixit autoꝛitate eiuſdem. zuccarū
nigrum.ideſt rubeum:calidum eſt et
humidum:ſed vetuſtum calidum eſt
⁊ ſiccum:⁊ valet ad ventoſitates ven
tris:⁊ diſſoluit naturam:⁊ ſi bibitur
cum oleo amygdalarum dulcium cō
fert conce:veteri etiaꝫ phlegmati qđ
eſt in ſtomacho:ſed tamen ſitim in⸗
fert ⁊c. Fugiant ergo iuuenes zucca⸗
rum rubeum ⁊ res conditas cum eo ⁊
albiſſimo potius vtantur:quod frigi
dius eſt:vt diximus:ideſt minus cali
dum:niſi phlegmatici eſſent: ⁊ velut
femine.Et in hyeme regione que fri⸗
gidiſſima. Tunc enim eis poteſt zuc⸗
carū rubeū ꝯuenire:ſicut ⁊ ſenibꝰ no⸗
ſtris rubeū bonū erit lōge vtiliꝰ albiſ
ſimo.Q̄re idem de ꝯfectionibꝰ iudiciū
fieri dꝫ.Si eñ ex zuccaro albo ⁊ bo⸗
no facte fuerint:minus nociue ſunt il
lis quaꝝ libra vna ꝓ ſolidis octo hr̄.
Quāplures eñ ex bono foꝛo decipiū
tur:quēadmodū auariſſimus q̄dā cō
ciuis noſter ditiſſimus: cū nuptias fe
ciſſet venetias iuit:⁊ capſam vnaꝫ di
ctis cōfectionibus impleuit;eo ꝙ pa⸗

UVA. BHSC. IyR_272

rum expoſuerat:cūq; domū reverſus eſſet:ecce filij inquit q̄d bene mercari cōferat:ꝛ loquēdo capſam aperit:ꝛ ex cōfectionib⁹ farinā ſine mola cōtritā intuent̄. Unde ſenex erubuit:ſimulq; indoluit auariciā cognoſcendo.

¶ Capi.ccxix. oſtendit naturam ꝛ proprietates ſape ſeu vini cocti ſimul cum nocumentis ex vſu eius prouenientibus.

De ſapa ſiue de vino cocto dicem⁹ cū Michaele noſtro ſic in ſua practica ſcribente. Reperit̄ rob:vinū: ꝛ carenuz. Rob vini dicit̄ qn̄ decoctio fit vſq; ad conſumptionē medietatis:ꝛ dicitur vinū coctū. Carenū vero q: tertia parte carēs:ꝛ etiā dicitur vinum coctū:aliqn̄ itaq; decoquitur intantū vt ad ſpiſſitudinē mellis veniat:ꝛ tūc ſcd̄m quoſdā proprie dicit̄ rob vini:ꝛ vt exiſtimo calidū eſt ꝛ ſiccū in ſecūdo. nā etſi caliditatē per decoctionē recipiat:etiā de eius calore naturali reſoluit̄:dure eſt digeſtionis inflatiuū multum nutrit:ꝛ eſt congruū patientib⁹ in pectore:ꝛ pulmone:ꝛ vulneratus in renib⁹ ꝛ veſica:eſt enim mūdificatiuū ꝛ cōſolidatiuū:et eſt doloris mitigatiuū in emplaſtris poſitū cum furfure frumēti ſale ꝛ huiuſmodi. Et iſta mihi vr̄ fuiſſe Iſaac ſentētia in dietis particularib⁹ circa finē dicentis. Sapa groſſior eſt ꝛ durior inflatiua:q̄ ſi digerat̄ multū dat nutrimentū:ꝛ eſt cōgrua patientibus in pectore:ꝛ pulmone:ꝛ vulneratis in renibus ꝛ veſica:eſt em̄ mūdificatiua ꝛ ſolidatiua. Et ideo pro cōdimēto et in dulcorādis ſaporib⁹ quibuſdā poſſumus ea in modica vti q̄titate pmiſcētes ipſam cum agreſta vel aceto:ꝛ huiuſcemodi frigidis ad remittendā eorū frigiditatē ꝛ acredinem. Et ſicut de melle apum ſupra diximus:q: iuuenibus ꝛ calidis ꝛ precipue in eſtate non cōueniebat:ſed ſenibus magis ꝛ phlegmaticā habentibus cōplexionē in hyeme cōſtitutis ꝛ talibus:ſic ꝛ de ſapa mihi videt̄ eſſe dicēdū. Et quia groſſa eſt:vt Iſaac inquit vbi ſupra: ideo timētes oppilatiōes in epate aut ſplene ipſi non aſſueſcāt:q: oppilatiua eſt ꝛ ratione dulcedinis ꝛ ratione groſſiciei:vt manifeſtū eſt. Et hec ſententia colligi poteſt ex dictis Galieni in pleriſq; locis:ſed maxime in cōmēto.ij.iij.lib.regiminis acutorū dicentis. Dico ergo q̄ cum omne vinū dulce calefaciat ꝛ ſit groſſum in ſubſtantia ſua:oportet vt virtutes particulares que apparēt ab eo qn̄ bibitur nō ſint niſi ab iſtis duabus qualitatib⁹: ſcilicet dulcedine ꝛ groſſicie:quod eſt quia colori in ſe nō eſt virtus in nocumento aut iuuamēto:ergo quātitas groſſitudinis vini huius eſt illa:ꝛ tarditas penetrationis eius. Opz ergo vt non ſolū nō aperiat oppilationes alicuius mēbrorū:ſed faciat in eis oppilationes:ꝛ propter hanc cauſam fit nocumentū eius epati quādo in ipſo eſt infirmitas nocumentū magnum: ꝛ proprie quando in eo eſt apoſtema aut duricies: ꝛ nocet etiam huic mēbro nocumēto non pauco quando oppilationes que ſunt in eo accidūt ab humoribus groſſis. Et ſubdit infra. Deinde mēbrū ſcd̄m cui aduenit nocumentū poſt epar de vino dulci eſt ſplen ꝛc. Cum autem ſapa ſit hmōi: imo dulcius vinum:ꝛ groſſius longe magis q̄ vinum illud de quo intellexit Gal. in loco preallegato:maxime debet eſſe a predictis ſuſpectū:ꝛ propterea tutiſſima res erit:aut ipſaz totaliter dimittere:aut in modica in cōdimentis accipere quātitate:ne in incōmoda ex groſſicie prouenientia incurramus incidamuſve. de quib⁹ in.c.xlvj.libri huius abundantiſſime pertractauimus.

¶ Cap.

OVA. BASC. TYR_272

¶Cap.ccxx.oſtendit naturā et proprietates ſalis ſimul cuz ei⁹ iuuamentis et nocumentis.

SAl quid eſt:gen⁹ terre eſt:que terra incenſa inquit Gal.in libr. de iuuamēto anhelitus.c.vltimo autoritate Ariſto. vbi autē Ariſto.hoc dixerit ipſe nō expreſſit. Nos aūt dicim⁹ ꝙ ex libello de ſenſu ⁊ ſenſato.Et ex ſecūdo Metheororum id facile elici pōt. Sal ergo adeo in oēs fere cibos cōdiendos ingredit:ꝙ a vulgarib⁹ exiſtimet: vt inter oēs ſapores ipſe principatū obtineat.Nō eſt aūt ita cū amarus ſic ⁊ ſtipticus.vt Princeps ait in ſcđo canonis. cap.ccccccxix.⁊ ſit calidus ⁊ ſiccus in ſcđo:⁊ quanto plus eſt amarior:tāto plus eſt calidior.Et abſterſiuus:reſolutiu⁹:cōſtrictiu⁹:exiccatiuus:⁊ cōfert hūorum groſſiciei:⁊ ſal oīs facilē efficit ſuperfluitatū egreſſionē ⁊ deſcēſionem cibi.Iſaac autē in particularibus dietis ſic inquit de ipſo.Sal calefacit moderate:multū tñ deſiccat:q: cōpoſitū eſt ex duabus qualitatibus.Una eſt colatiua ⁊ inciſiua.Altera vero eſt coadunatiua et cōſtipatiua:que vtreqꝫ deſiccatiue ſūt:ideoqꝫ ſal deſiccat in tertio gradu:⁊ calefacit in ſcđo.Qđ duobus modis eſt:metallinū ſcꝫ ⁊ marinū. maxime aūt fit in lacubus qui ſaline a vulgo vocantur:vt fit de aqua maris eſtiuo tēpore cocta. Metallinū laudabilius eſt maxime qđ caret lapidibus:⁊ ſit clarū obtuſuꝫ ⁊ equale.Marinū vero bonū eſt ſi ſit candidū:nō tñ quale metallinum. Vnde dixit Diaſcorides.Sal metallinū forti⁹ eſt marino. qđ Gal.neſauit.dixit eñ actionē illoruꝫ fore equaleꝫ ambo initio diſſoluunt:et mūdificant groſſorū humoꝝ ſuperfluitatē ⁊ putredinē:deīde que ex eis remanēt deſiccāt ⁊ conſumunt. Quibus finitis naturalē corporis coadiuant humiditatē ⁊ cōſtrictā cōſeruāt:⁊ poros cutis claudūt:vt illa hūiditas putredini nō appareat:⁊ dat cibis ꝯdimentū ſaporitatē atqꝫ acceptabilē humiditatem adiuuantē ⁊c.Raſis etiā in.iij. Almāſoris.ca.xvij.ſic ait de ipſo. Sal calidus eſt ⁊ ſiccus:qui cibis auferēs faſtidiendi nocumentū ſubtiliatqꝫ appetitū excitat ⁊ acuit.⁊ ꝓpterea ſanguinē qui multam ex eo ſumunt quātitatē adurit:viſuꝫ ꝗqꝫ debilitat atqꝫ ſperma minuit:⁊ pruritū gñat:⁊ ſcabiē.et in.xxiij.libro cōtinētis cap.ccccccclj.dixit autoritate Diaſcoridis. Sal hꝫ virtutes ſtipticas abſterſiuas ⁊ mūdificantes ⁊ diſſoluentes ⁊c.et Gal.in.vj. dixit de ſale fodito ⁊ marino:vires habēt ſimiles:tñ diuerſi ſunt.quia ſal foditus vehementioris eſt ſtrictionis:⁊ groſſitudo et ſtipticitas exinde fiunt in eo maiores.dixit etiā Oribaſius.Uires ſalis cōpoſite ſunt abſterſiue et ſtiptice:ſed he due qualitates cōſtringūt:ideo ſal deſiccat humiditatē ꝙ̄ eſt in corpore:⁊ etiā cōſumit et colligit mēbra ſolida cū ſtipticitate ipſi⁹:ideo deſiccat corpora ⁊ cōſeruat ea a putrefactione ꝙ nō putrefiant.Idē quoqꝫ dixit Paulus.⁊ Bimmaſui ſic de eo ſcripſit.Sal calidus eſt in ſecūdo:et ſiccus in fine tertij: diſſoluit valde habēs in ſe pōticitatē modicam cōprimentē:humiditates que ſiūt in corporibus deſiccat eas:liqfacit humores cōgelatos in corpore:⁊ cōſeruat corpora cū ſiccitate ipſius:lenit naturā:⁊ cōfert in corpore phlegmatico ⁊c. et dixit Bugeris.Sal calidus eſt ⁊ ſiccus:⁊ mixtus cuz nutrimentis frigidis ma-

UVA. BHSC. IyR_272

tat de natura ipſoꝝ:ita ꝙ vertunt in calida ⁊ ſicca:⁊ ꝓpterea bonum eſt vti ſale in cibarijs frigidis:⁊ humidis que calefieri ⁊ deſiccari opꝫ ſicuti dixim⁹ ſupra.ca.lxxviij.libri hui⁹.vbi Iſaac adduxim⁹ dicentē. Studuerunt antiqui artificialiter adaptare carnē pinguiſſimā cum multo ſale ⁊c.⁊ infra. Iterum caro pinguis nō dꝫ comedi:niſi aſſata cū multo ſale ⁊c.Ecce igitur ꝙ pinguiſſima cibarioꝝ ⁊ inſipida multa ſalis quātitate ꝓ ſuo idigēt condimēto:⁊ ꝑcipue cū a phlegmaticis accipiunt.Cholerici ꝟo et macri ab ei⁹ vſu ſupfluo tāꝙ ab inimico caueāt:pariterqꝫ a reb⁹ ſalitis:⁊ per maxime in eſtatis tempore.

¶Cap.ccxxj.oſtendit naturam proprietates ⁊ iuuamenta ſeminū aniſi ⁊ aneti in via ꝯdimēti.

Dicamus mō de cōdimentis ciboꝝꝫ factis cū ſeminibus et ſpeciebus magis vſitatis: poſtꝙ cōpleuim⁹ ſermonē de his q̄ ſunt liquores aut eis ſimiles:⁊ obſeruādo premiſſuꝫ ordinē alphabeti:dicemus in primis de aniſo cū Auerroi in quinto colliget ſic ſcribēte.Aniſum calidū ⁊ ſiccū in tertio gradu:ideo qꝛ ſubſtātia ignea ſuper ipm dn̄atur.⁊ ſignificat ſup hoc acuitas ſui ſaporis cū aliquātula dulcedine:cuius opatiões ſunt:qꝛ vꝫ ad carminādū ventoſitatē:⁊ ꝓuocat vrinā:⁊ aperit oppilationes.que fuit ſentētia Gal.in.vj.de ſimplicibus medicinis.ca.xlvj.dicētis.Aniſum in ſua acuitate eſt ꝓpe medicinas cōburentes:⁊ eſt in tertio gradu ſiccitatis.⁊ ſimiliter eſt in caliditate:⁊ ꝓpter hanc cauſam ꝓuocat vrinam. Auicēna vero in.ij.canonis,cap.j. ſcdi tractat⁹ aliter de caliditate ei⁹ ſentire vr̄ cū ait.Aniſum eſt ſemen feniculi romani:⁊ eſt minoris acuitatis ꝙ nabathi:⁊ meli⁹ eſt ⁊ ponderoſius:calidū eſt in ſcdo:⁊ ſiccuꝫ in tertio:ē aperitiuū cū ſtipticitate pauca:⁊ eſt ſedatiuū dolorū ⁊ reſolutiuū vētoſitatum:ꝓuocat lac:abſcindit ſitim factā ex humiditatibus baurachijs:⁊ cōfert oppilationi epatis ⁊ ſplenis generate ex humiditatib⁹:ꝓuocat vrinā:et mundat matricē a fluxu humiditatū albarū:mouet coitū:⁊ expellit nocumētum venenoꝝ ⁊ venenoſoꝝ.hec ipſe.Que fuit etiā ſnia Raſis i.xxj. cōtinētis.c.cxxx.dicētis autoritate Diaſcoridis.Aniſum hꝫ virtutem calefaciēdi ⁊ deſiccādi: mitigat dolorē:⁊ diſſoluit inflationē : coſtringit ventrē:⁊ ꝓuocat vrinā ⁊ ſudorē diſſoluit ſuperfluitates:⁊ extiguit ſitim.⁊ ꝯfert oībus venenoſis morſibus reptiliū:⁊ ꝓhibet fluxū hūiditatū albarū ad matricē:⁊ excitat coitum.Idē quoqꝫ dixit autoritate Gal.Oribaſij.pauli:⁊ filij Meſue que dimittam⁹ breuitatis gratia. De aneto vero dicimus ꝙ licet magis ſit medicinale ꝙ cibale:tū ⁊ ipſo ꝓ cōdimētis a quibuſdā vtitur: ideo dicem⁹ cū Auerroi in.v.colliget de ipſo ꝙ calidum eſt in primo gradu:⁊ attingit parū ex ſcdo:⁊ eſt ſiccū in principio ſcdi ⁊ in fine primi:⁊ idcirco eſt diſſolutiuū ⁊ mitigat dolorē ⁊ inducit ſomnū.Quod etiā ſenſit Auicē.in.ij.canonis.ca. lxxij.dicēs.Calefactio aneti eſt inter ſcdm ⁊ tertiū:et ei⁹ exicatio inter primū ⁊ ſcdm:eſt maturatiuum frigidorū humoꝝ:⁊ ſedatiuū dolorū ⁊ carminatiuū vētoſitatuꝫ.facit ſomniū:⁊ ei⁹ comeſtionis aſſiduatio debilitat viſum:⁊ facit abundare lac in ſorbitioīb⁹.⁊ vt dixit Gal.

UVA. BHSC. IyR_272

nocet ſtomacho: ⁊ vomitũ inducit: ⁊ cõfert dolori ventris pungitiuo. Qđ etiã dixit Iſaac in dietis particularib⁹. ⁊ Gal. in. vj. de ſimplicib⁹ pharmacijs. ⁊ Serapio autoritate Abẽmeſui: Pauli: ⁊ ceteroꝝ antiq̄rũ. ⁊ ideo nobis vr̃ cõcludẽdũ eſſe: ꝙ qꝛ anetũ calidũ eſt ⁊ ſtomacho incõueniẽs ⁊ nauſeã faciẽs: q̃uis lac augmẽtet: ⁊ vẽtrẽ leniat: ꝙ vſus eſt ꝑ medicinis tm̃ ⁊ nõ pro cibis neqꝫ ꝑ cõdimẽto ſit habẽdus. cum nullũ habeat ad cõdiẽdũ laudabilẽ operationẽ quã ⁊ talia ſimplicia tot nocumẽta nõ habẽtia nõ cõtineãt. q̃re nr̃o cõſilio poti⁹ alijs q̃ ipſo ꝑ cõdimẽto erit vtendũ. Iſaac tñ in particularib⁹ dietis ſup multa rectificãda eũ vr̃ adminiſtrare: ſicut etiã ⁊ cuminũ: ⁊ multa alia qui in italia nec placerẽt nec equidẽ videri: vt ita dicã: nedũ poſſunt mãducari: eo ꝙ horridi ſint odoris abominabiliſqꝫ ſaporis. Nos aũt delectabilia ⁊ ſuauia debem⁹ aſſumere ſi ſanitatẽ volum⁹ cõſeruare: vt in. c. lvj. libri hui⁹ declarauimus.

¶ Cap. ccxxij. oſtẽdit naturã et ꝓprietates coriãdri ſimul cũ iuuamẽtis ⁊ nocumẽtis eius.

inquit. Legē ſtatuim⁹ prio q̄dē q̄ infantes vſq̧ ad .xviij. annos penitus vinū nō guſtare docentes: q̄m nō opȝ ignē ſup ignē deriuare offendēdo corp⁹ ⁊ aiam anteq̄ ad labores incipiāt pergere maniacum vitando habitū iuuenū. Poſt hoc aūt de vino q̄dē guſtare moderate vſq̧ad .xxx. annos: ab ebrietate aūt ⁊ multo vino penit⁹ iuuenes abſtinere. Et poſt aliqua ſubiūxit. Nullus ſit dux exercit⁹ cū hoc potu: ſȝ cū potu aque opȝ eſſe hoc tpe toto: ⁊ in ciuitatib⁹ nunq̄ fieri: neq̧ illi q̄ principant illo anno quo principant: neq̧ gubernatores: neq̧ iudices vinū guſtent penit⁹: neq̧ quicūq̧ vult in cōſiliū dignū verba facere: neq̧ de die neq̧ de nocte: neq̧ hoc excogitet facere īfans vel mulier neq̧ aliq̄s q̄ intellectū ⁊ mētēȝ rectā vult habere hec ipſe. Ariſtot. quoq̧ fuit hui⁹ ſnīe dicēs in libro de ſomno ⁊ vigilia. Pueris nō cōferunt vina neq̧ nutricibus. ⁊. in. iij. pblematū pblema. vij. cū ait. Pueri nō deſiderāt vinū: neq̧ eo indigēt ſicut viri: ⁊ hoc ppter eoꝝ hūiditatē ⁊c. Similiter debiles aut infirmos neruos habētib⁹ vinū nocet gr̄a alimēti potatū q̄d lquā q̄m gr̄a medicine in vniuerſali declinatione pōt cōuenire: vt etiam refert Cōciliator in differētia. clxxxv. Et q̄ ita ſit ptȝ p Auicē. in. ij. tertij dicētē. Vinū materias i neruis penetrare facit ⁊ plurimū quidē ipſius q̄nq̧ aceſcit in corpib⁹ eoꝝ ⁊ fit acetū: acetū aūt eſt ex reb⁹ nocibilioribus eis: vt idē dixit. ⁊ in. c. xij. eiuſdē inq̄t. Vinū nocet tremori ⁊ omni egritudini neruoſe. cui⁹ cām addurit Gal. in cōmento. v. libri] quinti aphoriſmoꝝ dicēs vinū vniuerſaliter implet neruos calidū: ⁊ omne aūt calidū cito perforat corp⁹ maxime ſi vinū fuerit nō groſſum. vñ q̄ vinū multū ebibitū ⁊ calidū ⁊ cito corp⁹ pforās ⁊ neruos implēs cito facit ſpaſmū: ſed tñ aliq̄ñ i bonitate ſua q̄d infirmū eſt reſtaurat. Abſtineāt ergo q̄ dicti ſunt: ⁊ pariter q̄ debile caput habēt: a vini ſorbitione: q̄m eis plurimū nocet: teſte Auicē. in. iij. primi. c. viij. dicēte. Mai⁹ nocumētoꝝ vini nō eſt niſi in cerebro: ex ipſo igit̄ nemo debile cerebrū habēs bibat niſi parū ⁊ mixtū. ⁊ in prima tertij. c. xxix. Oīs q̄ cōquerit̄ de egritudine frigida in capite nocet̄ a vino ⁊c. Qui aūt debile caput habēt vt plurimū aliqua tali laborāt paſſiōe. ⁊ in tra. v. eiuſdē. c. x. Vinū purū nocumentū facit i cerebro: q̄ vehemēter replet ipm i. c. ſequēti idē dixit. Que fuit etiā Gal. ſnīa in lib. de ſubtiliante dieta. c. vltimo dicētis. Quecūq̧ vero vinoꝝ ſunt odorifera ⁊ calidiora alijs vinis merito tangunt caput: et hec vitare oportet eos qui laborant cephalea vel hemicranea et alios cephalargicos: epilepticos: ⁊ maniacas: ⁊ in ſumma dicēdo oēs q̄b⁹ patit̄ caput. Cōcludentes ergo dicam⁹ cū Hippocrate in tertio regiminis acutoꝝ ſic dicēte. Si dolorē capitis timeas: mentiſq̧ pcuſſionē: ab vſu vini tibi ſummopere cauēdū eſt: dādū ergo p eo tātū aquā: aut vinū palmaruȝ colori ſimile ſine odore aquoſuȝ ⁊ pl⁹ mixtū: poſt q̄d ēt adq̧ ppinādū ē paꝝ q̄d ei⁹ ꝟtutē minuat i capite ⁊ i mēte. hec ipe. Idē q̄q̧ de alijs phibit̄ a vino ſupradict̄ itelligēdū eē arbitramur. ſ. q̄ aut aq̄ aut vino albo planē ſi aq̄ſo naturalr̄ ⁊ artificialiter: ⁊ vt vulgares dicunt paruiſſimo vtantur. quare ⁊c.

¶ Ca. ccxxxvij. oñdit q̄d vinū pfectū ſit ⁊ optimū: ⁊ q̄b⁹ pſonis vtile ſit cū nō ſupfluū accipit̄.

UVA. BHSC. IyR_272

# Quod vinũ ſit perfectũ..

In ſuperiori capitulo viſum eſt q̃d ſit vinũ: ꝛ qbꝰ nõ cõueniat hoibus. In hoc aũt cõſequẽter oſtẽdamꝰ q̃le vinũ iter oĩa ſit laudatũ ab antiq̃s: q̃buſcꝫ perſonis tale ꝯueniẽs ſit cũ immoderata ſumit̃ q̃ntitate. Sꝫ iã primũ aggrediẽtes dicamus cũ Auicẽ. in. iij. primi. doc. ij. c. viij. ſic ſcribẽte. Scias ꝙ ex vinis illud eſt meliꝰ q̃d inter vetuſtatẽ ꝛ nouitatẽ eſt equale ꝛ eſt clarum qđ ad rubedinẽ trahit: bonũ habens odorẽ: equalis saporis: ꝛ qđ neqꝫ ẽ acre neqꝫ dulce ꝛc. Auerrois aũt in vij. colliget inq̃t. Vinũ qđ meliꝰ reperit̃, eſt aromaticũ: cuius caliditas penetrare põt ꝑ totũ corpꝰ: qđ ſit ſine amaritudine ꝛ ſtipticitate: ꝛ eſt illud vinũ qđ eſt vinoſum pungitiuum in principio: ꝛ poſt delectabile ſine aliqua amaritudine et ponticitate. Que fuit ſnia Gal'. in tertio Techni textu cõmẽti. ccv. dicẽtis. Potus aptus eſt vinũ etate q̃dẽ mediũ forma ꝟo purũ: lucidũ: in colore albũ aut ſubrubeũ: odore vero ſuaue: in guſtu ꝟo neqꝫ aquoſuꝫ oino: neqꝫ aliquã vehemẽtẽ q̃litatẽ oſtẽdẽs: nec ſtipticã: nec amarã: neqꝫ dulcẽ. Tale igit̃ vinũ optimũ inter cetera ab autoribꝰ cõmẽdat̃: qđ cõueniẽs eſt vnicuiqꝫ vinũ ꝛ eiꝰ potũ requirẽti: ꝛ ꝑmaxime ſenibꝰ ſi in debita ſumat̃ q̃ntitate: rõne laudabiliũ ſuaꝝ opationũ: ſicut in ſequẽti capitulo apparebit. Verũ tñ ſi ſupfluã ex ipo q̃ntitatẽ ſenes acceperint: nõ modo eis fiet inutile: verũetiã ꝑmaxime incõueniẽs: cũ dicat Iſaac in ꝑticularibꝰ dietis. Vinũ eſt cõueniẽs oibꝰ etatibꝰ tẽporibus ꝛ regionibꝰ ꝛc. Et poſt pauca ſubiunxit. Decrepitis aũt lꝫ optimũ videatur ad ꝯfortanda corpa eoꝝ: ꝛ ad cõfortãdũ eorũ naturalẽ calorẽ: ꝛ ad excludẽdã ſuoꝝ humoꝝ ſupfluitatẽ: multo minus tamẽ q̃ꝫ iuuenes tolerant vini q̃ntitatẽ ꝓpter defectionẽ capitis ipſoꝝ ꝛ ſuoꝝ neruorum molliciem. Actio ergo vini nõ eodẽ mõ opat̃ i ſenibꝰ ꝛ i iuuenibꝰ et adoleſcẽtibꝰ. In ſenibꝰ eñ ſcđm medicinã: q: calor vini repugnat eoꝝ frigiditati. In iuuenibꝰ ꝟo ſcđm cibũ q: natura iuuenũ naturis ſimilis eſt. Adoleſcẽtibus vero ꝛ pueris eſt ſcđꝫ cibũ ꝛ medicinã: q: calor eoꝝ naturalis lꝫ ſubſtãtialiter ſit fortis: nõdũ tñ eſt in ꝑfectiõe ꝓpter abũdantiã eoꝝ humiditatis: ꝓinde vinũ naturali calori dat augmẽtũ ꝛ nutrimẽtũ: ꝛ eoꝝ deſiccat humiditatem ꝛc. Que fuit etiã Gal'. ſnia in. v. lib. de regimine ſanitatis dicẽtis. Senes ad multũ opꝰ habẽt vetico vino: q: ſupabũdat in eis aquoſa ſuperfluitas. Et infra dixit. Vinũ aũt plius morans in vẽtre nullũ familiare: neqꝫ vtile ſenibus affert: ſiue fuerit albũ: ſiue nigrũ. Nigruꝫ eñ vinũ ſenibꝰ nõ eſt vtile: neqꝫ añ cibum: neqꝫ multomagis alio tpe: q: nullũ groſſum vtile eſt ſenibꝰ: q̃m oppilãt ex eis renes ꝛ epar: ꝛ ſplen ꝛc. Rõnẽ quoqꝫ aliã adduxit in. vij. aphoriſmorũ cõmẽto. vij. cũ dixit. Calor naturalis ſenũ cõgelatꝰ ꝛ extinctꝰ a vino nimio ſuperat̃: ſicut flamma a lignis multis ſolet extingui: ꝛ lucerna multo oleo ſibi appoſito. Caueant itaqꝫ ſenes a multa vini etiam laudatiſſimi quantitate: licet ipſorum nonnulli lac eoruꝫ eſſe huiuſmodi vinum predicent. Quibus hac in re non eſt fides adhibenda: cũ (vt prediximus) vinuꝫ ſit eis magis pro medicina q̃ꝫ pro cibo propinandum: ꝛ propterea cõtenti ſint de temperata vini ꝛ reli-

UVA. BHSC. IyR_272

quoꝝ oīm qn̄titate. Chryſoſtomū audiētes dicētē in homelia. Nihil ita virtutē deſignat ſicut nō ſuperfluis vti. Quodſi monitus noſtros ſpreuerint: ⁊ ad libitum bibere voluerint: nō erit cū eis cōtēdēdū: cū ſe pl⁹ ſapere in oib⁹ q̄ȝ iuniores exiſtiment. Sed illud tātū diui Auguſtini ipſis oſtēdēdū eſt dicētis. Ille ſe interimit q̄ p̄cepta medici ſeruare nō vult: aut cōtēnit ⁊c. Qui ſi adhuc in ſua permāſerint duricie: extinctioni ꝓpinque cōmēdati relinquantur.

¶ Cap. ccxxxviij. oſtendit innamēta ⁊ vtilitatēs vini laudabilis in ſpūs aiam ⁊ corpus ꝯuenientis.

Innamēta ⁊ vtilitates vini iam dicti in ſuperiori. c. ſi in ſufficienti ac moderata bibat̄ quātitate: nemo eādē ſine verboꝝ longitudine poſſet demonſtrare: ⁊ ſi minimā etiā illoꝝ partē vellet enarrare: qḋ ⁊ mihi nō aliter poſſibile videt̄ eſſe: vn̄ veniā a legētib⁹ expoſco ſi p̄ns: pl⁹ q̄ȝ alia: capitulū prolongauero: cū intēdā declarare ꝙ vtilitates vini nō ſolū in ſpūs ⁊ corpus: ſȝ vſqȝ in aiam ipſam ſe extēdant ad eamqȝ perueniāt. Etꝙ ita ſit apparet per Auicēnā in tertia primi. doctrina ij. c. viij. ſic dicētē. Ex potu vini moderato tātū clarificat̄ ingeniū: q̄ȝtū an̄ alijs vicib⁹ nō clarificaret̄. Et i primo tertij. tract. iij. cap. xiiij. Sicut repletio ex vino facta nocet ſenſibus interiorib⁹ valde ſic parum ipſi⁹: id eſt moderat⁹ pot⁹ dilatat aiam ⁊ cōfortat ſpiritū: ⁊ facit ipm̄ bonū. Et in tract. iiij. capit. xix. eiuſdē ait. Cōplexio vini eſt cōueniēs ſpiritui ipȝ cōfortans. ⁊ in tract. v. capit. xj. iteruȝ dixit. Repletio vini valde nocet: ſȝ pax ex ipſo ſumptū dilatat aiam: ⁊ cōfortat ſpirituȝ: et acuit ipm̄: ⁊ excuſat a multitudine aque cū multiplicatio eius ſit nocibilior res. Et in. x. tertij trac. ij. cap. vj. inquit. Uinū eſt magis oib⁹ nutritiuū ſpūs. In libro quoqȝ de virib⁹ cordis. cap. v. ſic ait. In bibentibus laudabile vinū leticia multiplicat̄ intātū aliqn̄ ꝙ putant̄ ſine cā ridere cū tn̄ nō ſit ita: ſȝ cā eſt: qꝛ vinū qn̄ bibit̄ moderate copioſum ḡnat ſpiritū moderate cōplexiōis ⁊ ſubſtātie ⁊ vehemētis luminis ⁊ ſplendoris: vn̄ ad leticiā valde diſponitur: ⁊ idcirco valde letificat. Et hoc nō ſolū Auicē. ſȝ Iſaac etiā voluit in ꝑticularib⁹ dietis cū inquit. Non ſolū bonitas vini in corpore oſtēdit̄: ſȝ etiā in aīa operat̄: facit em̄ illā obliuiſci triſtitiā ⁊ anguſtiā: datqȝ ſibi letitiā ⁊ cōfortat eā ad inueſtigandā ſubtilitatē ac difficilem rem: eiqȝ tribuit ſollicitudinē ⁊ audaciā ⁊c. Que fuit ſententia Gal. in libro de ſequela potentiarū aīe ad cōplexionē corporis. c. iij. dicentis. A triſtitia omni ⁊ anguſtia alleuiat euidenter vinū bibitum: quotidie enim hoc experimur. ⁊ zeno vt aiunt dicebat. Quoniā ſicut amari lupini infuſi in aq̄ ſiunt dulces: ita ⁊ ipſe a vino diſponebatur. Et poſt pauca ſubiunxit. Theogius enim dicebat. Uinū cū bibitur multū malū eſt. ſi vero id aliquis bibat ſapienter non malū eſt: ſed bonū. Uere enim ſi moderate bibatur digeſtioni ⁊ diſtributioni et ſanguificationi et nutritioni multum confert: et cum hoc animam noſtram manſuetiorem et audaciorem efficit per mediam videlicet complexionem corporis: quarurſus ipſam operatur per mediū



UVA. BHSC. IyR_272

humoꝝ ⁊c. A quib⁹ ſumpſit Raſis cū dixit in .iiij. Almāſoris. cap̄. xiiij. Uinū ſtomachū et epar calefacit: inflationē q̄ꝫ diſſoluit: cibūqꝫ digerit atqꝫ vrinā ꝓuocat ⁊ vētrē ſoluit: ⁊ p̄ter hoc animā letificat ⁊ gaudere facit: hūc aūt poſtremū bonitatis vini modū nōdum inuenimus aliq̄d ꝙ vicē vini cōpleat: in aliis antē modis q̄n̄qꝫ reperiri poſſunt quedā vicē vini ſupplētia: licet in his operationibus vino debiliora exiſtāt. Uinū itaqꝫ aiam letificat. ⁊ ideo dicebat Ariſtote. in .xxx. ꝓblematum ꝓblemate primo. Oēs vinū multū bn̄ ſperātes facit. Quātum vero vinū faciat ad corporis cōfortationem pꝫ ꝑ Raſim in libro xxij. cōtinētis. c. cccc xlj. dicētē autoritate Ruffi. Uinū auget caliditatem innatā ⁊ eā ſuſcitat: vn̄ exinde digeſtio erit melior ⁊c. ⁊ infra ſubdit. Dico ꝙ ſi in modico quātitate bibit̄ impinguat cōualeſcētes ⁊ leſos: ⁊ inducit appetitū cibi: digerit phlegma: deponit aliquā ꝑtē cholere rubee: ⁊ cōtēperat qđ nō deponitur: de eo tollit malitiā ipſius: ſolicitat aiam: ⁊ inducit eā ad motū auget prudentiā: ꝓuocat vrinam ⁊ ſudorē: infert aūt relinquētib⁹ illđ triſticiā ⁊ malum aīm ⁊ maciē: ⁊ infrigidat corp⁹ ipſoꝝ: tn̄ oēs vtilitates hmōi ſunt in moderato potu ipſius ⁊c. Et in fine capituli autoritate Alexādri dixit. Uinū bibitū eq̄le: bonum dabit iuuamētum ⁊ magnum in digerēdo inducēdo nutrimēto: in generādo ſanguinē ⁊ nutricationē: leuē facit animū ⁊ robuſtum. Patet ſimiliter iuuamēta vini per Haliabatē in .v. theorice. ca. xxix. dicētē. vtilitas vini eſt vt cibū deferat: ⁊ ad oīa trāſmittat mēbra: et vt corp⁹ paſcat ac calefaciat ſanguinēqꝫ augeat: ⁊ ſpm̄ ⁊ calorē ꝯfortet naturalē ⁊ ī corp⁹: diſpgat digeſtionemqꝫ adiuuet ⁊c. Et in. c. xxx. eiuſdem ait. Uinū eſt inter opportuniores ⁊ meliores q̄ ſanitatē tuētur cauſas: ſi tēperato ſumat̄ mō: et cū opus fuerit. naturalē nāqꝫ confortat calorē ⁊ auget: explicatqꝫ in oīa mēbra: animā cōfortāt: ⁊ ei leticiā affert ⁊ gaudiū ⁊ inſegnitiem: audaciā virtutibuſqꝫ addit: humores tēperat cholericos: ⁊ ꝑ vrinam purgat ac ſudorē. Tēperat etiam cholerā nigrā ſua calefactione et hūectatione. naturā mollit: mēbra humectat principalia: corporaqꝫ quib⁹ ſiccitas accidit ex immoderato calore: ⁊ ab infirmitate ſurgentiū corpora ſuſtollit ⁊ corpulentat: auget nāqꝫ ciboꝝ appetitū: digeſtionē adiuuat eorundē: ⁊ ad membra trāſmiſſionē hūiditatēqꝫ ad ea perfert: aque ventoſitatē diſſoluit ⁊ inflationē. Hec oīa facit ſi immoderata ſumat̄ quantitate. hec ipſe. Ab his aūt princeps vr̄ accepiſſe cum dixit in ſcđo primi ſumma de pulſibus capitulo. xj. Uinū ſua eſſentia fortes efficit ſanos: ꝓpterea ꝙ velociter ꝓbet augmentū in ſubſtātia ſpirit⁹ ⁊c. Et in .iij. p̄mi doct. ij. cap. viij. Uinū eſt cibo bonus penetrat in toto corpore icidit phlegma ⁊ reſoluit ipm̄: ⁊ cholerā rubeā in vrinā ⁊ aliis extrahit. ⁊ cholerā nigrū labere facit ⁊ facile exire ⁊ ei⁹ flectit nocumētum ꝓpter cōtrarietatē ⁊c. Et in .iiij. primi cap. ij. inq̄t. Uinū tēperate bibitū in humectādo eſt forte. ⁊ rectificat colorē plumbeum: teſte eodē in prima .iiij. trac. iiij. cap. xij. Similiter Iſaac in vniuerſalibus dietis. ca. viij. ſic ait de ipſo. Uinum augmentat calorem naturalem et confortat: cibus vero fatigat ⁊c. Et in particularibus inquit. Uinum bonum dat nutrimētum corpori: ſanitatem reddit ⁊ cuſtodit ſi ſic accipiatur ſecundum ꝙ

UVA. BHSC. IyR_272

opoꝛtet:⁊ quantum natura valebit
ſufferre:confoꝛtat eñ virtutẽ nõ ſo
lum in ſtomacho: verũetiã ſecũdã
que eſt in epate.Quare ꝓculdubio
phiſici cõcoꝛdati ſunt:ꝙ impoſſibi
le ſit actionẽ virtutis digeſtiue cõ-
foꝛtari abſꝗ caloꝛis naturalis foꝛ-
titudine:neꝗ vllus cibus inueni-
tur aut potus qui adeo ſit natura-
lis caloꝛis cõfoꝛtatiuus ⁊ augmen
tatiuus ꝓut vinuꝫ ꝓpter fami
liaritatis cõſoꝛtiũ qđ cũ natura ha
bet:⁊ qꝛ humanis eſt conueniens
coꝛpoꝛibus:eiꝰ caloꝛ ſimilis eſt ca-
loꝛi naturali:atꝗ cito conuertit in
naturalẽ ⁊ mundiſſimũ ſanguinẽ.
vnde Ruffus ait.Uinum nõ ſolum
cõfoꝛtat caloꝛẽ naturalẽ:verũ ⁊ tur
bidũ clarificat ſanguinẽ:et additꝰ
totius coꝛpoꝛis:⁊ maxime venarꝫ
aperit tenebꝛoſam fumoſitatẽ tri-
ſticie generatiuam a coꝛde expellit
totiuſꝗ coꝛpoꝛis membꝛa coꝛrobo
rat.Et circa finẽ ſic ait.Uinum vni
uerſaliter ⁊ tẽperate bibitũ ſecũdũ
etatẽ tẽpus regionẽ cõſuetudinem
atꝗ naturã.⁊ quantũ natura ferre
valebit.ſanguinẽ laudabilẽ aug-
mentabit:ꝓpter ſui naturã liquo-
rẽ caloꝛẽ ſanguini aſſimilantẽ:bo-
num ſapoꝛẽ cibis ⁊ potibus p̄ſtat:
cibiꝗ deſideriũ excitat:libidinem
⁊ coitũ irritat:qꝛ vitalis et anima-
lis virtus ꝑ illud cõfoꝛtatur:⁊ na-
turalis que eſt in tẽpoꝛe toto tẽpe-
ratur:vigoꝛem et foꝛtitudinem ſu-
ſcipit:ſtomachũ adiuuat ad cibũ re
tinẽdum ⁊ ad feces excludẽdas.cõ
poſitiões etiã ⁊ cõplexiões anime
⁊ coꝛpoꝛis cũ ſui odoꝛe ⁊ mundifi-
catiõe regit ⁊ coꝛroboꝛat. qđ teſtat
eiꝰ actio:qꝛ palã ẽ:nã ꝯſpicimꝰ illđ
tollere triſticiã et aĩe ꝓuocare leti-
ciã:⁊ mutat vitiũ nature aĩe in vir
tutẽ:vertit eñ ab impietate ad pie
tatẽ:ab auaricia in largitatẽ:a ſup
bia in hũiditatẽ:a pigricia ĩ ſolici-
tudinẽ:de timoꝛe ad audaciã:mẽ-
tis etiã deſidiã ⁊ taciturnitatem ⁊
ignauiã in aſtutiã:facũdiã ⁊ ĩ in-
geniũ mutat.Rurſus teſtat perſos
⁊ elenos ſemꝑ vino vti volẽtes di-
ſputare:vel cũ alio ratiocinari:ſeu
cõſiliũ dare ad regendã rempubli-
cã:⁊ cognoſcebãt qꝛ vinũ eſt mẽtis
cõfoꝛtatiuũ ⁊ rectitudinis ⁊ verita
tis demonſtratiuũ.Eleni quoꝗ eo
vtebant cũ volebãt verſus cõpone
re ſeu ludere cũ inſtrumẽtis muſi-
cis arti ꝑtinentibꝰ.ꝙ experimento
inueniebãt mẽtẽ eoꝝ acui vino et
rõnẽ augmẽtari:⁊ eã in eſſe deꝑtã
te ĩ actũ ꝓduci:hoc ꝟo fit cũ ꝓut
opꝫ bibit ⁊c.Et per hoc poſtremũ
nulla põt inter hec ⁊ dicta Plato-
nis ſuperius oꝛiri cõtradictio:ille
eñ timebat quãtitatẽ ſupfluã:hic
vero moderatã ĩtelligit.Ecce igit
quot ⁊ quãta ſint laudabilis vini
iuuamenta.quare ⁊c.

¶Cap.ccxxxix.oſtendit ꝙ ma-
gnũ ſiue ꝙ plurimũ eſſe vini nu
trimentum cum quibuſdã aliꝭ
eius vtilitatibus.

Licet ex ſupioꝛi capi.
ſufficienter intelligi
poſſit quãtũ ſit in coꝛ
ꝑus nr̃is vini laudabi
lis nutrimẽtũ:ad ple
nioꝛẽ tñ ĩtelligẽtiã:et
ad grãdioꝛẽ vini cõmẽdationẽ:ſu
perioꝛũꝗ dictoꝝ ꝑfectionẽ dicemꝰ
in preſenti:ꝙ inter oĩa nutrientia
et cito reſtaurantia vinum bonum
obtineat principatum:quẽadmo-
dum ex dictis antiquoꝛum colli-
git.Dixit eñ Auerrois ĩ ſeptimo
colliget capitulo de cibatiõe ⁊ fri-
catiõe ⁊ balneatiõe febꝛicitãtiũ.Ui
nuꝫ ⁊ carnes poꝛcine ſunt plurimi
nutrimẽti.⁊ ĩfra ĩ capitulo de ſinco
pi ⁊ ſuis ꝑiculis:⁊ de oĩbꝰ accidẽ
tibꝰ impediẽtibus curationem ſe-



UVA. BHSC. IyR_272

bris inquit. Uinū digeſtioni citi⁹
preparaẗ oībus aliis cibis ⁊ medi
cinis:ita ꝙ dicitur ꝙ in ſtomacho
nō moraẗ ad digerendū:niſi ī epa=
te ſolū.qđ ſenſiſſe vr̄ Gal. in ſecun=
do aphoriſmoꝝ cōmento decimo=
octauo dicens in fine. Oīm veloci=
ter ⁊ ſubito nutrientiū eſt vinū.et
in tertio libro de alimentis capi=
tulo antepenultimo ſic ait.ꝙ ex nu
triētib⁹ ſit vinū oēs ꝯfitenẗ.⁊ ſi nu
triēs oē alimētū eſſe dicēdū ē:dicē
dū eſſe ⁊ alimētoꝝ vinū.⁊ in tertio
libro de cōplexionib⁹.capitulo ſe=
cūdo dixit. Hec q̄dē res oī cibo cō=
munis eſt:vino aūt ꝓpriū exiſtit et
corpore permutari velociter:quē=
admodū ꝓprium eſt pingui ligno
tede pini ⁊ coto ⁊ ſtupe ⁊ pici velo=
citer ab igne reſolui.⁊ in cap.ſequē
ti inq̄t. Uinū nō eſt calidū potētia
niſi q: in ſanguinē cito permutaẗ ⁊
facile. Et ꝙ ita ſit ſcꝫ ꝙ vinū pluri
mū nutriat:dedit nobis ſignū Ari
ſtoteles in.xxvii.ꝓblematum ꝓble
mate q̄rto dicēs. Amici vini vt fre=
quētes fortes fiūt.⁊ ī tertio eorūdē
particula problemate primo dixit.
Uinū venereos facit:et recte diciẗ
Bacchū ⁊ venerē ſimul eſſe:qđ ꝑfe
cto nō eſſet ſi plurimū ex vino nu=
trimētū nō reciperem⁹. Habemus
ergo inter ceteras hāc potiſſimam
⁊ nobis neceſſariā ipſi⁹ vini vtili=
tatē:⁊ p̄ter hāc alias quoqꝫ q̄plu=
res:tēperat em̄ noſtri corporis hu=
mores:quēadmodū voluit Gal. in
vii.aphoriſmorū cōmēto.lvi.dicēs.
Uinum tēperatū totū corpus cale=
facit mēbra perforās:humores tē=
perans:⁊ calorē naturalē excitās.
⁊ in.iii.de regimine ſanitatis.c.i.
dixit. Uinū ſuꝑ oē illud digerit ſe=
micrudos hūores ⁊ ſudores:⁊ vri=
nā ꝓuocat ⁊ ſumno cōfert.⁊ in lib.
ii.de accidēti ⁊ morbo.c.iii.inquit.
Si vinū ſumaẗ tēperate calorē na
turalē augmētat q̄m cōſimile ⁊ cō=
ueniēs eſt ei. Et propterea ſcripſit
Iſaac in ꝑticularib⁹ dietis. Antiq̄
aſſimilauerūt vinū tyriace magne
q: inuenerūt ip̄m duarū cōtrarioꝝ
rerū eſſe innatiuū:calefacit em̄ fri=
gida ⁊ infrigidat calida:humectat
ſicca:⁊ extenuat humida: ei⁹ tamē
calefactio ⁊ deſiccatio eſt naturali=
ter:humectatio aūt ⁊ infrigidatio
accidētaliter:q: cū ſui ſubtilitate ⁊
perforatione portat aquā ad mem
bra que neceſſe eſt refrigerari ⁊ hu
mectari ⁊c. Habet p̄terea vinū nō
ſolū humores tēperare:ſꝫ etiā ma=
los expellere:⁊ bonos cōſequenter
puricaficare. Q̄m,vt dixit Auicē.in
iii.p̄mi doctri.ii.c.viii. Uinū chole
ra abūdātib⁹ rubea ꝯfert:ꝓpterea
ꝙ cholerā rubeā vrinā ꝓuocando
expellit:⁊ humidis etiā cōfert:pro
pterea q: humiditates maturat:⁊
quātomagis ei⁹ odor fuerit meli⁹ ⁊
bonus ⁊ ip̄m fuerit malus ſaporis
melioris:erit magis cōferēs. Que
fuit Gal. ſnīa in p̄mo de regimine
ſanitatis dicētis. Uinū iuuenib⁹
q̄dē aptū eſt ad euacuationē chole
ricarū ſuperfluitatū ⁊c. A quo ſimi
liter ſumpſit Auer.l.vi. colliget.c.
de regimine corporis tēperati di=
cēs. Uinū ⁊ ceruiſia duab⁹ reſiſtūt
choleris:⁊ eas a corpore expellūt:
melācholie vero a tota ſpecie reſi=
ſtūt:ſed cholerā rubeā per vrinam
educūt:⁊ mēbra humectāt: in q̄b⁹
ſiccitas ſuperuenit ⁊c. Ex quibus
ergo ꝯcludere poſſum⁹ vini boni=
tates ⁊ iuuamēta:dicētes cū Iſaac
particularib⁹ dietis ſic ſcribente.
Patet ergo iuuamētū vini animā
⁊ corp⁹ vna cōprehēdere:qđ cū ita
ſit:neceſſe eſt vt ſit cōueniens oīb⁹
etatib⁹:tēporibus:⁊ regionib⁹:cuꝫ
ſumptū fuerit ſcđm vim ⁊ cōſuetu=
dinē bibētis ⁊c. Et poſt aliqua ſub
iunxit. Palam eſt ergo vinum eſſe

UVA. BHSC. IyR_272

bonũ omnibus ſi ſcõm ꝙ opꝫ accipiatur: qđ nullus phyſicus aliquibus hominibus ſeu tẽporib⁹ laudat: nec vituperat niſi ſcđꝫ quãtitatez quã bibũt vel cõmixtionẽ aque cũ eo: quia ſi multũ ⁊ purum fuerit conuenit hyemali tempore ⁊ in frigida regione. In eſtate vero calidaqꝫ regione vini paucitas multumqꝫ cõmixti neceſſario cõgruit.

¶ Cap. ccxl. oſtendit nocumẽta vini aquati: ⁊ proprie per cõmixtionẽ aque in menſa cum vino puro: vt veneti pluresqꝫ alij facere conſueuerunt.

Quia in calce ſuperioris capituli mẽtionẽ fecimus de vino cũ aqua cõmixto: qđ in eſtate precipue videtur cõuenire eo ꝙ refrigerat ⁊ humectat ꝓpter aquã cum eo ꝯmixtã: tũ etiã quia repugnat aereo calori ne pre nimia cõtinẽtis caliditate ſiccentur corpora: ⁊ hoc qꝛ vinũ portat aquã cũ ſui ſubtilitate ad toti⁹ corporis mẽbra ⁊ valde velocit᷑: vt Iſaac inquit in libro particulariũ. Sup̱ quo dicto ſe fundatus q̇ſpiã facile poſſet opinari ꝙ q̇libet ſemp̱ ⁊ vniqꝫ ſecure hoc facere poſſet: quẽadmodũ quoſdã viros fortiſſ[im]os multe carnis ⁊ magni laboris robuſtorũqꝫ interioꝝ id in eſtate ſine aliquo penitus nocumento facere videm⁹. Qui ſic exiſtimans plurimũ deciperet᷑: cũ ita nõ ſit quemadmodũ crederet: nec id Iſaac voluiſſe putãdũ eſt: imo pleriſqꝫ tale permixtũ vinũ exhibitũ ꝓmaxime noceret. Et propterea in hoc capitulo decreuim⁹ duo precipua declarare: quoꝝ primum eſt: qui ſint ad hmõi potu ꝓhibiti: ⁊ ſcđm que nocumẽta proueniãt ex ipſo ſi oĩno bibere voluerint. Dicam⁹ ergo ꝙ qui imbecillis ſtomachi fuerit vel cerebri talẽ vini commixtionẽ pre ceteris dꝫ cauere: qm̃ vt dixit Auicẽ. in. iij. j. doc. ij. c. vinũ mixtũ velocius inebriat propterea ꝙ aqueitas penetrat: ⁊ facit ipm vinũ veloci⁹ penetrare: atqꝫ forti⁹. que fuit etiã ſnĩa Ariſto. in. iij. problematũ particula ꝓblemate. iij. dicẽtis. Vinũ cum aqua tẽperãtũ ꝓpter ei⁹ ſubtilitatẽ magis inebriat: ⁊ ꝓpterea q̇ debile caput habẽt in primis debent hmõi ꝑtermittere. Similiter q̇ debiliũ viſcerũ extiterint: qm̃ inteſtinis ⁊ ſtomacho talis potus ꝙ̄plurimũ nocet: vt pꝫ ꝑ Auic. in. xvj. iij. trac. ij. c. vj. dicentẽ. Vinũ plurime commixtionis ꝑparat inteſtina ad colicã vẽtoſaꝫ ꝓprie. Apparet etiã per Gal. in. ij. regiminis acutorum cõmẽto. xxviij. dicentẽ. Vinũ aq̇tuꝫ ꝯmixtũ debilitat ſtomachũ: ve℞ bibere quantitatẽ paruã ex eo eſt cõueniens ſtomacho q̇ exiccatus eſt. Et in cõmẽto. xxxiij. eiuſdẽ inquit. Vinũ aquatum cõmixtũ mollificat ſtomachũ: humectat eum: debilitat ipm: ⁊ generat in inteſtinis ventoſitatẽ. Sicut vinũ purũ facit ſaltuꝫ in tẽporib⁹: ⁊ grauitatẽ in capite: ⁊ ſitim ꝓpter ſui caliditatẽ: ſic aquatũ facit cõtrariũ earũ ꝓpter humiditatẽ ſuã ⁊ frigiditatẽ. Et ꝓpterea cõcludẽdũ eſt ꝙ qui debilẽ ſtomachũ aut frigiduꝫ habuerit oĩno: ſicut ⁊ debilia habẽtes viſcera: dꝫ vinũ cõmixtũ nõ accipere: ſed illđ fortioribus medicine grã derelinquere qui ſecure ipo q̃nqꝫ dicta ratiõe poſſunt vti: ⁊ ꝑcipue in eſtate et regione calida: teſte Iſaac vbi ſupra. Ipſis enim has facit operationes. Primo nãqꝫ facit eos melius dormire: dicẽte Auicẽ. in. j. iij. trac. iiij. c. xviij. Vinũ plurimũ cõmixtũ hu-

UVA. BHSC. IyR_272

mectat: et dormire facit. Et in.xiij.
tertij tracta.j.c.xvj. inquit. Uinum
mixtū ſcđm mediū mūdificat: ab=
luit ꝛ cōfortat: facit ꝑterea ſudare
vehemēter ꝑſertim ſi fuerit album
ſubtile multa cōmixtiōe ꝯmixtuȝ:
vt idē etiā dixit in ꝓma q̄rti trac.ij.
c.xxxix. Cōfert etiā ad ſedandū ſi=
tim plus ꝙ̄ vinū aut aqua ſimplex
vt voluit Gal. in primo de ſimplici
medicina diſtinctiōe .iij.c.vj. cum
ait. Si bibat̄ aqua cū vino ſedabit
ſitim plus ꝙ̄ ſi bibat̄ ſola: qm̄ vinū
adiuuat aquā ad penetrādū: ꝛ fa=
cit ipſam ꝑuenire ad loca ad q̄ ſo=
la non ꝑuenit. His itaq; de cauſis
vino ꝯmixto poſſūt vti q̇ ſtomachū
vel interiora imbecilla nō habue=
rint: ꝛ qui colicā pati vel aliā hmōi
paſſionē ex facili cā nō cōſueuerint
hr̄e. Quare cōcludam⁹ ꝙ qui cum
ꝑdictis conditionib⁹ iuuenis fue=
rit: carnoſus. in media eſtate cōſti=
tut⁹ arte laborioſus ꝛ potui ꝯmix=
to cōſuet⁹: vt ꝑhabita cōſequatur
iuuamēta: ſecuriſſime vinū cuȝ aq̄
ꝯmixtū poterit accipere: q̇ vero di=
uerſus fuerit minime. Quēadmo=
dū ex ꝓma quarti ꝛ ex plurib⁹ Gal.
voluminib⁹ colligi pōt. Ideo ꝛc.

¶ Cap.ccxlj. oñdit vtilitates et
iuuamēta vini aquoſi et ſubti=
lis naturaliter: ꝛ ꝙ ip̄m quibuſ
dā ſanis ꝛ febricitātibus plus
conueniat ꝙ̄ aqua ſola.

QUia in ſuperiori.c. de
vino aquoſo artificia
liter ꝛ ex tpe facto di=
ximus: nūc de natura
liter aquoſo ꝛ ſubtili
verba facere intendi=
mus: ꝛ declarare ꝙ ip̄m plus ꝙ̄ aq̄
calidis corporib⁹ ꝛ febricitātibus
cōueniat: ꝛ ꝓpterea q̇dā ignari me
dici pecunijs tantūmodo intēti: et
nūꝙ̄ bonū aliquē librorū aperien=
tes: loco aque hmōi vino vti debe=
rēt: cū tn̄ oppoſitū faciant pleruꝙ;
ꝑducētes infirmos nō ſolū ad ſto=
machi: ſȝ ad toti⁹ corporis debili=
tatē ꝛ ꝟtutis ei⁹ ꝓſtrationē. Qui ſi
vnꝙ̄ ꝑſens legerint capitulū: faci=
le poterūt ſimul ꝛ errorē ſuū ꝛ dam
num egrotātiū intelligere. Uerum
ne ꝛ ipſi nos reprehēdāt: dicamus
aperte ꝙ ſit vinū illud qđ plus ꝙ̄
aquā cōmēdam⁹ febriētib⁹: nō em̄
quodlibet vinū ſic abſolute ad id
approbam⁹: ſed id tm̄ de quo loqui
tur Gal. in lib. de vicinis cū ait. Ui
nū aquoſum nomināt hoies id qđ
aſſimilāt ſcđm colorē ꝛ cōſiſtētiam
aq̄: diaphanū em̄ eſt ꝛ lucidū ꝛ pu
rū ꝛ ꝯſiſtētia ſubtile: ꝛ guſtāti vide
bit̄ nullū fortē ſaporē hr̄e: ꝛ cū com
miſcet̄ cū aqua nō tolerat aq̄ multe
mixtionē: vn̄ ab antiq̇s pauciferū
vocatū ē. Et iſtud etiā ē de nume=
ro illorū de q̇b⁹ infra dixit. Aquoſa
vina ineteraſcūt: qm̄ faciliter ace=
ſcūt. Cui⁹ vini ꝓprietates ꝛ opera
tiōes ipſe in.ij. aphoriſmorū cōmen
to.xj. manifeſtauit cū inq̇t. Uinum
aquoſum ꝛ ſubtile atq; albū natu=
liter eſt aq̄ vicinū: ꝛ illi⁹ ꝟtuti vici=
nat̄ ad nutrimētum: vn̄ vrinā ꝓuo
cat: nec corp⁹ ide nutrit̄ niſi ꝑuiſſi=
mū. Et in.v. Terapētice.c.ix. dixit.
Uinū aq̄ſum bibitū vniuerſas mo
uet excreatiōes. Et i libro de euchi
mia.c.viij. ſil'r tetigit iuuamētū ei⁹
de vrine ꝓuocatiōe cū ait. Quecūq;
vinorū ſūt aquoſa ꝛ ſubtilia ſcđȝ cō
ſiſtentiā vrinā mouentia pauciſſi=
mū nutrimentū dāt corpori. Et in=
fra ſubiunxit. Meliora vina ad vri
nationē ſunt q̄ ſubtilia exiſtūt: ꝛ ca
put minime tāgūt ꝛc. Et ꝓpter oēs
hac cauſas calefactis corporib⁹ et
febriētib⁹ ſunt ꝯueniētia. ꝛ eo ma=
gis ꝙ vt Pŕiceps ſcripſit l.x. tertij
trac.v.c.j. Uinū aq̄ſum ē ꝯfortans
ꝟtutē plus ꝙ̄ aq̄: ꝛ in potu ei⁹ ſunt

UVA. BHSC. IyR_272

inciſio ⁊ ſubtiliatio. Et in.xiij.ter-tij trac.j.c.xxix. Uinū ſubtile decli-nans ad ſtipticitatē parū tolerans cōmixtionē ꝓpter aquoſitatē ſuam facit penetrare cibū:⁊ viuificat vir tutē:⁊ excuſat a potu aque frigide faciētis triſtari ⁊ iraſci ſnofrigore. Et in prima quarti tract.j.c.xxxix. expreſſius ſic dixit. Uinū albū ſub tile cōmixtū eſt melius febricitan-tibus ꝙ aqua ꝓpter illud qđ eſt in eo de ſudatione ⁊ ꝓuocatione. Et infra ait. Uinū fractū ꝑcōmixtionē cōfert febricitātibꝰ cholerice in de clinatione preſertim: qm̄ infrigi-dat ⁊ humectat vehementer. Hoc quoqꝫ ſenſit Iſaac in particularibꝰ dietis dicēs. Uinū albū ⁊ aquoſuꝫ ſecurius datur febricitātibꝰ cū fa-cile fumo ⁊ ſudore egrediatur. Et poſt aliqua ſubdit. Uinum ſubtile aquoſum ſemꝑ inuenitur cuꝫ albe dine ⁊claritate:vnde facile eſt ſto macho:cito eñ digerit ⁊ venas ꝑ-forat vrināqꝫ ꝓuocat: ideoqꝫ vtile eſt febricitantibus:q: non fortiter calefacit:neqꝫ mētē ꝑcutit:nullum etiā cerebro vel neruis infert nocu mentum. Si vero fuerit mixtū:erit melius maxime ad extinguēdū ſi-tim. Et iterum infra ſubiunxit. Ui num qđ eſt ſubtile debile inſipidū ⁊ nullā ſuſtinēs cōmixtionē:minꝰ ceteris calidum eſt faciliorisqꝫ dige ſtionis:⁊ cito venas omneſqꝫ corpo ris penetrat poros ⁊ velociter ex-pellit:ꝑinde minus eſt ceteris nu tribile:⁊ plus alijs infrigidat:⁊ ca lorē ⁊ ſitim extinguit:⁊ vrinā ꝓuo cat ⁊c. Iſtud etiā voluit Auerrois i.vij.colliget.c.de febre ephimera i ſpeciali dicens. Uina aquoſa alba oibus iſtis.ſ. febricitantibꝰ vtilia ſunt ſi bibere aſſueti fuerint:ita ꝙ poſt digeſtionē bibant.nā plura habēt iuuamēta ꝙ aqua:nā vinuꝫ natationē cibi in ſtomacho vetat: ventoſitatē reſoluit vrinā ꝓuocat ⁊ ſudorē aīam lectificat:⁊ adiuuat naturā ad expellēdū ſuꝑfluitates ⁊c. Et fuit ſnīa Gal.i.iij.regiminis acutorū cōmento.x.dicētis. Cōue-nientiꝰ ex vinis oibus ei q̄ hꝫ egri tudinē acutā eſt vinum aquoſum: ⁊ hoc vinū eſt cuiꝰ color eſt albus ⁊ eius ſubſtātia eſt ſubtilis:⁊nō oſtē dit in eo ſtipticitas:neqꝫ pōticitas neqꝫ aſperitas:neqꝫ dulcedo:neqꝫ amaritudo:neqꝫ vētoſitas eſt ei:qđ eſt q: hoc vinū ſolū inuenit priua-tū nocumētis q̄ ꝓueniunt ex potu aque ⁊ omni malitia.qđ reperi in multis locis italie ⁊ aſie. hec ipſe. Et in.ij. Terapētice.c.iij.dixit. Ui nū qđ aquoſum eſt viſu ⁊ ꝟtute me lius eñ eſt ꝙ aqua ꝑ oīa digeſtio-ni auxilians ⁊ ſudores ꝓuocās. Et in quarto de regimine ſanitatis. Uinū ſuꝑ omne aliud digerit ſemi crudos humores ⁊ ſudores:⁊ vrinā ꝓuocat:⁊ ſomno cōfert. Et in libro de euchimia.c.vbi ſupra inq̄t. Ui-nū aquoſum eſt bonū ad eductio-nē q̄ eſt ex pulmone virtutē robo-rās:⁊ humores humectās ⁊ inci-dēs moderate:⁊ febricitantibꝰ im periculoſius dat alijs vinis:et eñ malicias aque ⁊ vini effugit:mul-totiēs capitis dolores ſedat ꝓpter fientes in vētrē humores. Pertrāſ eo ꝙ vinū purū ſubtile nedū aquo ſum quartanarijs ſit cōueniēs.te-ſtibꝰ Auicē.in.j.iiij.tract.iiij.c.xij.⁊ Raſi in.x.Almāſoris.⁊ Auerr.i.vij. colliget. Et igit ꝙtū febrientibꝰ ſit vinum cōueniens ⁊ ꝑcipue corpo-re purgato ⁊febre iam declinante: qm̄ in principio nequaq̄. Cōſide-rata tamen conſuetudine bibendi vinum.⁊ hac noſtra frigida regio-ne viniqꝫ aquoſi:ſuperius etiā in acutis laudati multitudine: debe-rent hi noſtri medici equiuoce pa-tientibus nō acute:vinum tale po

UVA. BHSC. IyR_272

rius ꝗ aquã coctã vt faciũt cõcede
re:⁊ tãto magis ꝗ veteres pꝛealle
gati in calidis regionib⁹ exiſtẽtes
et vinũ bibere nõ aſſueti id poti⁹
ꝗ aquam calidarum hominibus
complexionum et acute laboꝛanti
bus condonauerint.quare ⁊c.

¶Cap.ccxlij. oſtẽdit naturã et
operationes vini albi planen=
ſis clari ⁊ ſubtilis in cõſiſtẽtia.

VT narrationeȝ de vino
ſubtili cõpleam⁹de albo
⁊ planẽſi vino ſermoneȝ
faciam⁹: ⁊ naturã eius ⁊
virtutes oſtẽdam⁹: vt eo
libẽter vtentes:⁊ ipm̃ pꝛeceteris ſa
nius exiſtimãtes: intelligãt quan
tũ a via deuiẽt veritatis: cũ ipȝ nõ
ſolũ bibãt.ſed oib⁹ alijs tanꝗ me=
lius pꝛecioſiuſꝗ cõmendet.q̃ pfe=
cto nõ cognoſcũt ꝙ hmõi minime
faciat ad ſanitatȝ cõſeruationẽ: cũ
parũ admodũ ab aqua differat: vt
ſenſit Haliabas in.v. Theoꝛice.c.
xxx.cũ ait. Uinũ albũ eſt aq̃ ſimile.
q̃d minus reliquis oib⁹ calidũ eſt
⁊ fuit Gal'.ſentẽtia in ſcdo aphoꝛiſ
moꝝ cũ cõmento.xi.dicẽtis.Uinuȝ
aquoſuȝ ⁊ ſubtile atꝗ albũ natu=
raliter eſt aq̃ vicinũ ⁊ illius virtuti
vicinatur ad nutrimẽtũ:vnde vꝛi=
na puocat:nec coꝛp⁹inde nutritur
niſi paruiſſimũ . Et in tertio regi=
minis acutoꝝ cõmento.viij. Uinũ
albũ eſt minoꝛis calefactionis oi=
bus vinis.Quod etiaȝ ipſe voluit
in tertio alimẽtoꝝ.c.antepenulti=
mo di. Omnib⁹ vinis minime nu
triũt q̃ alba q̃dẽ coloꝛe:ſubtilia au
tẽ: cõſiſtẽtia cõſimilia aliq̃liter en=
tia aq̃s.Et ppterea dicebat prin=
ceps in tertia pꝛimi doctrina.ij.c.
viij. Uinum album ⁊ ſubtile cale=
factis eſt melius : non em̃ capitis
efficit doloꝛẽ:ſȝ foꝛtaſſis humecta=
bit:et doloꝛeȝ capitis alleuiabit q̃
ex ſtomachi ardoꝛe puenit.Et in
doct.iij.eiuſdẽ.c.iij.ſic etiam inq̃t.
Uinũ albũ ⁊ ſubtile eſt pauci nu=
trimenti:et datur loco aque.Simi
liter Auerrois in parte ſecũda can
ticoꝝ cõmenti.xxxv.dixit.Uinum
album eſt melius cui accidit ex po
tu vini doloꝛ capitis necnõ ſupca=
lefactio:eſt em̃ pꝛopinquius ex ei⁹
nature aque.Et ideo pꝛiceps Aui
cen.in textu cõmenti.xxxvij.eiuſdẽ
concludit.Tempoꝛe eſtiuo ſumen
dũ eſt vinũ albuȝ ⁊ aquoſum:eo ꝙ
ſit ſubtilitati ⁊ ſimplicitati ppin=
quius ⁊c. Huius quoꝗ ſnie fuit
Iſaac in particularibus dietis cũ
ſcripſit. Palam ergo intelligimus
vinũ albũ ⁊ nigrum eſſe minus ce
teris calidũ:ſed album magis ꝗ
nigrũ humiditati ptinet p ſui ſub
tilitate et aquoſitate ſibi dominã=
te:⁊ groſſitate atꝗ terreſtreitate ni
gro dñantibus ⁊c.Et poſt aliqua
ſubiũxit. Nõ inuenimus vinũ ſub
tile ⁊ aq̃ſum:niſi albũ ⁊ albedini
vicinũ:ppter hoc albũ eſt ſubtili⁹
minuſꝗ comixtionẽ ſuſcipit:eſt et
ſenſu facile cito digeſtiuũ:⁊ veloci
ter venarũ pfoꝛatiuũ:⁊ vꝛine puo
catiuũ.parũ tñ nutrit ppter ſuam
leuitatẽ:vñ cito in caput aſcendit
⁊ facit ebꝛietatẽ cito diſſoluendã.
Nigrũ vero ꝯꝛiũ facit.Et infra ſic
etiã inquit.Albo vino pertinet de
fectio odoꝛis ⁊ ſapoꝛis:nullã ſuf=
fert cõmixtionẽ:⁊ raro iuenire poſ
ſumus:vt ſit dulce vel ponticũ ⁊c.
Et q: ſubtile eſt debile ⁊ inſipidũ
⁊ nullã ſuſtinens commixtionẽ:mi
nus ceteris calidũ eſt faciliorisꝗ
digeſtionis:⁊ cito venas oẽſꝗ coꝛ
poris poꝛos penetrat ⁊ velociter ex
pellit:pinde minus eſt ceteris nu
tribile:⁊ plus alijs infrigidat:⁊ ca
loꝛem ⁊ ſitim extinguit:⁊ vꝛinã p=
uocat.Ex quibus patet ꝙ ta le vi=
nũ ſit magis febꝛicitantibus:aut

UVA. BHSC. IyR_272

valde ſupcalefactis vtile ꝙ ſanis nutrimento indigentibus ⁊ nō caliditatis extinctione. Et ideo concludere poſſumus ꝙ vinū album planēſe ⁊ ſubtile ꝓprius via medicine ꝙ via nutrimenti vel roboris ſit propinandū: licet oppoſitū ſentiant aliqui delirantes. vt diximꝰ quare ⁊c.

¶ Cap. ccxliij. oſtēdit naturā ⁊ proprietates vini citrini ⁊ potentis: quibuſqꝫ perſonis ipſuʒ conueniat.

Vulgares vinū citrinum cōi quodā noīe albū appellant: vinū ab altero nō diſtinguētes: niſi in potētia. ⁊ de noībus parum curare videntᷣ. Nos autē proprius vinū albū eſſe dicimus qḋ ſuperius deſcriptum eſt ſcʒ ſubtile pallidū ⁊ nature aq̄ vicinū: nullā aut modiciſſimā ſuſtinēs cōmixtio tione: qualia ſunt vina planenſia facta ex vuis albis apud nos pataunos q̄ nullius ſunt potētie: ſed vt plurimū ſunt velut aqua. Citrinū vero dicimus vinū lōge predicto potentius. qḋ in rei veritate citrinū exiſtit in calore odoriferuʒ atqꝫ potēs ſicuti eſt vinū montaneū ex vuarū albarū bene maturarū expreſſione factū cuius naturā ⁊ proprietates hoc in capitulo intēdimꝰ declarare: vt q̄ eo delectantᷣ intelligant ꝙ nō ita ad ſanitatis ꝯſeruationē faciat ſicut ad gule voracis voluptate. Dicā ergo de ipſo inprimis cū Haliabate in. v. theorice. c. xxx. ſic ſcribēte. Vinū qḋ eſt croceū: fortioris eſt caloris ⁊ robuſtioris acuminis: citiuſqꝫ ad mēbra tranſmittitᷣ: ⁊ rubeam parit cholerā et cephaleā. qḋ in ſanis etiā eſt verū ⁊ nō in febricitātibꝰ ſolū. De q̄bus locutꝰ eſt Gal. in. j. regiminis acutorū dicēs. Vinū citrinū eſt malū in eo quo indiget ille q̄ hʒ febrem: qm̄ eſt calidū vehementis caliditatis. Et Galie. etiā in. iij. eiuſdem cōmēto. ix. cū dixit vinū citrinū vehemētiꝰ ledit caput ⁊ mentē: qm̄ eſt calidiꝰ nigro: ⁊ ꝓpter hāc cām ſit addēs in febribus: qḋ eſt qm̄ cōuenientiora in febribus ſunt vina aquoſa tm̄. A quo ſumpſit Iſaac ī particularibꝰ dietis cū inq̇t. Citrinū ergo ⁊ glaucū vinū: q: ſunt ab extremitatibꝰ. ſ. albo q̄ nigro: ꝙtū opʒ remota: ceteris ſunt calidiora ⁊ leuiora faciliuſqꝫ caput aſcendētia: ⁊ magis ipſa ꝑcutientia. Implent em̄ caput pungitiuo fumo: ſacietateqꝫ ꝯmouēt ad ebrietatē: ſʒ tñ leuiſſime diſſoluitᷣ: ⁊ talia vina ſubtilia dicuntᷣ ꝓpter ſue actionis velocitatē ⁊ fortitudinē ſue penetrationis: ſicut piper: cinamomū: zinziber: ⁊ ſimilia q̄ in ſuis actionibꝰ ſunt fortiſſima: nā ſubtiliāt humores eorūqꝫ feces mūdificāt ⁊c. Et ꝙ vinū citrinū ſit iā dictis ſiīe ptʒ ꝑ Gal. in lib. iij. de ſimplici medicina diſtin. iiij. c. ij. dicentē. Vinū cuius ſubſtātia eſt minuta ſubtilis luminoſa: cuius color ꝑtinet citrinitati ⁊ rubedini clarū: cuiꝰ odor eſt bonus: tolerat ea aqua ꝙtitatē multā. ⁊ in etate ſua antiquū ⁊ purum eſt: ⁊ tunc ipſum ſanat corpora q̄ infrigidata ſunt etiā ꝑter naturā: ⁊ ab opio ⁊ hmōi: ⁊ cōfert vltimo iuuamento. Ex q̄bus apparet ꝙ cōplexio ⁊ virtus talis vini ſit calida multum. ⁊ ideo de ipſo dicere poſſumꝰ cū Iſaac vbi ſupra ſic ſcribēte. Vinū qḋ fortiſſimū eſt: ceteris eſt calidius ⁊ fortioris actionis: citoqꝫ caput aſcēdit ac bullire ac feruere facit corporis humores: vnde fumus caput aſcendēs nocet cerebro mēteqꝫ ꝑcutit. Neceſſe eſt ergo vt caueāt illud q̄bꝰ dñatᷣ cōplexio

UVA. BHSC. IyR_272

calida:niſi multuꝫ fuerit cõmixtuꝫ
qꝛ ſi cõmixtuꝫ fuerit quãtuꝫ opꝫ:ꝛ
vt decet accipiatur:ꝛ ſcḋꝫ qḋ cõue=
nit etatibꝰ tẽpoꝛi:regionibꝰ:ꝛ con
ſuetudini eſt laudabile.qꝛ groſſos
diſſoluit humoꝛes:vias venarũ de
putredine mũdificat:atqꝫ putredi
nẽ ꝛ ſanguinẽ clarificat. Senibus
autẽ ꝛ q̇ eoꝝ etati vicinãtur ꝓpter
coadunationẽ ſupfluitatis in eoꝝ
coꝛpoꝛibꝰ fit hmõi optimũ vinuꝫ:
maxime ſi puritati fuerit vicinũ:qꝛ
eoꝝ caloꝛẽ cõfoꝛtat:crudoꝛũqꝫ abũ
dãtiã diſſoluit humoꝝ ꝓinde cõue
nit quibꝰ collecti fuerint groſſi et
crudi humoꝛes ꝛc. hec ipẽ.Ex qbꝰ
manifeſtum redditur ꝙ maluati=
cũ:vinũ grecũ:ꝛ omne vinuꝫ mõta
nuꝫ magne potentie ꝛ caliditatis
quomodocũqꝫ dicatur calidas ha=
bẽtibꝰ cõplexiões bibere nõ liceat:
niſi foꝛſitã gr̃a medicine: vt groſ=
ſos diſſoluat humoꝛes i ſtomacho
exiſtẽtes ꝛc. Et ꝓpterea in pꝛinci=
pio cibi ꝛ pꝛecipue i hyeme eo poſ=
ſunt in modica vti quãtitate:i eſta
te vero minime:quoniã calido cali
duꝫ nõ eſt addẽduꝫ:vt vnuſqſqꝫ ſa
tis intelligit.quare ꝛc.

¶Cap.ccxliiij. oſtẽdit naturaꝫ ꝓpꝛietates ꝛ iuuamẽta vini rubei et nigri ſimul declarando nocumenta vinoꝛum groſſoꝛuꝫ et turbidoꝛum.

Compleamꝰ vinoꝛũ cõſi=
deratione ex pte ſubſtã=
tie et coloꝛis ipſoꝝ acce=
ptã dicẽtes pꝛiꝰ de vino
rubeo cũ Haliabate i.v.
theoꝛice.c.xxx.ſic ſcribẽte. Vinũ qḋ
eſt rubeũ ꝛ clarum: foꝛtis ẽ caloꝛis
ꝛ ſiccitatis: cito trãſiens ex ſtoma=
cho: ꝛ in coꝛpe ſanguinẽ generat q̇
ad acumẽ declinat naturalẽ cõfoꝛ=
tat caloꝛẽ ſi cõueniẽs de eo mẽſura
poꝛrigatur.Eſt quoqꝫ vinũ ſubꝛu=
beũ:qḋ etiã foꝛtis eſt caloꝛis ꝛ plu
rimi nutrimẽti bonũ generãs ſan=
guinẽ ſi in moderata ſumatˀ q̃tita
te.Et poſt pauca ſubiũxit.Eſt etiã
aliud vinũ:cuiꝰ coloꝛ eſt niger:qḋ
amplius nutrit eiuſqꝫ caloꝛ eſt ſub
croceo:ꝛ in coꝛpus tranſmiſſio tar
dioꝛ.Que videtˀ fuiſſe Gal.ſnia in
ij.aphoꝛiſmoꝛũ cõmento.xj.dicen=
tis.Groſſum vero vinũ ꝛ rubeum
nutribilius eſt ceteris:implens ci
to coꝛpoꝛa obnoxia inanitioni.Et
in cõmento.xviij.eiuſdẽ inqt.Uina
groſſa ꝛ rubea nutribilioꝛa ſunt ꝙ̃
aquoſa:ſꝫ tñ minus ꝙ̃ vina nigra
ſunt nutrientia.Et in lib.iij.de ali
mẽtis capł̃o antepenultio ſiłr ait.
Oim vinoꝛũ q̃ rubea ſunt ſił ꝛ groſ
ſa ad gñationẽ ſanguinis idoneiſ
ſima.In libꝛo quoqꝫ de vinis dixit
Uina rubea ad nutricationẽ ſunt
cõuenientia:ꝛ maxime ſi dulcia:q̃
qbus nutricatiõe indigẽt:cõueniẽ
tia ſunt ſi aliqḋ aliud nõ impediat
Et ideo in libꝛo de diſſolutione cõ
tinua talẽ de eis oꝛdinẽ poſuit cuꝫ
ſcripſit.Et nutribilius eſt vinũ ru
beũ:groſſũ dulce:ꝛ poſt hoc nigrũ
groſſuꝫ dulce:ꝛ poſt hoc albũ groſ
ſum dulce.ꝛ poſt hoc groſſũ rubeũ
aſperũ:ꝛ poſtea nigrũ groſſum aſ=
perũ:ꝛ poſt hoc vinũ ſubtile ꝛc.A
quo Iſaac accepit cũ in particula=
ribus dietis inqt.Uinũ rufum qḋ
eſt de vuis nigris.ꝛ aureũ qḋ eſt de
albis ſunt calidioꝛa qꝛ caloꝛ eoꝝ eſt
in.iij.gradu:atqꝫ ſunt ab vtriſqꝫ ex
tremitatibꝰ ſatꝭ remota ſtãtqꝫ i me
dia mediocritate. Rubeũ vero eſt i
groſſitie ꝛ groſſitie ꝛ vicinũ: ideo
co nutribiliꝰ ẽ oibꝰ exceptio nigro
parũ tñ ꝓuocat vꝛinã.ꝛ tarde ca=
pnt aſcẽdit.ꝛ durã facͭ ebꝛietatẽ diſ
ſolutionẽ difficillimã ꝛc. De nigro
ħo ꝛ groſſo ꝛ turbido dicamus cũ
Auer.i.iij.metheoꝛoꝝ ꝯmẽto.xlviij
dicẽte. Oẽ vinũ i quo ẽ nigredo ſpi
ſa ꝛ turbiditas vincit in eo terre=

BHSC. IyR_272

ſtreitas ⁊ aqueitas aut alterū eoꝝ. Et ꝓpterea nō modo nō laudatur verū etiā plurimū deteſtatur ab oībus. Dixit em̄ de ipſo Iſaac in loco preallegato. Uinum terreſtre et groſſuꝫ oppoſitū eſt ſubtili ⁊ aquoſo: vñ qꝛ groſſum ē plꝰ ceteris grauat ſtomachū: durū ē ad digeſtionē faciendā: ⁊ difficile ad ꝑforandas venas: vrinā nō ꝓuocat tarde ꝗ ad caput aſcēdit ꝓpter ſui fumi grauitatem atꝗ groſſitiē. Idcirco nō facit ebrietatē: qđ tñ ſi fecerit nō cito diſſoluetur. Siľr Auicē. in prima tertij trac. qnto. c. x. inqt đ ipſo. Uinū feculētū ⁊ antiquū ⁊ nonnū etiā qđ nō eſt clarificatū gñat ſanguinē vaporoſum feculētuꝫ ⁊ tenebroſuꝫ. Et in. iij. tertij trac. qrto. ca. iiij. ait. Uinū groſſum turbatū nocet viſui: ⁊ ꝓpterea eſt oīno fugiēdū. Uinū aūt nigrū groſſuꝫ ⁊ non turbidū nō eſt vituperandū: immo ad nutricationē ꝑmarie extollēdū De quo princeps in tertia primi doctrina ſcđa. c. viij. dixit. Uinum groſſum qđ eſt dulce eſt melius illi ꝗ pinguis vult eſſe ⁊ fortis: ab oppilationibꝰ tñ eius ſibi caueat: vetus aūt rubeū eſt meliꝰ oppilationē habēti frigidā ⁊c. Et in. xi. tertij trac. ſcđo. c. viij. Uinū nigrū groſſū ē nutribilius ⁊ magis faciēs declinare humores ad cōtrariū eiꝰ quo fit reſolutio. ⁊ reducēs ſpiritū eſſentia ſua ⁊c. eſt tamē ex medicinis inflatiuis vinū groſſum ⁊ dulce propter groſſitiē: vt idē ait. i. xiij. tertij trac. v. c. j. Iſaac quoꝗ vbi ſupra ſic de eo ſcripſit. Uinū nigrū groſſius eſt ⁊ durius ad digerēdū: ⁊ difficile ad penetrandū viā venarū. ⁊ ad vrinā ꝓuocādū: groſſumꝗ dat nutrimētū: ꝓinde tarde caput aſcēdit ⁊ cū aſcendit facit fortē ebrietateꝫ ad diſſoluēdū tardū. Et poſt multa ſubiūxit. vino nigro ꝑtinet groſſities liquoris. grauitas odoris vnde difficile eſt ad digerendū: tarde ad caput aſcēdit: multū nutrit: ⁊ venas de groſſo ſanguine implet: ad diſſoluēdū tardū. vnde Gal. Uidi homines paleſtribꝰ ludis vtētes hoc vinū frequēter ⁊ cōſuete bibere: vt ingroſſarēt ⁊ fortitudinē acciperēt. qđ eos ingroſſauit: ⁊ magnā vim eis tribuit ⁊ dedit eis nutrimētū carni vicinū porcine: proide bonū eſt ſi iuuenibꝰ añ cibū datū fuerit. Seniorbꝰ vero ē incōueniēs ⁊ hoc añ cibū: ⁊ poſt cibum qꝛ ꝓpter defectionē caloꝝ naturalis eoꝝ generat oppilationē ⁊ in renibꝰ lapides ſi illo aſſueſcāt. ⁊ poſtea ſubdit Uinū nigrū ſolā habēs dulcedinē calidiꝰ ⁊ nutribiliꝰ ⁊ plꝰ ceteris vētrē humectat: ⁊ vrinā nō ꝓuocat: vētoſitatē ⁊ inflationē creat: et ex eo nō ſit adeo nocumētū capiti ⁊ neruis ꝓpter ſue fumoſitatꝭ groſſitiē ⁊ grauitatē: vnde tardiꝰ ad caput aſcēdit: ⁊ ꝓpter hoc ab eo tardiſſime inebriat ⁊c. vnde Gal. Uinū inqt nigredini ꝑtinēs nō hꝫ tātū caloris quātū glaucū ⁊ citrinū: neꝗ tātā facit ebrietatē. Uinū vero qđ dulce eſt ⁊ pōticum groſſius duriuſꝗ digeſtiōi exiſtit: ⁊ magis vētoſitatē ⁊ inflationē generat: lapidē etiā in renibꝰ et oppilationē in ſplene ⁊ epate magis ꝙ ceteris ⁊ vomitū ꝓuocat: ⁊ dolorē i capite ⁊ neruis facit. ⁊ poſt aliq̄ iterū ait. Uinū nigrū dulcē hñs ſaporē cōuertit i ſanguinē. ſꝫ tñ ſāguis quē generat turbidꝰ eſt ⁊ groſſus melācholico ꝑtinēs humori. ⁊ ꝓpterea ꝯcludere poſſumꝰ cū Gal. i. iiij. đ regimine ſanitatꝭ dicēte fugiēda ſūt groſſa ⁊ nigra vina vt cachochimia ⁊ tarde icedētia ⁊ i quito eiuſdē vinū ſ nīgrū groſſū nō ē vtile ſenibꝰ neꝗ añ cibū neꝗ mixto magꝭ alio tpe: qꝛ nullū groſſū vtile ē ſenibꝰ: qm̄ oppilā=

UVA. BHSC. IyR_272

tur ex eis epar renes ⁊ ſplen. Et in
tertio alimētoꝝ.c.ſuperius addu=
cto. Groſſa vina ſunt magis nutri
tiua ſubtilib⁹ vt natura ipſoꝝ inſi
nuat ⁊ experiētia teſtatur. Et īfra.
Groſſa vina digerūtur q̄dē tardi⁹
⁊ diſtribuūt̄. Et poſtea. Amplius
nutrimentū dāt coꝛpoꝛi: ⁊ ſicut ad
nutrire ſunt melioꝛa ſubtilioꝛibus
ſic ad vrinationē deterioꝛa: ⁊ in lib.
de euchimia.c.viij. ſic ipſe cōcluſit.
Fugere opoꝛtet a groſſis ſimul ⁊ fe
tidis vinis ⁊ indelectabilib⁹ ⁊ au
ſteris. Que aūt delectabilia fuerīt
groſſa ⁊ nigra ⁊ non turbida: non
ita fugiēda ſunt: niſi a ſenibus ⁊ a
timētib⁹ oppilatiōes: vt dictū eſt.

¶ Cap. ccxlv. oſtendit naturā ⁊
ꝓpꝛietates vini dulcis ſimul cū
nocumentis eius ⁊ iuuamētis.

Quantū eſt ex ꝑte ſubſtā=
tie ⁊ coloꝛis de vino ſu=
perius determinatū eſt.
Nūc aūt de ipſo q̄ntū eſt
ex ꝑte ſapoꝝ dicēdū eſt.
⁊ pꝛio de dulci: quo maioꝛ ꝑs homi
nū delectatur q̄ ſenſualē guſt⁹ ap=
petitū inſequūtur nō tamē intelli=
gentes ꝙ licet res dulces hūanis
coꝛpoꝛib⁹ cōueniētiſſime ex ſe ⁊ ꝓ=
poꝛtionatiſſime ſint vt i.c.xlix. libꝛi
hui⁹ declarauim⁹: ꝑ accidēs tamē
nociuiſſime exiſtāt ⁊ ꝑmaxime vi=
nū dulce. Qḋ nō tantū ratione dul
cedinis: ſed ratione dulcis ⁊ groſſi
liquoꝛis ſimul. quēadmodū innuit
Gal. in tertio regiminis acutoꝝ cō
mēto ſcḋo cū inq̄t. Dico ergo ꝙ cū
omne vinum dulce calefaciat: ⁊ ſit
groſſū in ſubſtātia ſua: opoꝛtet vt
virtutes particulares q̄ apparent
ab eo q̄n bibit̄ nō ſint niſi ab iſtis
duab⁹ qualitatib⁹. ſ. dulcedine et
groſſitie: qḋ eſt q2 coloꝛi in ſe nō eſt
virt⁹ in nocumēto aut iuuamēto:
ergo quātitas groſſitudinis vini
hui⁹ eſt illa ⁊ tarditas penetratio=
nis ei⁹. Opoꝛtet ergo vt nō ſolū nō
aperiat oppilationes alicui⁹ mem
bꝛoꝝ: ſed faciat ī eis oppilatiōes.
Et ꝑpter hāc cauſaz fit nocumētū
eius epati q̄n in ipſo eſt infirmitas
nocumentū magnū: ⁊ ꝑpꝛie cū in
eo eſt apoſtema aut duricies: ⁊ no=
cet etiā huic mēbꝛo nocumēto non
pauca quādo oppilationes q̄ ſunt
in eo accidūt ab hūoꝛib⁹ groſſis. ⁊
ſubdit. Deinde mēbꝛū ſcḋz cui ad
uenit nocumētū poſt epar de vino
dulci eſt ſplē. Qḋ etiā voluit ipſe in
li. de vinis cū ait. Dulce vinū neqz
ſubtile certitudinaliter neqz luci=
dū inuenies. ⁊ ꝑpterea ſi dulce eſt
⁊ groſſū eſt cōſiſtētia ⁊ tardi trāſi=
tus: vnde nō ſolū obſtruit aliquaz
obſtructarū particularū: ſed etiaz
alliciet obſtructionē: ⁊ ꝑpterea no
cinum fit epati patienti ⁊ maxime
phlegmatizanti ⁊ nō ſolum epar:
ſed etiā ſplē nocetur a dulcib⁹ vi=
nis: nō tamē pulmo quādo groſſuz
aggregauit humoꝛez. Cui⁹ inter=
pꝛes Auicē. ſentētiā magiſtri ſecu
tus inq̄t in.x. tertij tractatu pꝛio.c.
vi. Uinū dulce vehementer aperit
oppilationē pulmonis: ſicut ipſuz
vehemēter generat oppilationem
epatis. Et in tractatu quīto eiuſdē
c.j. dixit. Uinū dulce eſt meli⁹ vinū
habentib⁹ in pectoꝛe egritudinē ⁊
pꝛopꝛie illud qḋ eſt albū. nam il=
lud eſt magis adiuuans ad expuē
dū: verū non opoꝛtet vt bibatur in
pleureſi: ⁊ ī periplemonia niſi poſt
maturationē: neqz ſumat̄ in potu
ab illo cui⁹ epar aut ſplē eſt infir=
mū: ⁊ in.xiiij. tertij.c.xix. ſic ait. Ui
nū dulce facit accidere ī epate op=
pilationē: ⁊ ipz abſtergit illā q̄ eſt
ī pectoꝛe: ⁊ cauſa ī illo eſt ꝙ vinuz
dulce attrahit̄ ad epar nō gradatī
ꝑpterea ꝙ epar diligit ipz ex hoc ꝙ
dulce: ⁊ ꝑpter ſuā penetrationē ex
hoc ꝙ eſt

UVA. BHSC. IyR_272

hoc q̧ eſt potus. In pulmone ꝟo nõ ſic: qm̃ ſuperuenit ei vinũ dulce cũ iã colatũ eſt. Iſaac vero de eo in particularibus dietis ſic ſcripſit. Vinũ dulce calidum eſt in ſcdo gradu. ⁊ ſiccuꝫ in primo: aliquãtulum tñ humiditati pertinet ꝑpterea eſt groſſum. ⁊ illaubile in ſua actione: niſi qꝛ ventrẽ ſoluit: qꝛ in omni' re dulci vis laxatiua ⁊ colatiua inuenit': qd vinum ſi aliquid inuenerit in corpore qd ipſius ꝯtrium ſit actioni ⁊ cohibet' ad exeundũ calefacit ⁊ bullit aſcenditq; ad ſuperiorẽ partem ſtomachi ⁊ conuertit' in cholericos humores: ſitimq; generat et ventoſitatẽ in ſuperiori parte ⁊ lateri nociuam: oppilationẽ in epate ⁊ ſplene generat: lapidẽ in renib' creat maxime ſi inuenerit hec mẽbra talibus paſſionibus ꝑparata: aut digeſtiuaꝫ virtutem debilẽ ꝑpter hoc caueat illud qbus groſſa ⁊ humida donat' dieta: qꝛ ſi aſſueſcerint eo ꝑfecto hydropicam incidẽt paſſionẽ ⁊c. Et poſtea dixit autoritate Gal'. q̧ oppilat epar: qꝛ peruenit ad ipſuꝫ per largas vias pulmonẽ aũt minime qꝛ ꝑ anguſtas. Illud tñ caueãt. qbus generatur ſitis eorum em̃ calorẽ augmentat ⁊ humiditatem ſaliue deſiccat ⁊ ingroſſat: ſitq; quaſi crcata ⁊ annectit' canalibus pulmonis: ⁊ qꝛ ẽt cõuertitur ad choleram: cauendũ eſt dicente Ga. in. iij. regiminis acutorũ cõmẽto. iij. Poſt mel vinum dulce inter ceteras res dulces eſt facili' i cholerã ꝯuertibile. Et li. de vinis. Dulce vinũ in acutis egritudinibus ad expuitionẽ eſt vtile: inq̃ꝫtuꝫ aũt deficiunt a vehementi caliditate vina dulcia intm̃ minus capitis grauedinem faciũt ⁊ nocumentũ prudentie. Non aũt ſunt idonea cholericis: materia em̃ ſunt oĩa dulcia rõne cholere: neq; fabrientib' conferũt eo qd ſunt groſſa. Bona tñ ſunt dulcia vina ad nutriendum ſi ſana fuerint: epar: ſplen, renes: ⁊ hmõi mẽbra: vt idẽ refert in. c. viij. Hec igitur ſunt iuuamenta ⁊ nocumenta vini dulcis. a cui' potu tutius eſſe credimus abſtinendũ. Et ſi guſtui delectabiliſſimũ ſit iuxta illud Solonis philoſophi dicẽtis. Cõſule q̃ ſuauiſſima: ſed que optĩa animũ ac rõnem ducẽ ſequere. quare ⁊c.

¶ Cap. ccxlvj. oſtendit naturaꝫ et operationes vini acreſtini auſteri ſtiptici ⁊ pontici ⁊ ſimilium.

In vno. c. de his oĩbus breuitatis gratia determinabimus ⁊ ẽt qꝛ vnã ſapiunt ⁊ eandẽ naturã lꝫ ſm plus ⁊ minus de illa participẽt. Dicam' ergo cũ Gal'. in tertio regiminis acutorum ꝯmento. v. ſic ſcribente. vinum ſtipticũ eſt pauce caliditatis qñ ꝯparatur alijs vinis ⁊ ꝑpter hoc fit q̧ potus eius confert diarie: verũtñ nõ prouocat vrinã: ⁊ tale eſt ꝯueniens calidas habentibus complexiões ⁊ epar inflammatũ vt placuit Auic. in. iij. primi doc. ij. c. viij. dicenti. Quib' vinum calefacit ⁊ inflãmat epar: vtãtur tali quale eſt ſuccus vue acerbe: hmõi autem eſt vinũ acreſtinuꝫ: iõ conuenit. Similr' ſtomacho ꝯpetit inflãmato: ⁊ exiccato: qꝛ ſitim remouet ipmq; refrigerat ⁊c. dicente eodẽ. in. xiij. tertij trac. primo. c. xxiij. vinũ ſubtile declinans ad ſtipticitatẽ paꝝ tolerans cõmixtionem ꝑpter aquoſitatẽ ſuã facit penetrare cibũ: ⁊ viuificat virtuteꝫ ⁊ excuſat a potu aque frigide facientis triſtari ⁊ iraſci ſuo frigore Iſaac vero de ipſo in particularibus dietis inqt. Ponticum vinum ⁊ acerbum durius eſt ⁊ grauius: tardiuſq; digerit': venaſq; difficilius dulci perforat quia dulce calidius eſt ⁊ acceptabiliorẽ ſaporem hꝫ. Ponticum cutẽ videtur eſſe terreſtre aut paꝝ habens ſaporem vñ difficile eſt ad perforandũ venas:

UVA. BHSC. IyR_272

neq; vrinā neq; egeſtionē aut ſudorē prouocat: nō ergo bonū ſanguinē generat: ventrē tamen ⁊ inteſtina cōfortat: ſtringit ergo egeſtionē de ſtomacho defectiōe maxime ſi ſolutio cā caloris fiat: cuius ſigna ſunt raſura inteſtinorū ⁊c. vnde Diaſcorides. vinū inquit acerbū diureticū eſt: ſed neſcim⁹ qua intentione hoc dixerit ⁊c.

¶ De pontico etiā dicamus cū eodē vbi ſupra ſic ſcribēte. Si vinum fuerit ponticū: neceſſe eſt vt ſit groſſum impoſſibile eſt equidē vt vini pontici liquor ſit ſubtilis: imo vinū taliter exiſtens illaudabile dat nutrimētū durū ad digerendū: vrinā nō prouocat: vētrē conſtipat: tarde ad caput aſcēdit: ſtomachū ⁊ cerebrū cōfortat: ⁊ ꝓdeſt malas habētib⁹ aquas figurā corporis diſturbātes: eos etiā iuuat qui frigidiſſimā potauerunt aquam vel niuem: q̄r ſi corruptibilis aqua bibatur in malos conuertitur humores ⁊c.

¶ De vino aūt auſtero dicam⁹ poſtremo cū Gal. in li. de euchimia. ⁊ cachochimia. c. viij. ſic cōſulēte. Fugere autem opʒ a groſſis ſimul ⁊ fetidis vinis ⁊ ab indelectabilib⁹ ⁊ auſteris. Et infra: vinum auſterum non ſimiliter euchimū: ſed robur imprimit debili ſtomacho ⁊ ventri. ⁊ maxime ſecundū diſcraſiam calidā patientib⁹. Et in lib. de vinis ſic quoq; de eo ſcripſit. Auſterum vinū neq; ipſum eſt diureticū: ſed ſicut groſſum tardat circa hypocūdriū ⁊c. Et poſtea dixit. Auſteris vinis gratia roborandi ſtomachū vtimur: album aūt ⁊ auſterū eſt inutile: quia infrigidat ſenſibiliter. Ex quib⁹ patet ꝙ talia vina non faciāt ad ſanitatis conſeruationē: ſed potius quandoq; ad medelam vt viſum eſt quare pretermittantur.

¶ Cap. ccxlvij. oſtēdit naturā laudes virtutes ⁊ iuuamēta vini odoriferi. ⁊ ſimul nocumēta oppoſiti.

Conſiderauim⁹ in ſuperiorib⁹ vinū ex pte ſubſtātie ⁊ coloris ⁊ saporis: nūc aūt de ipo q̄tū eſt ex parte odoris nō inutilis fiat a nobis cōſideratio: q̄m vt medici ſentiūt ſapiētes: vna potiorū req̄ſitarū in vino cōditionū eſt odor: dicēte Aui. i. iij. p. d. ij. c. vij. Sanitatis cōſeruator dʒ vinū bonū odorē bonū habēs bibere. ⁊ i. c. viij. eiuſdē. q̄to magis odor vini fuerit bon⁹: ⁊ ipm fuerit meli⁹ ⁊ saporis melioris erit magis ꝯferēs. ⁊ . xiiij. iij. tra. j. c. xx. ſic etiā ait de eo. vinū odoriferū velocis eſt penetrationis: ⁊ pluribus epatib⁹ conueniēs in quib⁹ nō eſt caliditas vehemēs. Similiter Iſaac in particularib⁹ dietis ipm plurimuʒ cōmendauit cū dixit. vinū odoriferuʒ ſuū liquorē ſignificat eſſe ſubtilē tēperatum: ⁊ ex omni ſorditie mūdificatū penituſq; digeſtū: vnde clarū ſanguinem generat ⁊ laudabilē ⁊ mūdū: cordis ergo eſt cōfortatiuū: animāq; letificat: ⁊ anguſtiā expellit: q̄m mūdificat ſanguinē a ſorditie in corpore exiſtente: qua expulſa ſanguinis fumus groſſus turbid⁹ ⁊ obſcurus ſolit⁹ naturalis caloris lumē offuſcare: expellitur: vnde fit cā letitie: ꝓpter hoc ergo hmōi vinū oībus etatibus ⁊ cōplexionibus cōueniēs eſt ſi accipiat̃ vt opʒ ⁊ q̄d a natura ſuſtinet̃. vnde hippo. Vinū inq̄t odoriferū ſubtilius leuius digeſtibilius ceteris eſt ac nutribili⁹: q̄r ſignificat naturā ſuā cōpleuiſſe actionē: ⁊ omne cōtrariū ab eo eſſe ablatū: proinde vrinā prouocat citoq; ad caput aſcēdit: ⁊ facillime ab eo inebriat̃: ſed tñ cito ab ea liberat̃. Vinum vero q̄d nulli⁹ eſt odoris: innuit ſue fumoſitatis groſſitiē: grauitatē: ⁊ indigeſtibilitatē: idcirco illaudabilis eſt nutrimenti: propter hoc nec mūdificat: nec ſanguinē clarificat: neq; cōfortat cor: nec creat letitiā: groſſos etiā augmen

UVA. BHSC. IyR_272

tat humores: ⁊ fumũ turbidũ generat ⁊ obſcurũ: quare ſit cã triſticie: ſed tñ ꝓpter ſuã grauitatẽ ⁊ groſſitatẽ nõ cito in caput aſcẽdit vt ebrietatẽ generet: qꝺ ſi fecerit dure tardeqꝫ diſſoluitur. Et ſubdit. Uinũ iter ſubtile ⁊ groſſum eſt mediocre: cuiꝰ odoris mediocris ſit actio et paſſio eius ſcꝺm ꝙ eſt ꝓpiquũ vel remotũ ab eoꝝ extremitatibꝰ. Si eñ remotũ fuerit a bonitate: malũ erit. Si vero a malignitate bonũ erit: qꝺ ſi ſteterit in medio eoꝝ erit mediocre. Uinũ vero qꝺ grauẽ ⁊ horribilẽ hꝫ odorem: eſt peſſimũ ſcꝺꝫ ſui odoris horribilitatẽ ⁊ grauitatẽ nocet cerebro: ⁊ grauat ⁊ ꝑcutit mentẽ pelliculiſqꝫ cerebri infert leſionẽ: ⁊ peſſimũ generat ſanguinẽ maxime ſi eſt põticũ. vnde Gal. Oportet inquit caueri a vino horribilẽ naturã ⁊ grauitatẽ habente maxime ſi põticũ ſit: qꝛ durũ eſt digeſtioni: ⁊ digeſtũ etiã generat ſanguinẽ malũ. Gal. aũt in lib. de euchimia ⁊ cachochimia. ca. viij. ſic dicit. vt in nr̃a habemus trãſlatione. Meliora ad euchimiã ſunt odorifera: ſꝫ caput percutiũt. Meliora vero ad vrinationẽ ſunt q̃ ſubtilia: caput vero minime tangũt. Fugere aũt oportet a groſſis ſimul ⁊ fetidis ⁊ indelectabilibꝰ ⁊ auſteris. Et in libro de vinis cõcludit: et nos cum eo preſens capitulum dicentes. Melius vinum ad euchimiam eſt quod eſt odoriferum: ⁊ in ceteris laudabile magis. Hoc igitur pro noſtre ſanitatis conſeruatione debemus eligere: ſicut oppoſitum ob eius nocumenta que dicta ſunt pretermittere: quare ⁊c.

¶ Capitulum. ccxlviij. oſtendit naturam ⁊ operationes vini noui quod muſtum dicitur: ⁊ ipſius nocumenta cum purificatum bullitũ ⁊ ſufficienter clarum non fuerit.

Cum vinuz ex parte etatis nõ minꝰ recipiat diuerſitatẽ q̃ ex parte ſupraſcriptorũ: rõnabile mihi vr̃ de ipſo vt ſic cõſideratur aliqua non inutilia conſequẽter perſcrutari. Et qꝛ iſtud duobꝰ modis principaliter cõtingit: cum aliquod nouũ ſit ⁊ aliqꝺ vetus. Ideo de primo ſcꝫ de vino nouo qꝺ muſtũ appellatur: primitus dicemꝰ cũ Aui. in. j. iij. trac. v. c. x. ſic ſcribẽte. Uinũ feculẽtum ⁊ antiquũ ⁊ nouũ etiã qꝺ nõ eſt clarificatũ generat ſanguinẽ vaporoſum feculentũ ⁊ tenebroſum. Si tamẽ clarificatũ eſſet ſecus cõtingeret: dicẽte eodẽ in. xj. iij. tract. ij. c. viij. In vino qꝺ recẽs eſt: fortis exiſtit virtꝰ ad aggregandũ ſpiritũ ⁊ cõfortandũ ipm: ⁊ propterea vinũ nouũ cõmouet coitũ: vt idẽ inq̃t. in. xx. iij. trac. j. c. xviij. et in. ca. xxxvij. eiuſdẽ ait. Illud cui ineſt proprietas generãdi ſperma eſt vinũ nouũ ⁊c. Cũ tñ putrificatũ non fuerit quale eſt id de quo hoc i loco pꝛicipaliter intẽdimus ad plura ꝑducit nocumẽta cũ dicat Pꝛiceps ipſe in. xiiij. iij. trac. iiij. c. j. Scias ꝙ potꝰ plurimi vini paſſi recẽtis facit cadere in ſolutionẽ vẽtris epaticã: cuiꝰ quidẽ rõ eſt: qꝛ vt Iſaac refert in ꝑticularibꝰ dietis. Uino recẽti ineſt calor in primo gradu: vñ ꝑtinet frigiditati ⁊ humiditati: idcirco ceteris ẽ nutribiliꝰ: malos gñat hũores ⁊ ſordiata ſomnia ⁊ vẽtoſitatẽ ſtomachi ⁊ inteſtinorũ. vñ Gal. Uinũ qꝺcũqꝫ recẽs fuerit: nõ hꝫ vim ducẽdi cibũ per corpꝰ: neqꝫ vrinã ꝓuocãdi: iõ opꝫ frigidas ⁊ hũidas habẽtes naturas illud cauere: vẽtoſitatẽ eñ ⁊ inflationẽ faſtidiũqꝫ generat. ideoqꝫ ſi neceſſitas fuerit vinum eligatur clariſſimum: aquoſum: ſubtile diu a torculari expꝛſſum. ⁊ poſt aliqua ſubiũxit. Uinũ ſimiliter qꝺ vicine a torculari expꝛe-

UVA. BHSC. IyR_272

ritꝫ qꝛ adhuc eſt indigeſtum ⁊ a bullitione non quieuit: neqꝫ terreſtria ad ſuum locū deſcenderunt naturalem: neqꝫ etiā aereum ad ſuū locū ſaliuit: ſcilicet ad ſuperiora: neqꝫ liquor eius clariſſimus: mediocriter aūt ſtās mūdificatur ⁊ luciduſſimus apparet. Deinde ſubdit. Recens vinū pro ſue humiditatis abundantia ⁊ caloris paruitate: ꝓpter ebullitionē ſuiqꝫ turbiditatem malos generat humores terribilia ſomnia inducit ventoſitatē ⁊ inflationē ſtomacho nociuā ⁊ oppilationem in vrinalibus creat vijs. Unde Gal. Decet inquit vini diuerſitates intelligere qꝛ recens qđ vicinū eſt torculari calidū eſt in primo gradu. Uetus vero ſeptem annos tranſiens in tertio calidum exiſtit. Mediocre aūt quod eſt a duob⁹ annis vſqꝫ ad quatuor calidū eſt in ſecūdo. Quāto enim vinum hꝫ caloris paucitatē: tanto humidius approbať. Et q̄to calidius tāto ſiccius ⁊c. Quātū quoqꝫ vinū nouiter factum vituperať a Gal. patet per ea que ipſe ſcripſit in li. de euchimia ⁊ cachochimia. c. viij. cum ait. Ueteris dulcis vina ⁊ groſſa ſunt lenitiua: vt nullus ignorat ſicut eſt muſtū qđ eſt inflatiuum ⁊ indigeſtibile ⁊ pachichimum. ⁊ vnā ſolā bonitatē hꝫ ſubducere ventrē. Et ſi de hoc infortunetur nociuiſſimum fit. Et poſt aliqua ſubdit. Fugere oportet ab antiquorꝫ vinorum potu ſicut a valde iuuenū ſorbitiōe. Illa enim ſuperflue calefaciunt. Iſta ꝟo oino nō calefaciūt. Maxime aūt a groſſis natura vinis abſtinere cōgruit q̄diu fuerint in iuueneſcētia tanto enim deficiūt cōferre digeſtionibus ciborꝫ: qꝛ ⁊ ipſa vix digerunť ⁊c. Ex quibus apparet qꝛ niſi muſtū bñ purgatum ſit ⁊ clariſſimum ſufficienterqꝫ bullitū: multorꝫ nocumentorum pōt eſſe ꝑductū: ⁊ ꝓpterea non eſt bibendum: ⁊ maxime ſi dulce fuerit propter maiorē que exinde ſequereť oppillationem: lꝫ q̄plures hoc minime credāt beſtiales: qui poſtq̄ illo ſe ad libitum repleuerint: paucos poſt admodum dies egrotāt multiqꝫ moriūtur: ⁊ bene profecto iacent extincti ne ſuis cū voluptatibus malū ꝓximis p̄bentes exemplum: illos corrumpant. quare ⁊c.

¶ Cap. cclix. oſtendit naturā ⁊ ꝓprietates vini veteris declarando iuuamenta ⁊ operationes eius quibuſqꝫ ⁊ qñ cōueniens ſit ratione medicine.

Quia poſſet quiſpiā opinari: imo credere qꝛ vinū antiquū ſanis hūmoib⁹ eſſet vtile ſicuti vinū nouū eſt ab eis fugiendū: vt dixim⁹ qui nō parum ꝑfecto decipereť. Ideo mihi vr̄ impreſentiarum dicendum eſſe de ipſo ⁊ operationibus ei⁹ magis ad medicinā q̄ ad cibū facientib⁹ ne q̄s eo vtens pro meliori forſitan egrotet: qm̄ vt dixit Princeps in. iij. primi doc. ij. c. viij. Uinū vetus eſt quaſi medicina ⁊ pauci exiſtit nutrimenti: ſicuti nouū vinum impedit epar: ⁊ ad epaticā perducit diſſinteriam ꝓpter inflāmationē ſuā ⁊c. ⁊ in. ij. tertij. c. iiij. Uinum antiquū parū valde cōfert egritudinibus neruorum omnib⁹ ſicuti plurimum ex eo ſumptū eſt res nocibilior neruis. Cuius quidē rō ab eo aſſignať in. xij. tertij. trac. ij. c. ix. cū ait. Uinū vetus odoriferum eſt ꝯfortatiuū virtutis expulſiue: ⁊ reſolutiuum materie male. Et in. xx. tertij. trac. j. c. xviij. inq̄t. Uinum antiquū ſubtiliat vaporem ⁊ reſoluit eum: ⁊ nocet coitui ꝓpter illud ⁊c. Et hoc iō: qꝛ calefacit plurimū ⁊ deſiccat intm̄ qꝛ ſi multum bibať occidit: teſte eodē Principe in. xiij. tertij. tract. ij. c.

xx.dicente. Multotiēs moritur homo ex potu vini veteris inflāmatus ꝛ conturbatus: ꝛ sitiēs. ꝛ Ga.in.ij.interioꝝ. Seruus grāmatici bibēs vinū vetus inuigil deinceps factus a febre ac desipiētia captus expirauit. Et ratio quidē huius est: qꝛ vt Isaac inq̄t in particularib⁹ dietis. Uetus vinū quod trāsit vsq̧ ad septē annos vel plus: calidū est ꝛ siccū in tertio gradu: ꝛ habet quiddā amaritudinis: ꝛ hmōi vinum parū nutrit: citoq̧ caput ascēdit: ꝛ mētē percutit propter sue pūctionis acumen: maxime si multū ex eo bibatur: ꝛ parū aque ibi misceatur: ꝑpter hoc caueāt illud neruos debiles habētes: ꝛ q̄ sensus acutos habuerint: magnū nāq̧ eis prestat nocumentū: nisi tantam in suis corporib⁹ habeant humiditatē que bene resistat vini acumini. vnde Gal. Multū inq̄t vinū vetus cōueniens est his in quorū vasis multitudo humorū crudorū est accumulata. Et postea subiunxit. Uetustissimū vero vinū quod propriū perdit saporem: ꝛ amaritudinē habet spernatur. Unde debemus intelligere ꝙ vinum vetustissimū augmētat calorē vltra tēperamentū: nocetq̧ pelliculis cerebri ꝛ mentē percutit: ꝛ nōnunq̄ extinguit naturalē calorē cū acumine suiq̧ siccitate. Et ꝙ vina magis vetera calidiora sunt: ꝑꝫ ex serie haliabatis in.v. theorice sic scribētis. Et quāto ampli⁹ vinū vetustū fuerit: maioris erit caloris. Que fuit snīa Gali.in.iiij.de simplici medicina dist.iij.c.j.circa finem dicētis. Omnia vina quāto plus antiquātur calidiora sunt: ꝛ accidit vinis stipticis quādo antiquātur: vt acquirāt dulcedinē ꝛ acuitatē ꝛ acredinē. et recedat ab eis qđ est in eis de stipticitate. Unde cōcludere possum⁹ cū Ga. in lib.de euchimia ꝛ cachochimia.c. viij.dicēte. Fugere opꝫ ab antiquorū vinorū potu: sicut ꝛ a valde iuuenuꝫ. qm̄ superflue calefaciūt: ꝛ hoc intelligendū est via nutrimēti: qm̄ loco medicine qn̄q̧ ꝛ in quibusdā cōuenientissima sunt: vt dictū est supra: ꝛ precipue his qui frigidi sunt ꝛ humidi supflue: dicente Gal.in lib.de vinis. Frigidis ꝛ aceruatis in venis humorib⁹ q̄ calida ꝛ antiqua vina sunt cōueniunt. Ex his igitur ꝛ ex oībus precedentib⁹ capitulis de vino pertractātib⁹: apparet ꝙ vinū inter oīa bonū ꝛ laudabile ad sanitatē dici mereat̄: ꝛ est illud de quo scripsit Gal. in.iij.microtechni textu cōmēti.ccv.dicēs. Potus quidē aptus vinū est etate mediū: forma vero purum lucidū: in colore vero albuꝫ: aut subrubeū: odore vero suaue: in gustu vero nec aquosum oīno: nec aliquā vehementē qualitatē ostēdens: nec stipticā nec amarā: neq̧ dulcē. Tale igitur vnusquisq̧ potēs sibi vinū eligat si temperate vel quasi fuerit cōplexionis. Si vero distēperate valde qđ medico electo videbit̄ bibat. Si vero nō adeo potens fuerit: vt hec omnia habere possit: ꝛ vinū sibi eligere omnem laudabilem habens conditionē: illud saltem quod plures de dictis habuerit assumat: quare ꝛc.

¶ Cap.ccl. ostēdit q̄d sit aqua: ꝛ q̄ sit eius cōplexio: quomodoq̧ non nutriat: neq̧ nutrire possit.

Cum cōplures hoīꝫ a natiuitate: ꝛ multi etiā ex tpe vinū bibere nō possint. sed tātū loco eius aquā: iuremerito possent de nobis ꝯqueri si in hoc nr̄o tractatu eligibilioris aque cōditiones nō ostēderem⁹ sicut de vino in superiorib⁹ fecimus. Et ꝑpterea de ipsa aqua ꝛ de spēbus eius quib⁹ ipsi vtunt̄ ꝯnr dicēdū est: vt eā q̄ facit ad sanitatis cōseruationē: ab egritudinali distinguere valeāt. sed qꝛ dixit Ga.in.j.de igenio sanitatis. Qui vult

UVA. BHSC. IyR_272

aliquid inueſtigare oportet vt nomē eius diffiniat. Ideo primitꝰ deſcribamus quid aqua ſit dicentes cū Auicē. in. j. primi. Aqua eſt corpus ſimplex: cuiꝰ naturalis locus vt ſit circūdans terrā: ⁊ circundata ab aere: cuius natura frigida eſt ⁊ humida ⁊c. Ariſto. autem in libello de ſenſu et ſenſato voluit ꝙ aqua ſit ſubtiliſſimum omniū humorū: quibꝰ in locis auctores ſic aquā purā qđ eſt vnū de quatuor elementis deſcripſerūt. de aqua Auerrois in cōmēto. cxv. ij. libri de anima. dixit. Aqua pura nō calefit ſicuti neqꝫ aer puriꝰ infrigidatꝰ. Et nos hāc aquā nō habemus. ſed aliā nō ita ſimplicē que alteratur ⁊ corrūpitur vnū quodqꝫ aūt ſimplicium nudorū nō putrefit ſꝫ ad aliud cōuertitꝰ ſimplex: vt dixit Auicē. in. ij. primi doc. ij. c. ix. Qualēcūqꝫ tñ habeamus aquā elementū eſſe dicimur cū potius mixtū ⁊ elementatū dici mereatur. Cuius cōplexio etiā frigida eſt ⁊ humida. vt nobis innuit Iſaac in particularibus dietis cū ait. Phyſici cōcordati ſunt: maxime hippocrates ⁊ Gal. ꝙ aqua ſit ꝯpoſita ex duabus qualitatibꝰ ſimplicibꝰ. ſ. frigiditate ⁊ hūiditate: proinde nullū dat nutrimentū corporibus humanis ⁊c. quia eis nō aſſimilatur cū ſimplex ſit reſpectu ſaltē noſtrorū corporum que cōpoſitiora valde ſunt ipſa Simplex aūt cōpoſitio diſſimile eſt Et ꝓpterea aqua nutrire nō poteſt: qm̄ nutrimentum nihil aliud eſt ꝙ̄ cibi ſſimilatio in corporibus edentiū poteſtate quidem eis ſimile. Aqua aūt nō nutribilis eſt: cū nec ꝑtāte neqꝫ accidentaliter ſit ſimilis calori: nec ſiccitati noſtri corporis ⁊c. Ratione igitur ſimplicitatis ⁊ ſuarū qualitatū non pōt nutrire. Et ꝙ in cōplexione ſua aqua ſit frigida ⁊ humida nō eſt dubitanduꝫ cū nō ſolū Iſaac: ſed etiā Gal. ſic ipſa eſſe affirmauerit dicens in libro. j. de ſimplici medicina. Aqua que vere eſt aqua ꝓpria cui non admiſcetur alia ſubſtantia eſt in virtute ſua frigida neceſſario: ⁊ in diſt. ij. eiuſdē. c. j. Aqua in natura ſua ē frigida ⁊ humida: tñ ſi proieceris in ea ſulfur aut alumen facies eā calidā. Et in diſt. ij. c. vj. ait. Aqua cū hoc ꝙ infrigidat eſt magis humida ꝙ̄ omnis res: cū non ſit aliquid humidiꝰ ea preter aerē. ſ. Et ſic habemus que ſit eius natura ⁊ cōplexio: ⁊ quō non nutrit neqꝫ ad id eſſentialē aliquā potentiā habeat. Quod dicimus ꝓpterea ꝙ per accidens iuuat ad nutritionē ſubtiliādo cibū ⁊ faciendo ipſum penetrare. ⁊ qđ ita ſit apparet ꝑ Gal. i tertio regiminis acutorū cōmento. xix. dicentē. Aqua non eſt niſi cōpoſitor cibi ⁊ nō cibꝰ: quod nō tantū hippocrates: ſed etiā reliq̄ medici dixerunt. ⁊ in libello quē de bonitate aque cōſtruxit inquid. Nō nutrit aqua: ſed ſolū eſt vehiculū cibi vt hippocrati ⁊ Chriſippo ⁊ eraſiſtrato videtur. Et propterea dicebat princeps in ſecunda primi. c. ſuperius allegato. Aqua vnū exiſtit elementorū que ſola inter omnia elementa habet propriū: vt in eo ꝙ comedere ⁊ bibere ingrediatur nō ideo vt nutriat: ſed qꝛ nutrimentū penetrare facit ⁊ eiꝰ rectificet ſubſtantiā. Nos aūt dicimꝰ ꝙ aqua non nutriat niſi quia nutriens in potētia eſt ſanguis: ⁊ in alia potentia longiori eſt pars mēbri hominis. Corpus vero ſimplex nō cōuertitur niſi ad formā ſanguineā recipiendā neqꝫ formā membri humani niſi cōponatꝰ. Apparet ergo ex his que nos in rubrica preſentis capituli promiſeramus ad quas vero operationes vtilis ſit: ⁊ ad quē finē bibenda ab hominibus ⁊ a brutis in ſequentibus magis patefiet. quare ⁊c.

¶ Cap. cclj. oſtēdit q̄ iuuamēta ⁊ vtilitates ꝓueniāt in corpꝰ ex laudabili aqua bibita.

UVA. BHSC. IyR_272

QUia in ſupiori capitulo di
ctū eſt ꝙ aqua ſimplex ſit
⁊ frigida ⁊ humida nō nu
triens: potuiſſent aliq̄ du
bitare ⁊ nobis obijcere: vt
Iſaac refert in particularibꝰ dictis:
hoc modo. Si aqua eſt ſicut dixiſti: q̄
neceſſitas fuerat vt aqua daretur na
ture humane: cū nos videamus ani-
malia nullo modo poſſe regi niſi ra-
riſſime abſq̄ aqua. Quibus ſic obij-
cientibꝰ reſpondendū eſt. Aque neceſ
ſitas duobꝰ modis fit. Uno quia por
tat cibū per totū corpus cū ſui ſubtili
tate ⁊ liquore: diſſoluit autem ⁊ atte-
nuat cibū vt poſſit venas penetrare ⁊
ceteras vias corporis. Alio modo q̄r
cū frigiditate ⁊ humectatione refrige
rat ⁊ extinguit caloris extranei ⁊ na-
turalis acumen: ⁊ ſitim ab eo genera-
tā mitigat propter cōtrarietatatē quā
vtraq̄ habent: ⁊ diſſoluit fumū circa
cor accumulatū: quoniā cōfortat na-
turā in actione ſua. Sz tamē ſi inue-
nerit fortē caloris quantitatē ad eo vt
nequeat ei repugnare mutat̄ in ipſuz
patiendo: ſicut videmus in exteriori-
bus aquā in ignē trāſire: mutat̄ em̄
in igneā naturā pro ſui ſubtilitate: vn
de ignis cōfortatur ⁊ augmentat̄. Un̄
nos oportet vt ꝓuideamus: ſi hec in-
firmo tribuatur ingeniare illā admi-
ſcēdo eis videlicet rē groſſam ⁊ eam
grauantē que ſit in ſua cōplexione cō
poſita ſicut pſilinū: panis lotꝰ: ⁊ ſimi
lia vt fiat groſſior ⁊ grauit̄: neq̄ calori
obediat extraneo: ſed ꝑ ea extinguat̄
ſitis ab ea generata ⁊ calor mitiget̄.
Hoc ſimiliter voluit Auicen. loquens
de aq̄ iuuamento in. ij. primi doc. ij. c.
xvj. cū ait Aqua eſt ſubſtātia que ad
iuuat ad liquefaciendū nutriens ſub
tiliandū ⁊ vt cito currat ⁊ penetret in
venas ⁊ in foramina: neceſſe pōt abſq̄
hoc auxilio eius: cōplementū rei nu-
trimēti. Et i ſumma de pulſibus. c. xj.
Aqua nutrimētū penetrare facit. Et
in canticis textu commnenti. ca. xxxj.
ſic etiaz inquid. Aque delectabiles cō
ſeruēt humiditatē radicalē: ⁊ cauſant
egreſſuz fecū ⁊ ſuperfluitatū: digerūt
q̄ ⁊ deducunt cibū ꝑ venas Gal. quo
q̄ iuuamenta laudabilis aque pluri-
mū extollit: dicens in. j. de regimine
ſanitatis. Bona aqua oībus etatibus
cōgruit. qđ non de vino cōtingit vel
cibarijs: ⁊ licet ipſa nō ſit cibus ſicuti
non tantū dixit Hippocrates: ſed etiā
reliqui medici: eſt tm̄ cōpoſitor cibi: te
ſte eodē in tertio regiminis acutorum
cōmento. xix. Similiter Raſis in. iij. al
manſoris. c. iiij. de vtilitatibꝰ eius in-
quit: aqua naturalis in corpore cōſer
uet humores: que cibū ſubtiliās pene
trare facit: ipſa quoq̄ calorē reprimē
do calefactis calidāq̄ habentibꝰ com
plexionē pluſq̄ vinum conueniēs eſt
⁊c. Et in. xxiij. cōtinentis capitulo. ccc-
ccccxlvj. dixit auctoritate Ruffi. aqua
cōfert ei cui cōdominatur humor ni-
ger īfalmmatus in quo generat̄ cho
lera nigra: vel in quo accidit ayda in
principio morbi laborantibus chole-
ra eruginoſa in febre laboranti ſudo-
re raritate corporis ⁊c. Et infra ſub-
iunxit aqua confert ad faciendam bo
nam digeſtionem et penetrationem
nutrimenti: ⁊ inductionem ipſius ad
membra: ⁊ facit bonum augmentū: et
bonū ſenſum totius corporis: ⁊ leues
motus eius: prouocat mēſtrua. cōfert
viſceribus: capiti: neruis: laboranti
pleureſi periplemonie: dolori guttu-
ris. ſaltui cordis: exituris magnis: di
gerit: hec omnia vitia in potu data
auit ſi balneatio fiat in ea calefactio-
nē mitigat: ⁊ omnia accidentia que fi
unt ex morſu cholere ⁊c. Idem quoq̄
dixit autoritate Ioānitij ⁊ multorum
aliorum veterum. Sed quia non eſt
preſentis propoſiti adducere vtilita-
tes aque facientes ad egritudinum
curationem: ſed tm̄ ad ſanitatis con-
ſeruationē: ideo pretermiſſis illoꝝ di

UVA. BHSC. IyR_272

ctis:dicamus deinceps que aqua pro prie bona ſit:et laudabilis pro potu his qui vinũ bibere nõ conſueſcũt:et in ea perfect a.cõſtitere iuua menta ꝑ maxime arbitrandũ eſt. quare ⁊c.

Cap.cclij.oſtendit que aqua laudabilis ſit ⁊ melioꝛ alijs ad ſanitatẽ quãtũ eſt ex parte ſue eſſentie.

Cũz oẽs ſpẽs aque eas quas diximus in ſuperioꝛi.c.nõ habeant vtilitates:ſed tãtammodo illa que iculpabilis exiſtit.Ideo que ſit huiuſcemodi inueſtigandũz eſt cũ ipſa ſit oĩbus neceſſaria:⁊ nõ ſolum bibentibus aquã:ſed etiã vinũ bibere conſuetis vt poſſint vinũ limphare:⁊ cũz ea ipſum refrangere cũ voluerint:valeant ꝗ in ipſa carnes decoqui facere ⁊ cetera que cũ aqua ſolent preparari. Similiter etiã ꝓ infirmis ⁊ precipue febrientib⁹:quibus aquã iubent medici propinari.Et ꝓpterea q̃ ſit melioꝛ aquarũ debemus preſcrutari dicẽte hippocrate in li.de aere ⁊ aqua.c.j.Opoꝛtet te eſſe attentũ circa virtutes aquarũ vt pote que diuerſe in põdere ⁊c.⁊ in.ij.c.eiuſdẽ Maximũ ſtudiũ adhibendũ eſt bonitati aquaruz vel malignitati eaꝝ.ſi paludeſtris ſit an aſtagnea: an mollis an:groſſa:an digeriduranec ꝗ i hoc negligẽtiã habeas qm̃ſcia aqrũ multa ẽ ad ſanitates coꝛpoꝛee igeniũ:vt idẽ dixit i.c.iij.libꝛi eiuſdẽ.Qd etiã voluit Gal.⁊ eius cõmẽtatoꝛ in li.ſectarũ cũ di. Rationabilis medicus dz ſcire naturas hoim ⁊ aquarũ ⁊ locoꝛũ ⁊ cauſarũ omniũ . A q̃bus accepit haliabas in.v.theoꝛice.c.xxix.cũ inq̃t.Dico ꝙ cũ aq̃ vſus neceſſarius ſit ⁊ ad ſanitatis cuſtodiã.⁊ ad mẽbꝛoꝝ medelã maioꝛ oĩb⁹ reliq̃s vtilitatib⁹ neceſſariũ oĩno ẽ medico aq̃rũ cognoſcere nãs:⁊ earũ melioꝛibus vti ⁊ vtilioꝛib⁹ potuit reliq̃ſꝗ cauere. Dicamus ergo ꝙ aq̃ laudabilis: vt ait Iſaac.in particularibus.duo in ſe cõtinet.vnum eſt ex ſui eſſentia:aliud ex ſui curſus oꝛigine.ex ſui eſſentia dz eſſe clara mũda nullũ hñs caloꝛẽ aut ſapoꝛẽ vl' odoꝛẽ vl' fetoꝛẽ q2 coloꝛ:ſapoꝛ ⁊ odoꝛ ſignificãt q̃ttuoꝛ cõpoſitiões q̃litatũ ab actione nature cõpoſitas in coꝛpoꝛibus in ſecunda cõpoſitione de hũiditate ⁊ frigiditate.Non ergo debet habere aliquod ſupꝛadictoꝛuz ꝙ ſi habuerit ſignificat aliã rẽ in ea eſſe adunatã.Si vero habuerit caloꝛẽ:neceſſe eſt vt ſit albus:clariſſimus:⁊ nitidus:hoc em̃ demoſtrat aquã eſſe clariſſimo ⁊ tenuiſſimo aere cõmixtã.Si vero habeat ſapoꝛẽ neceſſe eſt vt ſit acceptabilis cõmunis ⁊ facilis ſenſui. ꝙ ſi odoꝛem habeat:neceſſe eſt vt ſit odoꝛifera omni carẽs putredine ⁊ grauitate.Quecũꝗ enim aqua talis eſt: bonũ habet ſapoꝛẽ:⁊ venarũ erit penetratiua:⁊ ciboꝛũ poꝛtatiua:⁊ nullã auget ventoſitatẽ rugitũ ⁊ grauitatẽ. Quod ſenſit Gal.in libꝛo.j. de ſimplici medicina diſtinctiõe.ij.c.j. dicens. aqua pura experitur ⁊ iudicat de ea ꝑ tres ſenſus:qui ſunt:vſus: guſtus: et odoꝛat us.Per guſtũ quidẽ: vt nõ ſit ei ſapoꝛ omnino:immo ſit iſipidi ſaporis in ſummo:⁊ per viſum quidẽ:vt ſit in ſummo clara ⁊ mũda ⁊ luminoſa:⁊ ſimiliter in odoꝛatu opoꝛtet em̃ vt nõ ſit ei odoꝛ omnino.⁊ ſubiunxit. aqua que denudata eſt ab his oĩbus ꝓpꝛietatibus eſt apud naturã:ideſt pꝛope purã:nõ munda in fine mundificationis:ſicut nullũ ſenſatoꝛũ quattuoꝛ elemẽtoꝛũ eſt parũ cui nõ ꝑmixtũ ſit aliquid cũ eo.Apud ſenſuz ⁊ viſuz aqua lõginqua:ab illis ꝓpꝛietatib⁹ eſt pura mũda.Que fuit ſnĩa hippocratis in libꝛo de aere ⁊ aqua.cap. dicentis. Aqua aliarũ optima ſapoꝛata que in hyeme calida:eſtate frigida:⁊ melioꝛ eſt que ab oꝛtu ſolis.⁊ maxime eſtiuo

UVA. BHSC. IyR_272

tempoꝛe decurrit:alba perſpicua atq̧ proculdubio odoꝛifera eſt.Que aūt ē lenta grauis nō currēs minime eſt iuuatiua.Debet preterea aqua laudabilis in eſſentia ſua leuis eſſe ꝛ ſubtilis:quoniam aqua que eſt leuioꝛ ī pluribus diſpoſitionū eſt melioꝛ: ꝛ ideo ſcire debes ꝙ pōdus eſt ex experimētis adiuuantibꝰ ad cognoſcedū aque diſpoſitionem.Cognoſcitur autē pondus per menſurā:cū in duabus aquis diuerſis duo panni.aut duo cota vnius ponderis madefiant:ꝛ poſtea vehemēter exiccentur:deinde ponderant q: aqua cuius cotuꝫ fuerit leuius erit melioꝛ inq̄t Anicē.in.ij.primi doctrina.ij.c.xvj.Qđ etiā voluit Raſiſin.iij. Almanſoꝛis.c.iiij.dicēs.Aqua inſup que pondere leuioꝛ eſt:caloꝛeq̧ ꝛ frigid itatem ; velocius : ſuſcipit : ſaporem' retinet melioꝛē que.ſ.ad dulcedinem parūper declinatur melioꝛ iudicat:que ſimiliter fuit Gal.ſentētia in primo de ſimplici medicina diſtinctione.ij.c.iiij.dicentis.Aqua quāto ſubtilioꝛ eſt:tāto velocius ſuſcipit impreſſionē:ꝛ ſubtilioꝛ quidē aqua eſt ī qua fex terrea minoꝛ eſt . ꝛ ipſe quoq̧ ab hippocrate accepit in .v.aphoꝛiſmorum.aphoꝛiſmo.xxvj.ſic ſcribēte. Aq̄ que cito caleſit ꝛ cito infrigidatur leuiſſima eſt:eo quia ſubtilis eſt et rara:in qua multum de aere eſt admixtum.Et propterea hmōi eſt ex parte ſue eſſentie laudabilioꝛ ꝛ eligibibilioꝛ aqua.Et poteſt etiā probari:vt Iſaac inquit:accipiendo lineos pannos tenues:ꝛ veteres eoſq̧ medios diuidēdo eq̄liter ꝛ maleſaciēdo in duabꝰ aquis:ꝛ in vno loco ſuſpendatur:ꝛ in vno tempoꝛe:ꝛ qui primus erit ſiccus aqua erit leuioꝛ:ꝛ in tali potu conditionibus huiuſmodi:pro q̄buſcūq̧ opoꝛtuerit:vtendū eſt.

¶Cap'.ccliij.oſtēdit que aqua et ꝑcipue fontina laudabilioꝛ ſit ex pte ſue originis ꝛ loci ad quē tēdit necnō ex parte luti ſup qđ trāſit.

HOc capitulū erit precedētis cōplemētū:cū per ipſuꝫ clarꝰ apparebit q̄ aqua laudabilioꝛ ſit ꝛ magis faciens ad ſanitatē quātū eſt ex parte ſue originis ꝛ loci ad quē tendit et alioꝝ vt per proceſſum patefiet.Dicamus ergo cū Iſaac in particularibus ſic ſcribēte.Origo curſus laudabilis aque neceſſe eſt vt ſit contra oꝛienteꝫ aliquātulū:ſeptentrionali pertingēs plage:ſeptētriōalis ꝛ oꝛientalis ventꝰ eā perflet.Fluxus vero eiꝰ neceſſe eſt vt ſit fixus ꝛ velox currens ſuper lapidē paruū ꝛ arenas clariſſimas:nullā habens immūdiciā:aut curſus ſuper cretā ſapidā nimiſq̧ mūdam .coloꝛq̧ eius rubeus aut niger:huiuſmodi em̄ aqua ſubtilis eſt ꝛ leuis : que poſita ad ignē ſeu ſolē citiſſime caleſit:calefacta vero ad aerē ponat ꝛ velociter refrigerat.ꝛ citiſſima eſt eius mutatio de qualitate ī qualitatē:ꝛ de vtero expulſio eſt ſignificans leuitatē ꝛ oſtendens illā quicq̧ terreſtre nō habere. Qđ etiā ſenſit Ra ſis in.xxiij.cōtinentis.c.ccccccclxvj.ꝛ Auicen.in.ij.primi c.xvj.dicētis.Aque vero q̄ ſunt alijs meliores ſūt aq̄ fontiū:neq̧ tn̄ omniū fontiū niſi fontiū terre libere:ī cuiꝰ territoꝛio nulla diſpoſitionū qualitatū extranearū ſuperat:aut aq̄ q̄ ſunt petroſe:q: ſunt dignioꝛes ne terreſtri putrefactiōi putreſcāt.Illa tn̄ q̄ ē terre libere melioꝛ ē petroſa:neq̧ omni fonte terre libere:ſed tantū illa que preter hoc eſt currens:neq̧ omnis currēs niſi currens que eſt ſoli ꝛ ventis diſcooperta:hoc namq̧ eſt ex eo ꝙ currens nobilitatē aquirit:neq̧ omnis currēs diſcooperta:niſi illa que ſuper lutū incedit.Et debes ſcire ꝙ illa que ſuper lutum vadit melioꝛ eſt ea que ſup pe

UVA. BHSC. IyR_272

tras fluit lutū eīm mundificat aquā: ⁊ aufert ab ea res extraneas ſibi admixtas q̄ ſunt in ea: ⁊ colat ipſam: ſed lapides nō faciunt illud. opȝ autē vt lutum ſup qđ tranſit ſit liberū ⁊ nō fetidum: neq̧ lacunoſum: neq̧ aliud aliqđ tale. Quod ſi hec aqua fuerit multa ⁊ forti cucurrerit curſu: q̄ ꝑpter ſui multitudinē illud qđ ei admiſcetur in ſuā cōuertat naturā: ⁊ q̄ ſuo curſu ad ſolem tendat ſcȝ ad orientē ⁊ proprie ad eius eſtiuū erit melior aq̄s ⁊ quanto magis cum multū a ſuo elongabiť principio: ⁊ poſt hanc q̄ ad ſeptentrionem vadit: illa nāq̧ q̄ ad occidentem tendit ⁊ meridiē eſt mala: ⁊ ꝓprie cū meridionales exufflauerint venti: et illa quidē que a locis deſcēdit altis cū aliis bonitatib⁹ eſt melior. Et illa q̄ eſt ſic quaſi dulcis eſſe imaginať: ⁊ eſt pondere leuis: ⁊ cito infrigidať: ⁊ cito caleſit: ꝓpterea ꝙ eſt reſoluta frigida in hyeme: ⁊ calida in eſtate: i qua nullo modo ſapor ſuperat aliq̄s neq̧ aliquis odor. ⁊ cito deſcendit ab hypocūdriis ⁊c. Auerrois etiam in cōmento. cxxxi. canticoꝝ ſic de eis inquit. aque fontine ſecundū opinionē hippocratis ⁊ Gal. ſunt meliores. ⁊ ex eis maxime orietales: ⁊ ſup arenā incedētes ⁊ in. v. colliget ſimiľr ait. Melior aquaꝝ ſecūdum hippocratē eſt aqua fontiū orientaliū: que ſcaturit ex terra q̄ non hȝ nimis groſſam ſubſtantiā nec nimis mollē vel luteā: ſed ſit mediocris inter has: ⁊ ꝓpterea hec aqua eſt ſuauior ⁊ lenior ⁊ citius permutať ⁊ calido ⁊ frigido. Gal. quoq̧ in. j. de regimine ſanitatis dixit. Quocūq̧ fontes verſus ſeptētrionē quidē fluunt ex petris expreſſi duras habēt aquas ⁊ tarde incedētes. Qui vero verſus orientē: bonas ſi ꝑ terrā colanť purā: ⁊ caleſiunt ⁊ infrigidantur velociter. Et poſtea ſubiunxit. Fontis aqua recens eſt bibēda: que nullā adiectā habeat pernicioſam qualitatem. Et hec fuit hippocratis ſnīa in libro de aere et aqua. c. j. dicētis. aque vero fontiū ſecūdum ortū ſolis exiſtentiū omnium ſunt meliores ſcđo vero ille que inter eſtiualē ⁊ hyemalē ortū habēt. Quarum etiam meliores ſunt orīetis ortu pertinētis: poſtea vero q̄ inter eſtiualem ⁊ hyemalē. Sed harum omnium peiores: meredionales. Que autē ſunt inter hyemalē ortum: ⁊ hyemalē occaſum exiſtunt inter illas medie. Ille vero que in ſeptētriōis ꝑte ſunt illis meliores exiſtunt. Ex quib⁹ ſatis patent que in rubrica capituli huius declarari promittebātur. quare ⁊c.

¶ Ca. ccliiij. oſtēdit malitiā aquarum fluminū: ⁊ precipue per ciuitates tranſeuntiū vel prope illas exiſtentiū paucis admodū exceptis.

SI poſſemus fontiū aquas habere cōtinue: ⁊ illas precipue quas in ſuperiori capitulo cōmendauim⁹: aliis quippe ſicut fluuialibus et huiuſmodi nequaq̄ꝫ vtendū eſſet. Uerum q̄ illas ſemꝑ habere nō valem⁹. cum a fontibus plerūq̧ remote ſint ciuitates ad quas flumina ſolent peruenire. Quoꝝ aqua illarū hoies vti diuerſimode cōſueuerūt: neſciētes forſitan an bona vel mala ⁊ illaudabilis ad ſanitatē exiſtat. Ideo de aquis fluminum dicamus impreſentiarū quid ſenſerint antiquiores: vt dictis eoꝝ ꝑlectis: ſciat vnuſquiſq̧ bonas illarū a malis ſecernere. Et primo referamus que ſcripſerit Iſaac in particularib⁹ dietis cū ait. Poſt aquā pluuialē cōmendamus aquā fluminis magni a ciuitate remoti: cuius liquor eſt clariſſimus ſup arenas nitidas vel lapides currens: tñ melius eſt ſi fluat ſuꝑ lapides q̄ꝫ ſuper arenas: lapides eīm illudunt aquaȝ eiuſq̧ groſſiciem ꝗtenuant: que vero ſuper arenas fluit ni

UVA. BHSC. TyR_272

tidas melior eſt ꝙ pluuialis in ciſter-
na longo morãs tp̄e ⁊c. Auerro. autẽ
in .v. colliget ſic de eis inquit. Raſis
ſenſit ꝙ melior aqua ſit fluminũ ma-
gnoꝝ ductuũ. Et hippocrates dicit ꝙ
iſte aque ſunt diuerſaꝝ ſubſtãtiaꝝ eo
ꝙ tranſeunt per diuerſas terras: ⁊ ꝓ-
pterea q: ingrediunt̄ eas multi riui.
Et mihi videtur ꝙ Raſis nõ laudauit
flumina magis groſſa: niſi ꝓpterea
q: ſolo operat̄ in eis vnã operationẽ
propter quã ſeparãtur partes groſſe
a ſubtilibus: ⁊ propterea coquũt me-
dici aquã illis qui habent debilẽ ſto-
machum ⁊ epar. Ergo opus quod fit
in aqua eſt diuerſum ab aqua: ſed qḋ
eſt inſpiciẽdum in aqua eſt diuerſitas
terrarũ: q: nõ poteſt eſſe quin in eſta-
te non defluãt ad flumina aque mul-
titudo ex aqua pluuiali. Et ꝓpterea
quanto plus elongatur flumen a ſuo
ortu eſt deterius: ⁊ ꝓpterea noſtrum
flumen melius eſt in corduba ꝙ in ſi
bilia: ⁊ eſt deterius in ſibilia propter
eremẽtum ⁊ decremẽtum: ⁊ ꝓpter ad
mixtionẽ: aque ſalſe in eo: quãuis illḋ
non ſentiat̄ ⁊c. Et ſubdit. Impoſſibile
eſt vt aque magnoꝝ fluminum non
ſint turbide: ⁊ propterea inuenimus
in fundo pitarioꝝ qñ ponimus in eis
aquã fluminũ multũ de ſabulo ⁊ ter-
ra: ⁊ ſic accidit in terra noſtra qḋ non
accidit de aquis fontiũ. hec ipſe. Aui
cen. quoqꝫ in .ij. j. doc. ij. c. xvj. ſic de ip-
ſis ſcripſit. Sunt autẽ qui aquam nili
maxima laude extollũt: ⁊ ei⁹ bonita-
tes in quatuor cõprehẽdũt: in longi-
tudine manationis eius ⁊ bonitate
locoꝝ p̱ que vadit: ⁊ q: in curſu ſuo a
meridie tendit ad ſeptentrionẽ ſubti-
lians illud qḋ in ipſo currit ex aquis:
in multitudine vero ſui: q: alie cõmu-
nicãt ei: in aquis autẽ alijs ſi quoti-
die eas de vno vaſe in aliud mutares
quotidie manifeſtã videres deſcẽſio-
nem ⁊c. Ex quib⁹ nobis videt̄ ꝙ prin
cepsaquas fluminũ nõ cõmẽdet: imo
implicite dicat ipſas terreſtres ⁊ tur-
bidas eſſe. Quod eſt ita in rei veritate
ꝓpter canales ⁊ ductus particulares
ꝙ plurimos turbidas ⁊ infectas ma-
lis qualitatib⁹ aquas in ea flumina
perducẽtes. Et precipue aqua flumi-
nũ ciuitatib⁹ propinquoꝝ ſupfluita-
tes ⁊ immũdicias excolãtium in qui-
bus pãni lauant̄ ⁊ res multe mortue
⁊ fetide proijciũtur: pelles aĩalium: li
nũ ⁊ hmõi macerãtur. Que oĩa boni
tatẽ aque fluminis peruertũt: ⁊ pro-
pterea turbide fiunt ad potũ indele-
ctabiles ⁊ ad coquinãdum ſuſpecte.
Et oĩa vt vno cõcludam⁹ verbo: aque
fluminũ inſalubres ⁊ pernicioſe debẽt
ꝓnunciari: quare dimittẽde ſunt ⁊ pre
cipue poſt multitudinẽ pluuiaꝝ cum
turbidiſſime ⁊ velut rubee fiãt. Aqua
igitur fluminũ illaudabilis exiſtimet̄:
niſi talia fuerint flumina qualia vbi
ſupra Iſaac inq̄t fore debere. Tũc eñ
eoꝝ aqua rõne ſui motus ⁊ puritatis
laudabilis eſſet: nõ tñ magis ꝙ fonti
na vel pluuialis: vt infra apparebit.
quã aquã in hac regione credo ꝙ ne
mo poſſit reperire: cũ flumina taliter
cõditionata nõ habem⁹. quare ⁊c.

¶ Cap. cclv. oſtẽdit nocumenta et
malicia aque turbide dicẽdo eam
clarificare multifariam.

Quia in ſuperiori capitu
lo ſatꝫ equidẽ reproba
uim⁹ aquã fluminũ: eo
ꝙ vt plurimũ eã turbi-
dã eſſe reperiamus: no
bis videt̄ ad clariorẽ hu
ius noticiã cõſequẽter perſcrucari de
bere ſi aqua turbida ſit ad ſanitatẽ
ſuſpecta: vt ipſam oĩno oporteat eui-
tare. Et breuit̄ dicim⁹ ꝙ illaudabilis
⁊ egritudinalis exiſtit oĩno: vt pꝫ per
haliabatẽ in .v. The. c. xxix. dicentẽ.
Turbida aq̄ eſt cui lutũ imixtũ eſt: ⁊
talis ſpẽs aq̄ oppillationẽ gñati epa
te: lapides in renib⁹: magiſqꝫ i ſtoma

UVA. BHSC. IyR_272

cho ꝙ ſuis ⁊ pura moratur. Simili-
ter per Auicē.in.ij.primi.doc.ij.c.xvj.
ſic ſcribētem. Aqua vero turbida lapi
dem generat ⁊ oppillationes: ideoqꝫ
poſt ipſam res comedēda eſt prono-
catiua. Quod etiā ſenſit Raſis in ter
tio Almāſoris.c.iiij.cum inquit. Tur
bida autē aqua in epate oppillationē
⁊ in renibus lapidē generat. Que fuit
ſententia hippocratis in libro de ae-
re ⁊ aqua.c.ij.dicentis. Aqua que cuꝫ
in vaſe ſteterit: ⁊ fecem fecerit: ſi biba
tur morbos generat. ⁊ in.c.iij. eiuſdē.
Aque turbide ſtagnātes: ſalinares: ⁊
paluſtres eſtate q̄dē calidꝭ ſunt ⁊ groſ
ſe ⁊ auſteri odoris: q: nō currunt ⁊ ce-
tera neceſſario fiunt male. Et propter
ea dicebat Gal.in.j.de regimine ſani
tatis. Fugiende ſunt aque ſtagnorū:
⁊ turbide: ⁊ ſalſe: ⁊ fetide: ⁊ vniuerſali
ter quecunqꝫ aliquaꝫ qualitatē in gu
ſtu oſtendunt. Ea enim eſt optima
aqua que nullā apparentē habet qua
litatem: neqꝫ in guſtu: neqꝫ in odora-
tu: ⁊ erit hec aqua bibenti delectibi-
lis ⁊ certiſſime pura. Talis autem eſt
aqua fluminum: cū dicat Auerrois in
quinto colliget. Impoſſibile eſt vt aq̄
magnoꝝ fluminum non ſint turbide
⁊c. Et propterea ſeruantes Gal. prece
ptum vbi ſupra: turbidas aquas fu-
giamus: ne in nocumēta ex eis prone
nientia incidamus. Sed ſi quis dice-
ret. Si cōtingeret vt in longinquo iti
nere alias ꝙ turbidas aquas per re-
giones aliquas non reperirē: quomo
do poſſem eas rectificare? Cui reſpō-
debimus dicentes cum Iſaac in par-
ticularibus dietis ſic ſcribēte. Si qui
volunt aquam clarificare ⁊ mundifi-
care propter cholericos ⁊ iuuenes ce
teroſqꝫ calidas naturas habētes: acci
piāt eam cū puluere boli: ⁊ chimolee:
ſpodij: ⁊ ſimiliū. ſic decet purificari.
Humidas vero naturas habentibus
donetur cū amygdalis dulcibꝰ ⁊ tri-
tici farina. Quod ſi neceſſe ē vt aqua
poteſt frigidiſſima aut turbida: opor-
tet eā miſceri vino albo: ſincero: clariſ
ſimo. Raſis vero in.vj.lib. Almāſoris
c.xij.dixit. Aqua groſſa ⁊ turbulenta
clarificāda eſt multotiēs de vno vaſe
in aliud mutādo: qꝺ ſi fieri nō poterit
per colatorium qꝺ ex farina tortellaꝝ
madefacta ſit coopertum coletur. De
his etiā q̄ aquā colant eſt vt in ipſa
parū aluminis iamenitrici proijciat:
hoc eñ eam cito clarificat atqꝫ colat.
A quo princeps noſter Auic. videt ac
cepiſſe cum.in.iij.primi.c.penul.dixit.
Aquaruꝫ iter agentē malicia ad egri
tudines magis perducit ꝙ nutrie̅tiū
diuerſitas: ⁊ ex hoc ſolicitudo eſt ha-
benda: ⁊ res aque corrigēda: de eius
autē emendatione eſt vt vehementer
coletur: ⁊ fiat vt a reſudāte corpe mul
tum per reſudationē egrediat: ipſam
quoqꝫ coquere eā q̄nqꝫ colat: ⁊ inter
pure aque ſubſtantiā: ⁊ id qꝺ ei admi
ſcetur ſeparationē facit: ⁊ maius hoc
toto eſt ipſam ſublimādo diſtillare: ⁊
etiā cum ex lana retorta fit lichiniū:
cuius vna extremitas in vas plenum
ponit: ⁊ altera in vas vacuū: ⁊ gutta-
tim aqua ad vacuum dilabitur: ⁊ eſt
clarificādi modus idoneus: ⁊ proprie
cū multotiēs factus fuerit. Similiter
quoqꝫ cum aqua mala ponit in vaſe:
⁊ coquit: ⁊ proijcit in ea dū ipſa ebul
lit lutū liberum: ⁊ guttatim diſtillabi
tur cū lana ad modum prime. Alios
quoqꝫ dat modos clarificādi: qui q:
non placent nobis pretermittimꝰ. Po
ſtremo in fine illiꝰ capi. inquit. Aqua
preterea pāno interpoſita bibēda eſt
ne ſanguiſuga cū errore ingrediat: et
ne qꝺ ex malis permixtionibus vehe
mēter eſt minutū trāſglutiat. Et hoc
optimū eſt ⁊ obſeruandū preceptum
ab iter agentibus. quare ⁊c.

¶ Cap.ccvj. oſtēdit maliciā aqua
rum putealium ciſterne paludū: ⁊
omniū aliarum nō currentium.

UVA. BHSC. IyR_272

DE his oībus mihi videt̃ in vno.c.ſcribendū eſſe:cū ipe in quiete ſimul cōueniant: ⁊ in malicia: ꝙ̄uis puteali frequēter vtamur:⁊ ciſternali nōnunꝙ̄ tāꝙ̄ precioſiori ⁊ ad ſanitatem cōuenientiori vulgarium ſequētes imperitiā: qui eā ſaluberrimā exiſtimāt:⁊ ipſam ſic eſſe ſine dubio predicāt:cū tñ a ſapiētibus ſicut ⁊ putealis ſit reprobata. Unde Princeps in.ij.pmi.doc.ij.c.xvj. ſic ait. Puteoꝝ vero aque ⁊ aqueductuū ſunt male cōparatione aquarū fontiū:ſunt eniꝫ aque cōſtricte terreſtreitatis lōgo tēpore recipiētes. Ideoꝙ̄ eſſe nō poteſt quin in eis aliqua ſit putrefactio: qm̄ extracte fuerūt ⁊ cōmote virtute cogente:⁊ nō virtute q̄ ſit in eis declinā te ad hoc vt manifeſtent̃ ⁊ expellant̃: niſi ingenio ⁊ arte:q: via propinqua eis fuit adhibita p quā inceſſerūt. Et ex eis tamē ille ſunt deteriores quib⁹ ex plūbo vie facte fuerunt:qm̄ ex eius virtute aliquid aſſumūt:vnde frequēter ad diſſinteriā ducunt. ¶Similiter aqua ciſterne nō approbat̃: ⁊ pcipue ſi in ea per longū tempus fuerit:dicēte Iſaac in particularib⁹ dietis. Aqua pluuialis in ciſterna longo morans tpe malā ſuſcipit qualitatē a fumoſitate terre. Et q: etiā mouetur illaudabilis eſſe exiſtimatur.cū dicat Auicē. in loco ſuperius allegato. aque nō currentes quocūꝙ̄ modo fuerint ſtomacho nō cōferunt ⁊c. Et quāuis huiuſcemodi aqua pluuialis fuerit:⁊ ex nubibus veniens que cōmendatur a ſapiētibus. tñ ſupraſcriptis rationibus illaudādi pronūciatur. Quare vulgares hec nō cōſiderantes imprudenter ⁊ immerito eam extollunt:⁊ qđ deterius eſt quidā ignari medici:ſi medici vel potius carnifices debeant appellari:illud idem qđ rudes aſſerunt ⁊ cōſulunt:ne pauciora vulgarib⁹ ſcire videantur:vt aſtātes pro febriētib⁹ nullam preter ciſternalē aquā eligāt: ⁊ hoc q: nunꝙ̄ niſi receptas forſitan vel practicā alicuius boni viri perlegunt:ſi quidē operā darēt libris ſapiētum:pfecto viderent Auic. ſic vbi ſupra dicentē. Cum aqua nō currit proculdubio aliqua i ea exiſtit grauitas: ⁊ fortaſſe in multis eaꝝ exiſtit ſtipticitas.⁊ cōuertit̃ cito ad calefaciendūꝫ: ideoꝙ̄ nō ſunt vtiles febres habentibus:nec illis in quib⁹ cholera ſuperat ⁊c. Qua de cauſa nec diaricis: vident̃ cōuenire. ¶Paludalē quoꝙ̄ quā eiſdem rōnib⁹ ⁊ cauſis malā eſſe ⁊ inſalubrē intelligim⁹ ⁊ predictis deteriorem. Et ꝙ ita ſit apparet p principē in c.prenotato ſic ſcribētē:aqua aūt paludalis deterior aqua putei exiſtit:q: manatio aque putei acuit̃ ppter illud qđ de ipſa extrahit̃ vnde pdurat eius mot⁹:⁊ nō multū morat̃ in cōſtrictione:neꝙ̄ manet in locis vñ manat longo tpe:aqua vo paludis ppterea ꝙ longo tpe morat̃ in foraminib⁹ terre putrefaciētis:⁊ eius mot⁹ in manādo ⁊ egrediēdo eſt mot⁹ tardus:qui non puenit ex fortitudine ſue expulſionis ppter largitatē materie ipſi⁹:neꝙ̄ eſt niſi in terra corrupta ⁊ putrida. Raſis vero in tertio almāſoris.c.iiij.ſic de ea inquit:aqua vero ſtās ⁊ putrida ſplenem augmētat ac cōplexionē corrumpit:⁊ gñat febres. Et in.xxiij.cōtinentis.c.cccccccxlvj.dixit autoritate Gal. hec aqua ſcꝫ paludalis: eſt putrefacta:ideo gñat hūores corruptos ſicut generat̃ de venenis putrefaciētib⁹:et gñat cholerā rubeā ⁊ ſimilia de hūoribus putrefactis.⁊ hoc totū fit ex priuatione curſus ⁊ vſtione ei⁹ de ſole: vnde corrumpit̃ ⁊ lucrat̃ naturā malā ⁊ ideo mala erit bibenti eam. Et poſt pauca ſubiunxit. Et dixit hippocrates ꝙ bibentiū talē aquam ſplen magnificabitur. Gal. inquit : intendit ꝙ ſplen ſolidabit̃ :⁊ ego dico ꝙ nō corrumpunt̃ ſplenes coꝝ tm̄: ſꝫ etiā alia

UVA. BHSC. TyR_272

membra:⁊ ꝓprie epar ⁊ ſtomachus:
q̄ꝛ hmōi aqua infert oppillationes in
meſaraica q̄ꝛ eſt turbida. tñ ſplen de
ea velociter patitur cū ſibi attrahat
ſanguinem groſſuꝫ. Et dixit ēt. Bibē
tes hmōi aquā habebūt ventrem ca=
lidum ex caliditate putrefacta ⁊ ſiccū
⁊ corpora macilēta inflata:imo in eis
gñabitur putrefactio ⁊ ventoſitates
groſſe. Extenuant̄ aūt eorū corpora:
q̄ꝛ non nutriunt̄ valde:deficit appeti
tus cibi ipſoꝝ ex malicia ipſius aque
vñ ipſa aqua calida eſt in eſtate ⁊ pu
trefacta in hyeme gelata ⁊ turbida:
vndeq̄ cogit̄ ad bibendū ipſam in eo
fiet vitium:vt diximus. hec ipſe. Que
fuit ſententia Gal̄. in libello de boni=
tate aque dicētis. Paludoſe aque oēs
ſunt peſſime:odorē eñ habent incon
uenientem ſicut putreſcentē:et eſta=
te quidē fiunt calide:hyeme vero fri=
gide:qđ eſt maximū ſignum malicie
aquarū ⁊c. Quod ⁊ ipſe ab hippocra
te in libꝛ. de aere ⁊ aqua ſic ſcriben=
te accepit. Aque igit̄ turbulente ⁊ ſta
gnantes ſalinares ⁊ paludeſtres eſta
te calide ſunt ⁊ groſſe:vaſteri odores
q̄ꝛ non currunt:ſꝫ permanent pluuia
ſuperueniēte atq̄ȝ ſolis ſplendore eas
perpetuo cōburente:itaq̄ȝ neceſſario
fiunt male ⁊ abſq̄ȝ colore cholerā ru=
beaꝫ generant:dolorem in oculis:ſic
citatem in corporibus dominanteꝫ ſe
nibus catarros ex defectiōe neruoꝝ ⁊
conſumptiōe:q̄dam ꝟo ex ipſa moriū
tur. Quare fugiende ſunt hmōi quie
ſcentes aque.

¶ Cap. cclvij. oſtendit bonitates
aque pluuialis ⁊ quomodo ſubti=
lioꝛ ſit alijs ⁊ melioꝛ ad ſanitateꝫ.

Dicamus mō de aqua plu=
uiali qua nō vtimur:cū tñ
vtendū foret ipſa potiꝰ q̄ȝ
puteali fluminali vel tali=
bus: ꝓpterea q̄ laudabi
lis eſt:⁊ plurimū ab autoribꝰ cōmen
data:vt patet per Auicē. i ſecūda pri
mi doc. ij. c. xvj. dicenteꝫ. Ex aquis q̄ꝫ
laudabilioribus ſunt aque pluie:⁊ p̄=
cipue ille q̄ in eſtate veniūt:et ex nubi
bus cū quibꝰ accidunt tonitrua:turbi
datio aūt vaporis. vñ generant̄ ven=
ti maximi cū nubibus venientes tur=
bidant nubes ex q̄bus venit pluuia:
ideoq̄ȝ eius ſubſtantia eſt ſalſa et nō
pura:ſed tñ aque pluuiali cito adue=
nit putredo:lꝫ ſit aqua melioꝛ ꝓpter=
ea q̄ eſt valde ſubtilis:⁊ q̄ꝛ i ipſa cor
rumpens terreus ⁊ aereus vapor cito
operat̄:⁊ fit eius putredo cā compu=
treſcendi humores ⁊ impedit pectꝰ ⁊
vocem. Quidā aūt dixerūt huius cau
ſam eſſe q̄ꝛ aque pluuie generant̄ ex
vapore q̄ fuit ex humiditatibꝰ diuer=
ſis ſubtiliatus. Sed ſi hoc eſſet cum
pluuia aqua pluie vituperabilis eſſet
⁊ non laudabilis:ſed non eſt ita:imo
ꝓpter multā ſue ſubſtātie ſubtilitatē
q̄m oīs ſubtilis ſubſtantia plꝰ recipit
paſſionē:q̄ȝ ſi aqua pluuie ebullierit:
eius receptio putrefactionis minuet̄:
hec ipſe. Et in canticis textu cōmen=
ti. c. xxxiij. ſimiliter ait. melioꝛ ex aq̄s
eſt pluuialis munda:q̄m nihil admi=
ſcetur ei qđ inferat nocumentū. Et in
hoc conueniūt oēs indt̄ Auerrois in
cōmento. Qđ etiā ſenſit. Iſaac in par
ticularibus dietis cū ſcripſit. Omnibꝰ
aūt aquis pluuialis eſt electioꝛ que
vicina ab aeris ſummitate cecidit mū
da tñ ſi fuerit ab omni putredine: po
natur in ciſterna optime lota talis ei
aqua minus ceteris eſt humida:⁊ q̄=
dam ſtipticitatis hꝫ:vꝫ vñ non nocet
ſtomacho:ſed potiꝰ eū confortat. que
fuit ſententia Raſis in tertio Alman=
ſoris. c. iiij. dicentis. Pluuialis autem
aqua his qui cito incurrūt febres eſt
mala. Et maxime ſi longi eſt tem=
poris que tamen in ſuis alijs diſpoſi
tionibus eſt bona. Et in. xxiij. cōtinen
tis. c. cccxlvj. dicit autoritate Galieni.

Aqua pluuialis leuis eſt dulcis ⁊ lu-
minoſa valde: q: ſol concipit tenuiorē
partē aque: ideo cito calefit ⁊ cito in
frigidatur ⁊ decoquitur id qđ in ea coq-
tur cito ſed mutatur ⁊ corrūpitur ēt cito.
Ex hoc tñ noli eſtimare ꝙ aqua q̄ cor
rumpitur cito ſit mala: q: velox corru
ptio ipſius eſt ex eo qđ colligitur ex di-
uerſis locis: ⁊ res collecte ex diuerſis
locis ſunt velocioris putrefactionis:
tñ non eſt cōditio pene metallis: ſ3 ve
lox putrefactio ipſius eſt ex tenuita-
te eius: q: pars tenuis ipſius diſſolui
tur cito: ⁊ putrefit pars reſidua. Et di
xit etiam. Aqua pluuialis eſt melior
omnibus aquis dū non concipiat ma
lum odorem: qm̄ ſi concipit infert bi-
benti ipſam raucedinē vocis tuſſi3 ⁊
grauem vocē. Et hoc modo intelligē
da ſunt verba principis vbi ſupra. Et
iterum inq̄t. Aqua pluuialis per ſe cō
ueniens eſt ⁊ bona: ⁊ oēs bonitates
aque in ea inueniuntur: q: valet ad di-
geſtionem: ad ꝓuocandū vrinam: ad
epar: ſplē: renes: ⁊ pulmonē: ⁊ neruos
⁊ tñ non h3 in ſe vim infrigidatiuam
vehementer: magis humectat et pu-
trefit cito: ⁊ hoc ſignificat ſuper boni-
tatem ipſius: q: alteratur cito ex tenui-
tate eius. Quod ſimiliter voluit ha-
liabas in .v. Theorice .c.xxix. cu3 ait.
Aqua pluuialis melior omnibus eſt
aquis: ⁊ pōderis leuioris ſuauiorq3 et
mundior. Que fuit ſentētia diui hyp
pocratis in li. de aere ⁊ aqua ⁊ regio-
nibus dicētis. Aque pluuiales leues
ſaporate ac lucidiſſime ſunt. ꝓ illo nā-
q3 ſol ab aquis qđ ſubtilius ⁊ leuius
eſt attrahendo aſſumit: qđ inde depꝛe
hendimus: q: id ꝙ graue ⁊ ſalſu3 fue
rit in ſuo modo remanere videm⁹: ſ3
ſol qđ leuius ⁊ ſubtilius eſt non ſolū
de fluminibus attrahit: ſed ēt de ma
ribus ⁊ q̄buſcūq3 locis humidis: hu-
miditas nāq3 in rebus humidis inue
nitur: necnō ⁊ in hoībus. Qđ humidi
tatis ſubtilius ac leuius eſt a ſole de
ſiccari: ſic cōprobatur. Si q̄s enī ſedeat
ad ſolem opertus ēt veſtimentis: ſu-
dat equaliter. Si vero in vmbra ine-
qualiter: q: eſt longinquus a ſole ⁊ re
motus: vñ ⁊ aque pluuiales putrent:
malumq3 odorē exhalant: q: ex mul
tis congregate ſunt aquis ⁊ ideo le-
uiores alijs putreſcere ſolent ac mu-
tari. Cum aūt ſol accipit eas ⁊ in altū
ſuſpendit frigeſcunt: ⁊ aeri cōmiſcen
tur. Turbidū vero ſuū quod nigredi
nem reddit: ſeorſum in nube ſeiungi-
tur. Qđ vero leuius: eſt purgatur atq3
dulceſcit: q: quod a ſole decoquitur ſa-
poritum ac dulce efficitur: ⁊ q: in aere
a ventis colligitur: omnis groſſities ab
ea remouetur: ⁊ ꝓpterea ſanis ⁊ infir
mis optima exiſtit. ⁊ nulla ſuper eam
eligatur.

¶ Cap. cclviij. oſtendit nocumen-
ta prouenientia ex potu aque val
de frigide.

POſtq̃ conſideraui
mus aquā q̄ntū eſt
ex parte ſue eſſen-
tie modi ſubſtātie
⁊ loci: conſequēter
debemus eā q̄ntu3
eſt ex parte quali-
tatum conſiderare
⁊ bene perſcrutari ſi oīs aqua q̄ntum
cunq3 laudabilis quomodolibet bi-
benda ſit vel ne. Et breuiter diximus
quod ⁊ ſi per fontina vel pluuialis:
aut queuis alia commēdabilis aqua
ſit iuuatiua: per accidens tamen ra-
tione actualis qualitatis ei coniun-
cte poteſt eſſe plurimum nociua: vt
qñ frigida fuerit aut tepida. Qñ val
de frigida plurimū ſolet nocere: et ſi
ei⁹ effectus non ita appareat: dicente
haliabate: in .v. Theorice. capi. xxix.
Omnino quecūq3 aq̄ potū cū niue re
frigeratu3 aſſidu⁹ ſumit: ab eius cer

UVA. BHSC. IyR_272

te in ſubſequēti nō liberabit̃ malo ma
ximeqꝫ in ſenectutis tpe. Cuiꝰ quidē
rationē aſſignat princeps in.ij.iij.c.j.
dicēs. Aqua frigida nocet neruis pro
pterea qꝛ facit eos deficere a digeſtio
ne humiditatū que ſunt in eis: quare
in humorē indigeſtū permutant. Qđ
etiā in parte ſcđa canticorū textu cō-
menti.xxvij.expſſit dicēs. Potus aque
frigide neruis obeſt. Et Iſaac in par-
ticularibus dietis cū ait. Porro aqua
frigidiſſima plurimū eſt neruorū pe-
ctoris ⁊ inteſtinorū percuſſiua: gene-
ratqꝫ dolorē in vētre: ⁊ ſtricturā in pe
ctore: et oībus inſtrumētis ſpiritus et
crepaturā in ſuis venis: quā qui aſ-
ſuete biberit incidet in ſpaſmū: ⁊ mē-
brorū dormitationē patietur ⁊ theta-
nū ⁊ epilepſiā: ideoqꝫ oportet vt cū vi
no miſceatur vt tēperetur. Neceſſe eſt
ergo oibus naturaliter vel accidētali
ter humidas naturas habētibꝰ caue-
re aquā: ꝙ ſi aliud nō poſſunt miſceāt
eam cū aliquāto maſtice: ⁊ coquatur
ea quouſqꝫ ad tertiā vel ad dimidiā
partem redierit. Et poſt aliqua ſub-
iūxit. Aqua frigidiſſima velut nix oī-
bus corporis neruis nocet ⁊ dētibus:
maxime ſenibus propter defectionē
ſuorū neruorū: percutit enim ſtoma-
chum eorū pectus ⁊ oīa viſcera: gene
rat in inſtrumētis ſpiritus anguſtiā:
ſpaſmum: paralyſim: ⁊ hec oīa in ſeni
bus ſunt cito apparētia: pueris vero ⁊
iuuenibus non cito talia eueniūt pro
naturali eorū calore frigiditati repu-
gnāte: ſed tamen ſi ea aſſueſcāt nocet
eis. precipue nerui eorū in hanc inci-
dūt paſſionē: de qua nullo modo poſ-
ſunt euadere ⁊c. Hoc idē etiā non mi-
nus ſenſit Raſis in.iij. Almāſoris. ca.
iiij. dicens. Aqua cū niue infrigidata
vel ex ſe vt hec frigida inuenit̃: ſtoma
chū percutit ſi a ieiunis bibatur: ſed
epar multū infrigidat: quā nulli ieiu-
ni bibere ꝓſumāt niſi calefacti: cōfert
enim eis hoc modo ſi ſuper cibo ſit ac
cepta ſtomachū corroborat ⁊ appeti-
tum auget: ex ea tamē parua ſufficit
quantitas ⁊c. Gal. quoqꝫ in.iiij. libro
de ſimplici medicina diſtinctione.j.c.
ij. ſic dixit de ipſa. Aqua frigida mor
dicat oculos et nares et quod eſt in
homine de mēbris: et mordicat iterū
mordicatione non minore illa partes
intrinſecas ſtomachi et inteſtinorū.
Que fuit Hippocratis ſentētia in.v.
aphoriſmorum aphoriſmo.xviij. dicē
tis. Frigidū eſt inimicū neruis: oſſibꝰ
dētibus: cerebro: ſpinali: medulle. Et
in.xxiiij. eiuſdem. Frigida velut nix
vel cryſtallus pectori inimica: tuſſes
cōmouentia: ſanguinē fluere faciētia
et catarros ⁊c. Frigida aūt aqua eſt
hmōi. Ideo debet vnuſquiſqꝫ eā dimit
tere. Et propterea dixit Iſaac in vni-
uerſalibus dietis.c.xj. Frigida vt nix
ſunt fugiēda: qm̄ etſi in corporibꝰ iu-
uenū ledere nō appareat: tn̄ nocumē-
tum niuis paulatim ſe adunat: lꝫ ipſi
non ſentiāt: ⁊ exeuntes a iuuētute et
ſubeuntes ſenectutē multos ⁊ diuer-
ſos morbos incidunt: qui incurabiles
ſunt: ⁊ diu in viſceribꝰ permanēt ⁊ ar-
ticulis ⁊ neruis: nix em̄ ſemper mēbra
percutit debilia ⁊ multum ſenſibilia.
Que fuit Gali. ſnīa in li. de euchimia.
c. vltimo dicētis. Iuuenum frigida vt
nix bibētiū corpa impceptibiliter ap-
parēt ledere: latēs tn̄ nocumentū pau
latim auctū in ꝓcedenti tpe declināte
eoꝝ iuuētute iſanabiles egritudines
gignit ſcđꝫ articulos ⁊ neruos ⁊ viſce
ra. Patit̃ aūt citiꝰ illa pars corpisque
cūqꝫ fuerit natura ſenſibilior. Et pro-
pterea bn̄ cōcluſit Auic. in.ij.j.c. ſepiꝰ
allegato cū inqt. Aq̄ tēperate frigida
ſanis melior eſt aq̄s oībꝰ: ipa em̄ ap-
petitū excitat ⁊ ſtomachū fortē efficit:
vt ēt Iſaac ⁊ Raſis vbi ſupra dixerāt.
Qua de re frigidiſſima aqua in nulla
diſpōne vtendū eſt ꝙtuncūqꝫ tps an-
ni: cōplexio corpis: ⁊ ſuſcipiētis etas
ceteraqꝫ alia calida fuerint ⁊c.

Cap.

UVA.BMSC. Fyr_212

¶ Cap.cclix.oſtendit ꝙ aqua te
pida nec actu calida bibenda ſit:
ſicut nec illa que virtualiter cali=
da fuerit vt ſalſa ſulfurea: alumi=
noſa ⁊c.

Quia diximus in ſu=
periori ca. ꝙ aqua
valde frigida non
ſit bibenda: poſſet
ex hoc q̄ſpiā opina
ri quod ſicut aqua
frigidiſſima mul=
ta facit in corpꝰ no
cumenta ſic per contrariū calida plu
rima facit iuuamenta: qḋ tñ nō eſt iu
xta ꝓuerbium. Oia extrema ſunt vi=
tioſa: neqꝫ em̄ eſt neceſſariuꝫ ꝙ ſi vnū
contrarioꝝ ſit malū: reliquū ſit bonū:
imo plerūqꝫ ambo ſunt mala non eſt
aūt ſic de ꝯdictorijs: vt recte ſciunt lo
gici: ſed q2 non ſufficit dicere ꝙ ita ſit
id per locū ab autoritate declaremꝰ.
Et primo de aqua actu calida. Scḋo
vero de calida in potentia. ſ. ꝙ neutra
illarum ſanis ſit conueniēs. Prima q̄=
dem non ſolū nō cōuenit: verūetiam
plurimū nocet dicente Auicē. in. ij. pri
mi doctriñ. ij. c. xvj. Aqua calida dige
ſtionem corrūpit: ⁊ facit natare cibuꝫ:
neqꝫ ilico extinguit ſitiꝫ: ⁊ qñqꝫ ad hy
dropiſim adducit ⁊ ad ethicā ⁊ cōſu=
mit corpus. Et ſubdit. Aqua aūt cale
facta cū fuerit tepida facit nauſeam:
⁊ cum fuerit calidior ꝗ̄ hec: ⁊ in ieiu=
no bibita fuerit: multotiēs ſtomachū
lauauit ⁊ ventrē ſoluet: eā tñ frequē=
ter bibere eſt malum: q2 ſtomachi de
bilitat virtutem. Jlla ꝟo que multū
eſt calida: qñqꝫ colicā reſoluit: ⁊ ſple=
nis vētoſitatē frangit. Cur aūt aqua
tepida bibēda nō ſit: eſt q2 reſoluit ⁊
precipue ſtomachi virtutē: teſte eodē
principe in. xvj. tertij. tract. j. c. iiij. dicē
te. Tepidum reſoluit ſicut frigidum
conſtringit. ⁊ in. j. quarti. c. xxvj. Om=
ne tepidum eſt mollificatiuū ⁊ reſol=
uit ventrem ⁊c. Que fuit Gal. ſenten=
tia in ſecūdo Terapeutie. ca. v. dicen
tis. Tepida omnia ſoluūt robur ven=
tris. Et in libr. primo de febribus ad
glauconem. c. vj. Robur ventris facile
ſoluunt tepida. Et ꝓpterea concludē
dū eſt ꝙ aqua tepida nec calida mul
tum bibenda ſit: ſed moderate frigi=
da: vt in precedenti capitulo diximꝰ.
¶ Quantū vero ad ſecūdā huiꝰ ca
pituli partem principaleꝫ dicamus ꝙ
aquam virtute calidā in ſanitatis cō
ſeruatione nequaꝗ̄ bibere oporteat:
lꝫ aliqui vulgariū aliter ſentiāt: q̄bus
nec in his: nec in alijs que ſue nō ſunt
artis aliquo modo fides eſt adhiben
da: vt per ſingulas patet diſcurrēdo.
Nō q̄dem ſalſa bibenda eſt: vt appa
ret maniſeſte: qm̄ macreſcere facit et
exiccat: lꝫ primitus fluere faciat ven=
trem propter vim radendi que eſt in
ea: poſtea reſtringit ventrem in fine:
propter ſiccitatem que eſt in eiꝰ natu
ra: ⁊ corrūpit ſanguinē: ⁊ generat pru
ritum ⁊ ſcabiem: vt dixit Princeps in
ij. primi. c. ſuperius allegato. vbi etiā
ſubiunxit. Aluminoſe aque ſimiliter
nō ſunt potande: qm̄ menſtruoruꝫ ſu
perfluitatem currere nō permittunt:
neqꝫ ſpuere ſanguinē ⁊ ꝓhibent illud
qḋ de emoroidibus egredit̄: ⁊ corpo=
ra que febribus ſunt apta fortiter ad
eas perducūt. Ferreis quoqꝫ: ⁊ hmōi
non eſt vtendū: niſi gratia medicine.
Quod ēt ſenſit Jſaac in particulari=
bus dietis cū inq̄t. Rurſus decet om=
nes cauere aquā ſalſuginē vel nitroſi
tatem habentē: qm̄ talis aqua corpo
ra calefacit: ⁊ deſiccat: ventrēqꝫ acci=
dentaliter conſtipat eius: em̄ actio in
initio diſſoluit humores groſſos ⁊ pū
git inteſtina: vnde fit ſolutio ventriū:
in fine vero ventris humectationem
de ſiccat: vētremqꝫ accidentaliter cō
ſtipat: eius em̄ actio in initium diſſol
uit humores groſſos: ⁊ pungit inteſti
na: vnde fit ſolutio ventriū: in fine ve

UVA. BHSC. IyR_272

ro humectationem ventris conſtipat: eiꝗ reſiſtit ne per ſeceſſum exeat:fit ergo cauſa conſtipādi ventris accidē taliter. Quod ſimiliter voluit Raſis in iij. Almanſoris.ca.iiij.cum ait. Salſa enim aqua prius ventrē ſoluit:poſtea vero cōſtringit ſi quis eam cōſuete biberit corpuſqꝫ deſiccat ꝛc. Et in libro xxiij.continentis.c.dccxlvj.autoritate Galieni:Ruffi:Joannitij:Bimmaſui: ꝛ omniū antiquorū dixit. Aqua ſalſa mala eſt corrūpens:ꝛ eſt inflatiua et tarde digeſtionis:ꝛ ea nō poſſunt vti ſani ꝛ fortes homines:ꝛ ſi vtātur ipſa non poterit eis nocere:ꝛ ideo eſt melius vt videlicet acuta ꝛ ſalſa ꝛ meridionalis ꝛc. Paritꝫ ratione ſulfuree: aluminoſe:enee:ꝛ ferree:ꝛ huiuſmodi neqꝫ eis vtendū eſt:niſi gratia medicine cum fortiter volumus calefacere:exiccare:abſtergere:ꝛ inflammare. Et ꝑpterea errant ſani ad balnea naturalia accedentes vt per ea purgentur:neſciētes ꝙ poſt quandā ventris ſolutionē quam ipſa aqua facit:cōſtipet ꝛ membra inflammet:vnde facile poſtmodū in febres incidūt ꝛ in ethicā. Et ideo a potu huiuſcemodi aquarum debent abſtinere:cum ipſe calefaciant ꝛ deſiccent valde:ꝛ pro medicina mollificatorū neruorum ꝛ talium vti debeant:queadmodū dixit Hali. in.v.theorice.c.xiij. Et ſimiliter Gali. in pleriſqꝫ locis. Si quis tñ purgatione indigebit:melius erit ei vt cū benedictis ꝛ cōſolatis pharmacis euacuetur:lꝫ aliqua id fiat cū impēſa q̄ retinendo pecunias cū aquis naturalibꝰ ebibitis ſanitatē corporis:vitāqꝫ qua nihil charius periclitare. quare ꝛc.

¶Cap.cclx.oſtēdit quid decoctio faciat vtilitatis in aquam neceſſaria pro infirmis ꝛ ſanis pluribus.

PRo complemento ſermonis in hoc libro faciēdi de aqua placuit mihi in hoc.c.declarare quid aqua bonitatis recipiat ex decoctione:quātūqꝫ a cruda differat: cum medici quibuſdā infirmis ꝛ precipue febrientibꝰ aquam ſolūmodo coctam iubeant propinare. Similiter et aliquibus ſanis vinum bibere nō potentibus eam concedūt:quod de cruda minime preſumerēt. Dicamus ergo cum principe noſtro. Auicē.in.ij.ſ. doc.ij.c.xvj.ſic ſcribente. Decoctio rectificat aque maliciam. Aqua eñ cocta:ſicut teſtificati ſunt ſapiētes:minoris eſt inflationis ꝛ velocioris deſcēſionis. Et torpidi quidē medicorū exiſtimant ꝙ aque cocte ſubtile reſoluatur:et ipſius remaneat ſpiſſum:vnde in coquendo ipſam non exiſtat iuuamentum:quoniā ſpiſſitudinē in aquā augmētet. Scire autē debes ꝙ aqua in ſue aqueitatis diffinitiōe exiſtit ex partibus in ſubtilitate ꝛ ſpiſſitudine ſimilibus qꝛ eſt ſimplex:ſed nō inſpiſſatur niſi propterea ꝙ frigoris qualitas ſuper eā preualuit:aut ꝑpter fortem terreſtriū partiū cōmixtionē:que ob hoc ꝙ ſūt puiſſime ab ea nequeūt ſeparari:neqꝫ deſcēdere in ea:qꝛ non ſunt tāte ꝗ̄titatis vt cōtinuitatē aque ſcindere valeant:ꝛ in eā deſcēdere ob multā paruitatē. Oportet ergo vt eis accidat cōmixtio cū ſubſtantia aque: poſt hoc decoctio ſpiſſitudinem remouet q̄ propter frigus accidit primo:deinde partes aque vehemēter rarificat donec fiat ſubtiliores ſubſtātie vt poſſint ab ea ſeparari partes graues terreſtres in eius ſpiſſitudine retēte:ꝛ cōſtringant eas deſcēdere:ꝛ propter deſcēſum ab ea ſeparantur:et remanet aqua pura ꝛ ſimplici ꝑpinqua:et erit illud quod ꝑpter calefactionē fuit ſeparatum homogenū ei quod remāſit ꝛ non longinquū ab eo:qꝛ cum aqua a cōmixto ſeparatꝛ:eius partes in ſubtilitate ſimilanꝛ:neqꝫ multū intereſt inter illud qd̄ ſubit:ꝛ inter illud quod remanet. Decoctio ergo non ſubtiliat

UVA. BHSC. IyR_272

aquam niſi propterea q: aufert ſpiſſi
tudinē frigoris: ⁊ q: facit quod ei cō:
mixtū eſt deſcendere. Et huius quidē
ſignificatio exiſtit: qm̄ cū aque groſſe
dimittūtur longo tempore non deſcē:
dit ex eis res de qua ſit curandū: ſed
cum decoquūtur ilico deſcēdit ex eis
res multa: ⁊ fit aqua que remanet in
pondere leuis ⁊ clara. Et deſcēſionis
quidē cauſa eſt ſubtilitas que ex de:
coctione acquiritur ⁊c. hec ipſe. Quod
etiam voluit Raſis in. iij. Almāſoris.
c. iiij. cū inquit. Aqua preterea cocta
quouſq; minor reddat eius ſubſtan:
tia: minus eſt inflatiua citiuſq; deſcen
dit. Et propter hāc cām infirmis ⁊ ſa:
nis omnib⁹ conueniētior exiſtit ꝙ̄ cru
da. Et ꝓpter hoc medici iubent aquā
decoqui debere: ⁊ non vt aliqui putāt
vt frigiditatem amittant: ſed vt infla
tionem ⁊ groſſitiem ⁊ impuritatē de:
perdat. Nec; omnis aqua pro infir:
mis coqui debet: ſed tantum illa que
fontis fuerit: aut pluuialis: aut ciſter
ne mūde ⁊ nō diu in ea retente. Et in
hoc iuuenes medici animaduertant:
quoniā aſtantes aquā putei vt pluri:
mum accipiūt que groſſa eſt et terre:
ſtris et reprobata: vt ſupra diximus:
que licet decoquat̄ nunꝗ̄ ad eam ſub
tilitatē: puritatem: ⁊ perfectionē deue
niet ad quam vna iam dictarum per:
ueniret. Inde ꝓuenit magna ex par:
te ꝙ infirmorū ſtomachi ventoſitate
replentur ipſos ſepius eructuare co:
gente: ⁊ debilitātur ſimul cum omni:
bus viſceribus ratione groſſiciei ⁊ im
puritatis facientiū eā diutius in cor:
pore remanere. Et ſic de ſanis idem
quod de infirmis diximus intelligat̄:
cum aquam eis bibere fuerit neceſſa:
rium. quare ⁊c.

¶ Capitu. cclxi. oſtendit quid
facere oporteat poſt cibi ⁊ po:
tus aſſumptionem: vt bona di:
geſtio celebretur et aſſumpta
non corrumpantur.

CUm laude creato:
ris excelſi vſq; mo:
do deſcripſim⁹ que
⁊ qualia poſt exer:
citiū pro noſtri cor:
poris refectiōe erāt
neceſſaria: q̄dq; co
medere ⁊ bibere ꝓ
ſanitatis cōſeruatione oportebat. In
ſequentib⁹ aūt ſcribere ⁊ declarare in
tēdimus eodem fauente numine: que
poſt comeſtionē ⁊ potum fieri debeāt
ab his qui ſuam corporis ſalutem ma
nutenere ⁊ conſeruare deſiderāt. Di:
camus ergo ꝙ non ſufficit ad hoc bo
na cibaria bonoſq; potus aſſumere:
niſi ea bene ac ſufficiētiſſime digeren
tur. Quoniam digeſtio in nutricatio
nem: ⁊ nutricatio in vitam eſt ordina
ta: vt oēs philoſophi ⁊ medici pariter
confitētur. Nam dixit Gal. in. v. Tera
pētice. c. xiiij. Non ex his que trāſglu:
tiunt̄: ſed ex his que digerūtur in ſto
macho ⁊ epate exhibitio cibi eſt toti
corpori. Et ꝓpterea ipſe cōcluſit in. j.
lib. memiri. c. viij. De bona digeſtio:
ne ſuper omnia curandum eſt. Procu
randum eſt igitur omni ingenio om:
niq; cura ac diligētia vt aſſumpta re:
ficientia perfecte digerātur: quod fit
quādo infra ſcribēda obſeruata fue:
rint. Quorū primū eſt: vt cū a menſa
diſceſſerimus nō ſcribamus aut aliq̄d
tale faciamus in faciē procliues: imo
erecti deambulabim⁹ ſuauiter: vt pre:
accepta ad fundum ſtomachi deſcen
dant. Et ſi mihi medicoꝝ minimo nō
creditur: ſapientib⁹ hoc idē precipiēti
bus fides adhibeat̄. Et primo Raſi in
xxv. cōtinētis. c. j. ſic referēti. Dixit ta:
bri poſt cibū debes ambulare per cen
tū paſſus declinādo in tēperie come:
ſtionis ſuper latus ſiniſtrū: ⁊ euitādo
poſt cibum lauationē: equitationem:
et huiuſmodi. Et poſt multa anto:

UVA. BHSC. IyR_272

ritate Ruffi hic ſubiūxit. Ambulatio moderata laudabilioꝛ eſt q̄ fit poſt cibum: qꝛ cōfoꝛtat ſup digeſtionē: ꝓuocat vrinā ⁊ egeſtionē ⁊ facit hoīes penes cenā in cero fieri boni appetitus cibi: ⁊ ſumptiōis ipſius et bonā digeſtionem cibi cene facit: ſed mot⁹ poſt cibū vituperabilioꝛ eſt: ecōuerſo. hoc quoq; Auic. ꝑcepit in .iij. primi. doc. ij. c. vij. cū ait. Paru⁹ motus poſt comeſtionem cibuꝫ in ſtomacho quieſcere facit: ⁊ ꝓprie cū doꝛmiendi poſt ipſuꝫ voluntas affuerit. Et infra dixit. Inquit Ruffus inceſſus hic mihi plꝫ: et ꝓprie poſt prādium: qm̄ bonitatem operationis cene ꝑparat. Qđ etiā innuit Almanſoꝛ in libꝛ. iiij. c. ij. dicens. Poſt comeſtionē vero a foꝛti motu ac longi tēpoꝛis oīno eſt cauendū: ſicut eīm motus añ comeſtionē factus ſanitatis eſt cōſeruatiuus: ita poſt comeſtionem egritudinis inueniꝫ generatiuus. Non eſt igiꝫ laboꝛandū: neq; foꝛti motu coꝛpoꝛis aut aīe mouendum vt inde coꝛp⁹ nō habeat calefieri: qm̄ dixit Gal. in lib. vj. de accidenti ⁊ moꝛbo. c. j. Nullus eſt cibus q̄ non putreſcat ſi foꝛtem patiaꝫ calefactionem. ⁊ Auicē. in loco ⁊ c. preallegatis ſimiliter inquit. Accidentia aīe hoꝛribilia. ⁊ motus coꝛpoꝛei foꝛtes digeſtionē fieri ꝓhibent. Paulatim itaq; incedēdū eſt donec cibus deſcēderit: poſtea vero quieſcendū omnino: vt caloꝛ naturalis in exterioꝛibus mēbꝛis nō occupatus interioꝛa ingrediatur: ⁊ cibum potūq; nō diſtractus decoquat. Et iō ſcribebat Auerro. in .iiij. Metheoꝛoꝝ cōmento. xj. Effectus augenꝫ ex operante in quiete: ⁊ iō ea que fiunt indigent quiete q̄diu fuerint in locis ꝓpꝛijs: ⁊ iō vituperāt ⁊ redarguūt medici motū poſt cibum. Similiter dixit Raſis in. xxv. continentis. ca. j. Debes ſequi ſomnū ⁊ quietē ceſſantib⁹ omnibus motibus poſt cibū: vt cōdominetur natura cū bonitate digeſtiōis. Et Auic. in. xiij. tertij. tract. iij. c. j. inquit. Cib⁹ indiget quiete ⁊ ſomno vſq; quo bona fiat digeſtio. Iſaac quoq; in vniuerſalibus dietis. c. iij. idē voluit cum ait. Digerunꝫ cibi q̄eſcendo meli⁹ q̄ ſi ambulauerit: ⁊ ꝓſertim cibi dulces aquoſi ſicut ſunt perſica: moꝛa: vinuꝫ dulce. ⁊ ſimilia. Rō aūt hui⁹ ponitur a Raſi in lib. vj. ſuoꝝ aphoꝛiſmoꝝ ſic ſcribēte. Queadmodū res crude abſq; ignis caliditate ⁊ humiditate non pn̄t decoq̄: ſic nec digeſtio celebꝛatur abſq; humiditate innato caloꝛe. In quiete aūt ⁊ ſomno caloꝛ nō occupatus in viſcerib⁹ foꝛtioꝛ reddiꝫ. et ideo quieſcendū eſt poſt illam modicaꝫ et ſuauē deambulationē qm̄ ex foꝛti motu: vt diximus in. c. xxviij. libꝛi huius: coꝛrumperenꝫ cibi ⁊ potus in ſtomacho. Coꝛruptio ṽo digeſtiōis eſt mater egritudinū ⁊ oꝛigo chꝛonicaꝝ infirmitatum. teſte Auicē. in. xiij. tertij. tra. tertio. c. ij. Et ꝓpterea cōcludam⁹ pn̄s capitulū dicētes cū Gal. in. v. Terapētice. c. xiiij. ſic ſcribēte. Opꝫ multam facere ꝓuidentiaꝫ in oībus digeſtionibus cibarioꝛum. ꝓpterea q; ſiue ſm̄ epar: ſiue ſm̄ ventrē infoꝛtunium patiantur febꝛes faciūt: ⁊ maioꝛē operantur cachochimiā. Et in libꝛ. de euchimis. c. vlti. ſic etiam dicente. Maxima eſt ad cachochimiam ⁊ ad egritudines indigeſtio frequens: ſiue in euchimis: ſiue in cachochi. cibis fiat ⁊c. Quare quiete ſomno ⁊ omni quo poſſumus ingenio: digeſtio ſemper ꝓcuranda eſt.

¶ Capitu. cclxij. oſtendit quid ſit ſomnus aque: ⁊ que ſit eius neceſſitas: ⁊ que ipſius cauſe: quomodoq; faciat ad bonitateꝫ digeſtionis.

Cum dictū ſit in ſuperiori capitulo q; omni ingenio de digeſtiōis reficientium ꝑacceptoꝝ bonitate ſit ꝓcurandū ⁊ ſomn⁹ vna de cauſis

bene digerere facientib⁹ exiſtat: teſte
Auer.i.ij.colliget dicēte. Operatio di-
geſtionis eſt fortior cū homo dormit:
eo ꝙ calor naturalis cū quo operatur
natura in vigilādo in exterioribus: vt
det ſenſum ⁊ motū: reuertitur dormiē
do ad partes intrinſecas corporis ⁊c.
Conſequēter inquā de ſomno dicēdū
eſt: ⁊ primo declarādo q̄d ipſe ſit: que
cauſe eius: ⁊ que vtilitas ipſius.
¶ Quantū vero ad primū: dicimus
ꝙ ſi ad poetas acceſſerim⁹ querētes
quid ſomnus ſit reſpōdebit Uerg. di-
cēs in.vj.Eneidos. Eſt cōſanguineus
leti ſopor. Similiter Ouidi⁹ ſcribens.
Stulte q̄d eſt ſomnus gelide niſi mor
tis imago. Tullius quoq; in lib. de ſe
nectute idē ſentiens dicet. Jam vero
videtis nihil eſſe tam morti ſimile q̄
ſomnū ⁊c. Sed ſi a ſapientib⁹ noſtris
id petierimus: audiemus peripateti-
corū principē Ariſt. in libello de ſom-
no ⁊ vigilia reſpōdentē. Somnus eſt
conuētus ⁊ reciprocatio naturalis ca
loris ad interiora.ſ.ad cor: cū qua eſt
vinculū ſiue in potentia ſenſitiui pri-
mi id eſt ſenſus cōis. Similiter Auic.
in.j.iij.trac.iiij.c.j.dicens. Somn⁹ vni
uerſaliter eſt reditus ſpūs aīalis ab
inſtrumētis ſenſuū ⁊ motuū ad prin-
cipium cū quo priuant̄ ipſorū inſtru-
mēta ab exitu operatiōis in ipſis: niſi
que neceſſaria ſunt ad hoc vt vita ꝑ-
maneat: ⁊ illa ſunt ſicut inſtrumenta
ſpūs. Et ſubdit. Sōnus quidē natura
lis abſolute eſt cuius reditus eſt cum
ꝓfundatione ſpiritus vitalis ad inte
riora vt digeratur cibus ⁊c. Et in cāti
cis textu cōmenti.xxxvij.dixit. Sōnus
eſt quies virtutū animaliū motiuarū
⁊ ſenſitiuarū. Gal. vero ab Ariſtotele
accipiens in.iij.lib. de accidenti ⁊ mor
bo.c.iiij.dicēs. Sōnus eſt paſſio primi
ſenſus: qui cōis eſt ceteris ſenſib⁹. ⁊ in
iiij.lib.eiuſdē.c.viij.ſic etiā inq̄t. Dica
mus virtutē animatā in ſomno quie-
ſcere ⁊ naturalē cōfortari: q̄d ſic poſſu
mus cognoſcere. Uirtus eñ animata
ſi fuerit fatigata animali dormiēte cō
fortatur: maxime ſi ante ſomnū cibuz
moderate accipiat. Ab his aūt oībus
Auerrois in.ij.colliget videtur acce-
piſſe cum ait. Dormire eſt ligamentū
⁊ quies ſenſuū: ⁊ reuerſio ipſorū ab in
ſtrumētis eorum ad partem intrinſe-
cā corporis: ⁊ iſte res per ſe note ſunt:
⁊ propterea trāſeunt res ſenſate ſuper
dormiētes ⁊ non ſentiūt eas: et etiam
videmus dormientē oculos habētem
apertos ⁊ nō videbit: ⁊ ſi eſſet virtus
viſibilis in ſuo inſtrumēto tūc videret
⁊c. ¶ Que aūt ſit ſomni neceſſitas: ipe
declarauit infra dicēs. Et ſomnus nō
aduenit multus animalib⁹ poſt labo
rē niſi propterea q̄ animalia q̄n mo-
uētur ⁊ laborāt ſpargitur calor ſuus
naturalis: ⁊ diminuitur q̄titas ſua et
refrigerat̄: ꝓpter quod reuertitur de
neceſſitate ad locū ſui principij ⁊c. Et
poſt aliqua ſubdit. Somnus eſt vna
operatio nature que regit corpus ani
malis: ⁊ ꝓpterea fuit ſomnus neceſſa
rius in animalib⁹ ꝑfectis: q̄ niſi eſſet
ſomnus periret ſenſus propter nimiū
exercitiū: ⁊ pereuntibus ſenſibus peri
ret vita: ⁊ inde eſt ꝙ citrinatur facies
dormire non potētibus: ⁊ ledunt̄ eo-
rū operationes ⁊c. De neceſſitate etiā
ſomni dicamus cū Aui. in.ij.j.doc.⁊.c.
iij.ſic ſcribente. In vita ⁊ ſanitate nō
eſt neceſſitas abſoluta: imo propter-
ea vt ſpiritus ab impedientibus ſepa-
retur propter illud quod ei accidit ex
laſſitudine: aut propterea ꝙ eſt ei ne-
ceſſarium incūbere propter digeſtio-
nem cibi: et propterea ꝙ non poteſt
duas res. Somni igitur neceſſitas nō
eſt niſi ex parte alicuius impotētie: ⁊
eſt exitus a neceſſitate naturali. Et in
j.iij.c.vij.dixit. Somnus ſemꝑ ſequi-
tur maliciam cōplexionis humide la-
xe aut frigide congelātis motum vir-
tutum ſenſibiliū: aut vehementē ſpi-
ritus animalis reſolutionem propter

UVA. BHSC. IyR_272

ſuperfluitatem motus: aut propter impulſionem virtutum ad interiora vt materia digeratur ⁊ impellatur cũ eis ſpiritus animalis propter conſecutionẽ quẽadmodũ ſit poſt cibũ. Neceſſitas ergo ſomni eſt virtutis reſolute reſtauratio: ⁊ cibi preaſſumpti digeſtio: ⁊ defatigati corporis ⁊ ſenſuũ eius requies ⁊ refocillatio. Que autẽ ſint cauſe ſomni ex his que dicimus apparent. Finalis enim eſt que iam pretacta fuit. Formalis aũt reditio ſpiritus ⁊c. Efficiens autem virtꝰ regitiua que ẽ in corde: vt inqͭ Auerrois vbi ſupra. Et cauſa materialis ẽ vapor qui aſcendit a membris inferioribꝰ ad cerebrum propter aliquam cauſam generatus. propter cibum ſcilicet ⁊ humores in corpore exiſtentes qui quando erit in fine aſcenſus igroſſat a frigiditate cerebri: ⁊ recipit grauitatem ab alijs humiditatibus ⁊c. Hec ipſe vbi ſupra. Et ſic apparet qͩ ſit ſomnus: que eius neceſſitas: ⁊ que ſint cauſe ipſius: qualiterqꝫ faciat ad digeſtionem vt rubrica capituli promittebat. Que autẽ ſint alie ipſius vtilitates deinceps dicemus.

¶ Cap. cclxiiij. oſtẽdit que ſint vtilitates ⁊ iuuamẽta ſomni tẽperati prouenientia in virtutes aĩales et naturales corporis fatigati.

Quamuis ĩ p̃cedẽti capitulo aliqualiter de vtilitatibꝰ ⁊ iuuamẽtis ſomni locuti fuerimꝰ: tamẽ vt ea melius ac diſtinctius intelligãtur: in p̃ſenti etiam de ipſis particulariorum faciemus ſermonez: dicẽtes primo cũ haliabate in. v. Theorice. capit. xxxv. ſic ſcribente. In ſommo digeſtionis ſit bonitas ⁊ humorum decoctio calor nãqꝫ naturalis ſomni tempore ad ꝓfunda ſecedit corporis quo cibũ digerat: humores bonos diſponat: vnde ⁊ digeſtio ciborum melior fit hyeme ex noctiũ longitudine ⁊ ſomni copia. Et poſt aliqua ſubiũxit. Moderata ſomni quantitas cibos digerit: corpꝰ ſpiſſat: laborẽ ſoluit animam confortat naturalem: calorqꝫ augetur naturalis. humores boni fiunt: membra recreat extenſa: mentẽ clarificat. cogitationem emendat ac viſum: cui conuenit ⁊c. Similiter Auicẽ. i ſcd̃a. i. do. ij. c. xiij. dixit. Somnus naturales omnes operationes fortes efficit propterea ꝙ calorẽ cõtinet innatum ⁊ virtutez laxat animalem. ideoqꝫ cordis vias humectat ⁊ eas laxat: ⁊ quia ſpiritꝰ ſubſtantiam turbidam efficit: id eſt ſpiſſam: ⁊ prohibet illud quod reſoluitur. Laxitudinis quoqꝫ modos omnes remouet: ⁊ fortes retinet euacuationes materie: tamen que ad partez cutis exiſtũt ſomnus quandoqꝫ ad expellendum eas iuuat: propterea ꝙ calorem interius continet ⁊ nutrimentum in corpore partit: ⁊ expellitur id quod eſt iuxta cutẽ ⁊ ſic apparet qđ ſudorẽ nõ retinet. Et ſubdit. Cũqꝫ ſõnus materiam inuenit aptam ad digerendũ ⁊ maturandum, ad ſanguinis naturã eã cõuertit: ⁊ calefacit ip̃am: ⁊ trãſit calor ꝑ corpus ⁊ calefacit corpꝰ calore naturali ⁊c. Et in doct. iij. ſumma. đ pulſibꝰ. c. xij. dixit. In hora ſomni calor naturalis cõſtringitur: ⁊ ſubmergitur: ⁊ totus hora illa tendit ad occultũ propterea ꝙ ip̃m aĩa mouet ad nutriens digerendũ ⁊ maturãdũ ſupfluitates. Et in. iij. primi doct. ij. c. ix. ſimiliter inquit. Sõnus temperatus naturalẽ virtutẽ potentẽ efficit ꝑficiendi ſuas operationes: ⁊ aĩalem virtutẽ quieſcere facit: ⁊ in eius ſubſtãtia augmentũ p̃bet: ꝓpterea ꝙ laxat ad prohibendã ſpiritus: qualiſcũqꝫ fuerit reſolutionẽ: ⁊ propter hoc digeri cibũ. Et infra ſubiunxit. Sõnus tẽperatus eſt humectãs ⁊ calefaciẽs: et

UVA. BHSC. IyR_272

eſt res magis proficiẽs ſenibus: qm̃
in eis humiditatẽ cõſeruat. ⁊ propter
hoc Gal. cum ſenex eſſet comedebat
lactucas cũ aromatibus. ⁊c. Que fuit
Gal. ſnĩa in. v. Terapẽtice. c. ij. ſic ſcri
bentis. Digerit quidẽ ſomnus: reſol-
uunt autẽ vigilie. Et in. iiij. de regimi
ne ſanitatis. c. j. dixit Bene ſcientes ſu
mus ꝙ nihil ita digerit eorũque dige
ri poſſunt: neq; malos reſoluunt hũo-
res: ſicuti balneũ ⁊ ſomnus. Et ĩ libro
iiij. de accidenti ⁊ morbo cap. viij. in-
quit. In ſomno cibus digeritur meli⁹
⁊ nõ ſolũ in ſtomacho verũ etiã in to
to corpore: ꝓpter hoc mõſtrat̃ nobis
qđ mẽbrum in quo rationalis eſt ani
ma quieſcit in ſomno. In libro quoq;
de diſſolutione cõtinua dixit. Et quã
do ſomnus ſequitur cibũ: reuocat̃ ca-
lor naturalis ĩ ipſo: ⁊ aggregat̃ in in
terioribus corporis ⁊ digerit cibũ ⁊c.
Raſis ſimiliter in. iiij. Almanſoris. c.
iij. ſcripſit. Somni aũt vtilitas anime
aufert laborem eãq; reddit ſubtilio-
rem atq; cogitationem ⁊ rõnem q̃ ebe
tes erãt ⁊ quaſi feſſe ſubtiliat ⁊ acuit
corporiſq; fatigationẽ mitigat: ⁊ dige
ſtiuã meliorẽ efficit ac corpus impin-
guat. Et in. xxv. continentis. capit. j.
ſic etiam ait. Somnus humectat in
omnibus: nõ tamẽ in omnibus: diſpo
ſitionibus calefacit neq; infrigidat:
verũ tamẽ ſi ſequitur in corpore hũo
res crudos poterit digerere ⁊ abun-
dãs fiet ſanguis augendo caliditatẽ
inatã. Et ſubdit autoritate Pauli. Sõ
nus prebet quietẽ virtuti ſpirituali:
ſubuenit ad digerẽdũ ⁊ coquẽdũ hu
mores ſemicrudos. mitigat dolorẽ q̃
accidit in mẽbris: emollit mẽbra que
extenta ſunt per ſiccitatem: ſanat vi-
tia ſpiritalia: reſtituit mentem deui-
antem: ⁊ humectat corpus ſemper. et
poſtea ſubiunxit. Uerũtamen ſomni
noctis ſpacium cõpetens eſt ad cõplẽ
dam digeſtionem. ⁊ ſimiliter obſcu-
ritas noctis inducit ad exequendum
ſomnũ profundum ⁊ inducendũ cali-
ditatem. Et hi duo modi conferunt
in digeſtione: ⁊ habetur ſignificatio
ꝙ nox cõpetat in digeſtione ꝙ homi
nes ſequũtur ſuperfluitates nutrimẽ
ti ſemꝑ poſt ſomnũ noctis ⁊ ſumma-
rie ſomnus dꝫ fieri ad modũ digeſtio
nis ⁊c. Recte igit̃ dicebat Auerrois in
ij. colliget. Opatio digeſtiõis eſt for-
tior cũ homo dormit: eo ꝙ calor natu
ralis cũ quo operatur natura in vigi-
lando in exterioribus vt det ſenſum ⁊
motũ reuertitur dormiendo ad par-
tes intrinſecas corpis. Et ꝓpterea cõ
cludamus ꝙ dormiendũ eſt poſt cibi
⁊ potus aſſumptionẽ: ⁊ ipſorũ ad fun-
dum ſtomachi deſcenſum: vt melior
⁊ perfectior celebretur digeſtio: qua
mediante ſpiritus ⁊ virtutes corporis
aĩales reſtaurantur: ⁊ naturales cor-
roborent̃: vt cibi ⁊ potus p̃aſſumpti in
ſanguinẽ cõuertant̃ ⁊ minime corrum
pantur in ipſo: qđ ſi cõſeq̃mur nõ par
uã quidẽ: verũetiam maximã pro no
ſtre ſanitatis conſeruatione recipie-
mus vtilitatem. quare ⁊c.

¶ Capi. cclxxiiij. oſtendit nocumẽ
ta ſomni ſuperflui ꝓuenientia in
totum corpus ⁊ eius mẽbra.

POſſet quiſpiã ex his q̃
dicta ſunt facile ſibi ꝑ-
ſuadere: ꝙ cũ ſomnus
tot ⁊ tantas afferat cor
pori vtilitates: ꝙ nõ mo
do foret vtile dormire:
verũetiã optimũ ꝓlixius in ſomno re
quieſcere: qui ꝑfecto non parum de-
ciperetur: cũ defectus ⁊ abundantia
ab eaſdem perducant differentias: vt
dixit Gal. in. iij. techni. Immo ſicut
temparatus ſomnus iuuat vt ſcripſi-
mus: ſic ſuperfluus valde nocet diuer
ſa ac plurima corpori nocumenta in-
ferẽdo: queadmodũ voluit haliabas
in. v. theorice. c. xxxv. dicẽs. Sõn⁹ exce-

UVA. BHSC. IyR_272

dẽs i tpis quãtitate multũ nocet: qm̃
virtutes plurimas eneruat aiales
ſomnus ac debilitat: corpus refrige=
rat ⁊ hũectat: atq; in eo phlegma au
gmẽtat: ⁊ naturalẽ debilitat calorẽ ip
ſumq; reſoluit. ⁊ precipue ſi ſuper ina
nitionẽ fiat: dicente eodẽ vbi ſupra.
Si ſit autẽ omnino corpus vacuũ: nec
in eo aliquid ſit ciborũ naturalis con
uertit ad corporis humiditatẽ calor
exuritq; ⁊ cõſumit illã: dehinc ipſe de
bilitatur deficiente materia ⁊ refrige
ratur corpus ⁊c. Idẽ quoq; ⁊ clarius
ſenſit Auicen. in. ij. primi doc. ij. ca. xij.
cum inquit. Cũ ſomnus materiã inue
nit aptam ad digerẽdũ: vertit eã ad
naturã ſanguis ꝙ ſi humores inue=
nit calidos ⁊ cholericos: ⁊ perdurave
rit eius tẽpus calefaciet eos ⁊ corpus
calore extraneo. Et ſi inuenerit vacui
tatẽ infrigidabit ꝓpter hoc ꝙ reſol=
uit: aut humorem qui virtuti digeſti=
ue ſit inobediens infrigidabit ꝓpter
illud quod expãditur de eo. ⁊ ſubdit.
Et ſicut vigilie multe cõplexionẽ cor=
rũpunt cerebri aliquo ſiccitatis modo
⁊ debilitant ipſum: ⁊ cõmiſcent ratio
nẽ: ⁊ adurunt humores ⁊ egritudines
faciunt acutas: ſic ſomnus multus hu
ius efficit cõtrariũ: operatur enim vir
tutũ aialiũ obtuſionẽ ⁊ capitis graue
dinẽ ⁊ egritudines frigidas. ⁊ illð eſt
propter hoc qð ipſe in reſolutiõe pro=
hibet ⁊c. Et i ꝑmo tertij tracta. iiij. c.
xiiij. ſic etiã ait. Dormitio multa i me
ridie ⁊ vniuerſaliter ſomnꝰ multꝰ no=
cet multuꝫ memorie. Et in. ij. tertij. c.
v. dicit Spiritꝰ in lõgo ſomno fit gra=
uior pigrior: ⁊ nõ fit aſſiduus in facien
do dilationẽ ꝓpter declinationẽ ſuaꝫ
ad interioreꝫ ptẽ. ⁊ in. xiij. eiuſdẽ trac.
ij. ca. dixit. Nauſeatiua ſatietas qñq;
prouenit ꝓpter multitudinẽ ſomni et
quietis: nã ſomnꝰ ꝗuis ꝯferat inquã
tũ digerit: tñ motus cõfert inquãtum
expellit ſuperfluitates expulſione. Et
ſomus quidẽ nocet vbi egent ſupflui
tates expulſione: ſicut vigilie nocent
vbi indiget materia digeſtione. Et in
cantica textu commenti. cxxxix. inquit.
Si ſomnus multũ prolongabitur re=
plebitur caput humoribus. Et in ſeq̃n
ti textu ſubdit. Somnus humectat
corpora ⁊ relaxat: extinguit calorẽ vi=
uificantẽ ipſa. In cuius cõmento dixit
Auerrois ꝙ hoc intelligitur de multo
ſomno: quoniã multus ſomnus extin
guit calorẽ quo virtutes viuũt ⁊ exi=
ſtũt: ⁊ hoc qꝛ de natura quietis ⁊ coo=
peratiõis eſt extinguere calorẽ. Ignis
eñ extinguit ⁊ ſuffocatur cũ multũ et
perfecte tegitur. Et in parte ſecundo
canticorũ textu cõmenti. xxviij. ſic quo
q; ꝑcepit Auicẽ. Non prolonget ſom
nus: quoniã hoc obeſt aie. nec etiã vi
gilie: quoniã inde debilitabit ſenſus
in cuius etiã commento Auerrois ſic
ſcripſit. Nõ prolõgetur ſomnus quo=
niã lenteſcit q̃dem vita ⁊ tenebroſa
efficitur: extinguiturq; inde calor eiꝰ:
ſicut extinguitur ignis in cineribus
multũ coopertus. Et in libro. vj. ſui
colliget ait. Quãdo ſupfluit ſomnus
calorem extinguit naturalẽ: ⁊ corpus
inducit ad tumidã diſpoſitionẽ. Que
fuit Ari. ſnia i. ij. pblematũ: pblema=
te. xxx. dicẽtis. Multo tpe dormiẽtes
minus colerati ſunt moderato tẽpore
dormiẽtibꝰ: ſuffocatur eñ dormiens.
Et i. xj. eorũdẽ problemate. xij. dixit.
Ex ſomnis autem grauiores ſumus.
qð ex ſuperfluis debet intelligi. Et ꝙ
ita ſit apparet ꝑ ipſuꝫ in. xxvij. phleg
mate eiuſdẽ dicentẽ. Somnus ſuper=
fluꝰ corpora tardiora facit. Raſis quo
q; in. iiij. Almanſoris. cap. iij. hoc idẽ
voluit cũ ſcripſit. Multum autẽ dor=
mire corpus deſiccat ac tenerũ efficit:
plegmatis quoq; multitudinem in eo
creat ipſumq; infrigidat. ꝙ in corpo
bus groſſis ac pinguibꝰ precipue ope
ratur. Et in libro. xxv. cõtinentis. capit
iij. autoritate Gal. Somnus modera=
tus generat ſãguinẽ laudabilẽ: ſꝫ ex

UVA. BHSC. IyR_272

cedens modũ debitum in equalitate coꝛrũpit humoꝛes ⁊ poſtea ſubiun- xit. Somnus abundans emollit coꝛ- pus: ponderoſum reddit caput: quia coꝛpus replet de humiditate calida: ⁊ emollit virtutez vnde cõgregabun- tur in coꝛpoꝛe ſuperfluitates vapoꝛo- ſe. quare ⁊c.

¶ Cap. cclxv. oſtendit ꝙ nõ ſit doꝛ miendũ ſtomacho exiſtẽte vacuo: ſimiliter nec illico poſt cibũ aſſum ptum ſicut nec in meridie.

SAtis ex precedenti capi tulo intelligi poteſt ꝙ nõ ſuperflue ſed mode rate doꝛmiendũ ſit: in qua aũt hoꝛa nõdũ ex- preſſimus: ſʒ ĩpreſentia rũ oſtendem⁹. Qm̃ ſufficit rẽ aliquã- bonã eſſe intelligere: ſʒ qñdo cõceſ- ſa ſit laudabilis ſcire opoꝛtet. Multa nãꝗ inueniunt̃ in vna hoꝛa foꝛe opti ma que in altera maxime nociua exi- ſterent: vt ſupꝛa diximus de exercitio ꝙ tempoꝛe cõplementi pꝛimarũ dige ſtionũ laudabit̃: ⁊ tempoꝛe replexio- nis erat pꝛohibitũ. Sic ⁊ de ſomno q̃ rere contingit qua ſcʒ hoꝛa doꝛmien- dũ ſit cũ dicat Auicẽna i. iij. pꝛimi do ctrina. ij. c. ix. Sani debẽt obſeruare vt ſomn⁹ eis tẽperate exhibeat̃ ⁊ in ſua hoꝛa: ⁊ nõ ſuperflue: que aũt ſit talis hoꝛa ipſe nõ expꝛeſſit. Et pꝛopterea q̃ rẽti quenã hec hoꝛa ſit: reſpondebim⁹ dicẽtes. Pꝛimo ꝙ nõ hoꝛa inanitionis ⁊ ieiunij doꝛmire debeamus: cũ dicat pꝛinceps in. ij. c. xiij. Si ſomnus inue- nit vacuitatẽ infrigidabit ꝑpter hoc ꝙ reſoluit: aut humoꝛẽ qui virtuti di geſtiue eſt inobediens infrigidabit pꝛopter illud qđ expandit̃ de eo. ⁊ in iij. pꝛimi doc. ij. c. ix. inquit amplius ſu per vacuitatẽ doꝛmire eſt malũ ⁊ vir- tutem deijciens. Quod ſimiliter vo- luit Raſis in. c. iij. libꝛi. xxv. cõtinentis dicens auctoꝛitate Ruffi in queſtioni bus e pidimie. Somnus longus ſi ſe- quitur cibum augebit in caliditatem innatã ⁊ impinguat coꝛpus. Sed ſi ſe quitur exercitium aut balneum aut euacuationem ⁊ ſummarie in diſpoſi tione ne illa in qua coꝛpus nõ ſequit̃ nutrimentũ: diminuet caliditatem in natã ⁊ macrefaciet coꝛpus. Et dixit. Joannitius. Et quotiens ſequitur ſo- nus coꝛpus carens nutrimento aut humoꝛe crudo aut caliditatem igneã tunc infrigidat coꝛpus extinguendo caliditatem innatã. Cuius quidẽ ra- tio in pꝛomptu eſt. q: cũ caloꝛ natura lis cibũ nõ habeat quem digerat ⁊ cũ ſumat: vertit ſe ſuper ſanguinez ⁊ car nem ipſa reſoluendo ⁊ pꝛopterea ie- iunantes calidi ſtomachi nihil in veſ peris accipientes macilenti ⁊ calidi fiunt Non ſic autem qui frigide fue- rint cõplexionis ⁊ phlegmatici ⁊c. Ne ꝗ eſt ilico poſt cibum aſſumptuz doꝛ miendum anteꝗ̃ deſcenderit cibus ad fundum ſtomachi: huiuſmodi em̃ hoꝛa omnino eſt inconueniẽs ad doꝛ- miendum: dicente Auicen. in. iij. pꝛimi doctri. ij. c. vij Nõ ilico poſt cõeſtionẽ eſt doꝛmiendũ cibo natãte: ⁊ in. c. ix. eiuſdẽ. Melioꝛ ſomnus eſt ille qui ꝑ- uenit poſtꝗ̃ cibus a ſuperioꝛi ventre deſcenderit ⁊ poſt quietez eius: ꝙ foꝛ ſitan ſequitur ipſum ex inflationibus ⁊ rugitibus: quoniã doꝛmire ſup hoc multis impedit modis ⁊c. Et ſubdit. Qua pꝛopter ſi deſcenſus tradauerit parũper incedere debet ⁊ poſtea doꝛ- miat. Et iterum poſtea ſubiunxit. Su per replexionem doꝛmire eſt malum anteꝗ̃ a ſuperioꝛi vẽtre fiat deſcenſio Et in. iij. tertij trac. pꝛimo. c. v. dixit Somnus ſuper replexionẽ ⁊ cenã eſt res nocibilioꝛ oculo: immo opoꝛtet il- lum qui in viſu habet debilitatem ex pectare donec digeſtio fiat. i. fieri in- cipiat deinde doꝛmire. Que fuit Ra- ſis ſnĩa in. iij almanſoꝛis. c. iij. dicẽtis:

UVA. BHSC. IyR_272

Oportet vt tādiu poſt comeſtionem aliquis ſe a ſomno abſtineat donec cibus ab ore ſtomachi deſcendiſſe: atq; inflatio ⁊ grauedo minui atq; inferi⁹ mergi ſentiantur: ꝙ ſi tardetur nō incongruum eſt vt parua iuuetur deābulatione donec deſcendat. ante vero hos omnes Gal. hoc preceperat in libro de diſſolutione continua dicens. aliquando eſt membrū debile vt ſtomachus ⁊ natat in ipſo cibus: et non iniungas ſomnū donec deſcēderit cibus de ſtomacho aliquo deſcenſu: nec donec deueniat in fundū ſtomachi: ⁊ ante precipias eum moueri parū ſicut memorauimus iam. hec ipſe. Obſeruandū eſt preterea ꝙ in meridie: niſi conſuetudo cōtradixerit: non dormiatur. Quoniam vt dixit Auicen. vbi ſupra. In die dormire malū eſt: generat enim egritudines humectātes ⁊ reumatiſmos: ⁊ corrumpit colorē: ⁊ generat ſplenem. ⁊ laxat neruos: ⁊ efficit pigritiam: ⁊ debilitat deſideriū: ⁊ generat apoſtemata ⁊ febres frequenter. Et ex cauſis ſuorū nocumētorū eſt vt cito interrūpatur: ⁊ naturam ab eo in quo erat ſtupidā reddat. Et in prima tertij tra. iij. c. xiiij. ait. Dormitio multa in meridie: ⁊ vniuerſaliter ſomnus multus nocet multū memorie: ⁊ proprie ſuper repletionem plurimā. Raſis quoq; in. xxv. cōtinentis. c. iij. dixit autoritate Pauli. Somnus diei non eſt tante vtilitatis: q2 nō pōt tantum ſpaciū ſequi quo poſſit digeſtio cōpleri: ⁊ quotiēs inciditur ſomn⁹ ante perfectā digeſtionē: ſequit̄ oxiremia cum repletione ventris de vnctuoſitatib⁹. Et ſaltē longa erit ⁊ pōderoſa diſpoſitio cōdominabilis ⁊c. hec ipſe. Ex quibus colligi pōt que ſit hora cōueniēs ad dormiēdū: ſcȝ poſt cenā: ⁊ nō poſt prandiū: ⁊ nō niſi poſtq; cibus ad fundū ſtomachi deſcēderit: ⁊ poſt ſuauē deambulationē: vt in ſuperiorib⁹ ad plenum diximus. quare ⁊c.

Cap. cclxvj. oſtēdit quomodo accubandū vel dormiēdum ſit: an ſupine: ſcilicet vel ſuper latera et ſuper quod ⁊c.

Cum plures decubitus forme in dormitione reperiantur: proclinis: ſupinus: ſup vno laterum: equalis ⁊ cū capite eleuato nō erit inutile ad ſanitatis cōſeruationē: ⁊ ad meliorē vero perficiendā digeſtionem intelligere que harū manerierum ſit laudabilior: ⁊ q̄ corpori cōuenientior: ⁊ a medicis magis approbata. Et ꝓpterea dicamus cum noſtro Conciliatore in differētia. cxxiij. ſic ad hanc petitionē reſpondēte. Si q̄s habuerit lubricum ventrē: opȝ eum ſuper ſiniſtrū latus iacere ⁊ dormire: ſi autē cōſtipatū: ſuper dextrū eſt accubandum. Et ſi q̄s habuerit epar calidū debet cauere ne ſup dextrū latus dormiat. Qui vero ſtomachū frigidum: ſuper ſiniſtrum. Et demum concludit ꝙ ſuper dextrū parū eſt dormiendū: ſuper ſiniſtrū vero multū: vt inde perficiat̄ ſtomachi digeſtio: qua perfecta iterū ſup dextrū eſt recumbendū. Que fuit ſnia Auic. in. iij. j. doc. ij. c. ix. dicentis. Sed ex figuris ſomni melior eſt vt ſup dextrū incipiat latūs: ⁊ deinde ad ſiniſtrum reuoluat̄: qđ ſi eius inceptio ſup ventrem fiat. auxiliū fert ſanis magnū in digerēdo ꝓptereaꝙ calorē retinet naturalem ⁊ ipſum cōprehendit. quare augetur ⁊c. Et in. c. regiminis eius qđ comedit̄ ⁊ bibitur dixit. Oportet preterea vt poſt comeſtionē primo ſup dextrū latus dormiat pauco tpe: deinde ſuper ſiniſtrū reuoluatur: poſtea reuoluat ſe ſupra dextrū: ⁊ debes ſcire ꝙ multis cooperiri pānis: ⁊ ceruical eleuare ex illis exiſtunt que digerendo iuuant. Et ad vltimū quidē vt membrorū ſitus ad inferiora ſint de-

UVA. BHSC. IyR_272

dinantes ⁊ nõ ad ſuperiora.⁊ in .iiij.
tertij trac.iij.c.v.ſimiliter inquit. Dormire ſuper latus ſiniſtrum eſt maximi iuuamenti ad digeſtionẽ perficiendaꝫ propter cõpreſſionẽ epatis ſupra ſtomachũ.ſed ſomnus ſupra dextruꝫ eſt cauſa velocitatis deſcẽſionis cibi. Eſt etiã obſeruandũ vt dixit Almanſor in lib.iiij.c.iij.ne de vno latere ad aliud ſepe voluatur: tardatur enim inde digeſtio atqꝫ inflatio ⁊ rugitus ſentitur.Oportet itidem vt puluinar ſit altũ:⁊ precipue ſi cibus nondũ ab ore ſtomachi deſcẽderit:ſufficit enim vt ter fiat reuolutio ⁊ nõ pluries:vt dictum eſt.Quod etiã in.xxv. cõtinẽtis replicauit cum in.c.eius primo dixit. Poſt comeſtionẽ quilibet dormiat ſuper latus dextrũ modice:deinde complendo ſomnũ ſuper latus ſiniſtrum. Et nulla fiat reuolutio abundans in lecto eo ꝙ excitat ventoſitates ⁊ occurſum prebet ſuper digeſtionem ⁊c. Et poſtea ſubiũxit.Pars inferior corporis in ſomno debet eſſe declinatior: ⁊ nulla ſuperabundãs fiat reuolutio in lecto:ne reuoluat cibũ in ventre de vno loco ad aliũ corrũpendo digeſtionem.Que fuit ſnĩa Ariſto.ad Alexãdrum ſic ſcribẽtis. Dormi temperate primo ſup dextrũ latus vna hora:deinde ſup ſiniſtrũ ⁊ illic pfice dormitionem.Uolunt itaqꝫ oẽs autores vt ſuper latera dormiendũ ſit.⁊ nõ ſup dorſum vel reſupine:vt pleriqꝫ faciũt neſcientes qđ princeps voluerit in.iij. primi doc.ij.c.ix.cũ ait. Reſupine aũt dormire eſt malũ:⁊ ad malas preparans egritudines:ſicut apoplexiã freneſim ⁊ incubũ: qm̃ ſupfluitates ad poſteriora declinare facit ⁊ retinent: ⁊ per ſuos nõ incedũt cãnales naturales:qui ſunt ab anteriorib⁹ ſicut nares ⁊ palatũ:⁊ talẽ ſomnũ incurrere ſolent infirmi ⁊ debiles ppt illđ qđ muſculis corp accidit ex debilitate ⁊c.Qđ non minus voluit Gal.vt teſtatus eſt Raſis in.xxv.cõtinentis.c.iij.dicens. Dormitio facta ſupine dorſum ſuum cõſeruat ſuperfluitates cerebri in ventriculis eius ideo nõ debẽt ſomnum abundantẽ ſequi dormiẽdo ſupine ſuper dorſum laborãs apoplexia:aut ſi paratus fuerit eaꝫ pati aut epilepſiã. Et dixit in alio loco.Non dꝫ dormire ſuper dorſum laborãs catarro deſcendente de capite:qr tunc leuẽ ingreſſuꝫ eius facit induci ad cãnale pulmonis. Et alibi etiã dixit.Dubitandũ eſt ſuper dormientẽ tota nocte ſupine ſup dorſum ne cito inducatur ad apoplexiam ⁊ epilenſiã qr ſuperfluitates cerebri non manebũt tunc:ſed ventriculi eius replebunt de eis.⁊ ſubdit.Dico ꝙ eſt forma dormitionis mala valde penes repletionẽ cerebri ⁊c. Ecce igitur ꝙ grande periculũ ſit dormire ſuper dorſum:⁊ cauſa multarũ infirmitatum:⁊ incubi precipue ſuper numero ex tali decubitu proueniẽtis vt certiſſima ſcio experiẽtia:ꝙ mihi puero ex tali cauſa ſicut ⁊ adultis plurib⁹ accidit.

¶Cap.cclxvij.oſtendit quid ſit vigilia ⁊ ꝙ temperata conueniat ſicut ſuperflua maxime noceat.

Quamquã ea que dixim⁹ de ſomni vtilitate: ſufficere deberent ad intelligendũ quantũ moderate dormire ſit vtile. Tamen pro ampliori noticia ipſius volumus ⁊ de vigilijs que ſomno opponũtur:aliqua breuiter declarare:vt oppoſitum magis intelligatur per ſuuꝫ oppoſitum:teſte philoſopho in.iij.de anima textu cõmenti.xxv.Dicamus ergo cum Auicen.in.j.tertij trac.⁊.c.iiij.ſic ſcribente.Uigilia eſt diſpoſitio cum affunditur ſpiritus animalis ad inſtrumẽta ſenſus et motus vt eis vtatur. Serra autem ſuperfluitas in

UVA. BHSC. IyR_272

vigilia ꝛ egreſſus a re naturali . et in canticis textu cōmēti.cxlj . Temperata vigilia excitat valde ſenſ⁹.ꝛ diſponit vires ad exercendum opationes ſuas:ꝛ cū hoc mundificat corp⁹ a fecibus ꝛ ſuperfluitatibus.Et ſic tēperata ꝛ non ſuperfluēs cōmendatur ſicut ſuperabundās minime .Et qđ ita ſit apparet per Auicē.in.iij.primi doc . ij. c.xiij.dicētem Cum vigilie ſunt multe cōplexionem corrūpūt cerebri aliquo ſiccitatis modo:ꝛ debilitāt ipſum : et cōmiſcent rationē:ꝛ adurunt humores:ꝛ egritudines faciunt acutas . Et infra ſubiunxit.Vigilie deſideriū augent:ꝛ famē efficiunt ꝑpter illud qđ de materia reſoluunt ſi de digeſtiua minuunt:ꝛ ꝑpter illud qđ de virtute reſoluūt.Et in.j.tertij trac.v.c.xj.Superfluitas vigiliarū reſoluit ſpiritū:ꝛ debilitat eum:ꝛ cū hoc replet cerebrū vaporibus ꝛ in.xj.dixit tertij trac. j.c. v.inquit.Vigilie ꝛ exercitiū ſcȝ ſuperflua debilitant cor cum reſolutione. ꝛ in.xiij.tertij trac.ij.c.xij.Vigilie ſuperflue cōmouent famē ꝛ appetitum vehementē ꝛ in canticis textu cōmenti. cxlij.ſic etiā ait.ex longa vigilia contingit expgefactio ꝛ inſomnietas generans anxietatē ꝛ anguſtiā anime: ipſa enim diſſoluit ſpiritus:ꝛ corpora ſedat:ꝛ corrumpit ſplendorē ꝛ claritatem corporis ꝛ calorē eius: ꝛ profundat oculos:nocetq; digeſtioni: ꝛ mentem tollit: ꝛ infrigidat corpus. Que fuit ſnīa Almanſoris in lib.iiij.c.iij.dicentis.Vigilie vero multe calorē incēdunt:ac formā corrūpunt:corpuſq; deſiccant atq; cholerā rubeam in ipſo augmētant.Quod precipue operant̃ cū corpora ſunt macra.Oportet itaq; vt anima vigilare nō cogat̃ cum diſſoluta ꝛ ſtupida fuerit:neq; ad dormiēdum incitetur cum excitata atq; ſubtilis.ꝛ acuta fuerit motuſq; leues ꝛ ſenſus fortes . A quo ſumpſit Auerrois in ſexto colliget cum ait.Quando vigilie exuberant:corpus deſiccant:ꝛ calorem diſſoluunt naturalem: ꝛ calorē accidentalem incendunt.Que quoq; fuit Gal.ſnīa in.j.Terapētice.c.dicentis.Siccant em̄ totius corporis habitū vigilie ꝛ ꝑpter hoc ſunt nociſſime his qui ſcđm ſiccitatē egrotāt . Et in cōmento.lvj.ſecūdo regiminis acutorum.ſup illo hyppocratis v̄bo. Multe vigilie faciūt contra cibi potuſq; digeſtionē ꝛc.Inquit de aptitudine vigiliarum eſt vt reſoluāt corpus ꝛ exiccent ipſum.Et in.iij.Techni textu cōmenti.xlvj.dixit.Vigilia exiccat corp⁹ eius vero oppoſitū humectat.Ex quibus oībus clariſſime patet quantum ſuperflue humano corpi noceant vigilie.Et ꝓpterea concludamus in vno verbo cū hypocrate in.ij. aphoriſmorum.aphoriſmo.iij.dicēte.Somnus ꝛ vigilia vtraq; modo magis facta malum.Dormiam⁹ itaq; vigilemus temperate:plus tn̄ ꝛ minus vt etas cōplexio tempus anni:qualitas ꝛ quātitas cibi preaccepti ꝛ talia hmōi requirūt: qđ qui fecerit a nocumētis ex ſomni ꝛ vigiliaꝝ ſuperfluitate prouenientib⁹ ſecurus erit:vt ſatis ex dictis eſt manifeſtum.

¶Cap.cclxviij.oſtēdit qđ ſit ſomniū:q̄ cauſe eius:ꝛ qđ de ipſo hoc in loco cōſiderandū: lȝ ſomniatis minime ſit credēdum.

Quia in ſomno plurima ꝛ extranea ſepenumero ſomniam⁹ de quib⁹ nunq; etiam cogitauimus: quemadmoduȝ nobis euenit plerumq; ꝙ volare videmur ſuper terram ſicut hyrūdines faciūt. Quod quippe ſomnium noſtre cōplexioni cōnaturaliſſimum exiſtit : vt ex dicendis apparebit.Solent ex his inquam nonnulli pertimeſcere adeoq;

OVA. BHSC. IyR_272

ſibi aliquod malū facientes auguriū dubitare vt firmiter credant infortunium ſibi parari: ⁊ inde qn̄q; per multos dies triſtantur. Propterea mihi videtur aliquid de hac materia ſomniorum dicendū eſſe: tum vt ipſi ſuis huiuſmodi phantaſijs fidē deinceps non adhibeant: tum etiam vt intelligant quomodo ſomnij qualitatem ⁊ non rem ipſam ſomniatā debeant cōſiderare: vt ſciant ex hoc qualiter corpus eoꝝ diſpoſitum ſit: ⁊ quibus egritudinibus preparatum: vt ſe valeant ab illis precauere. Sed anteq̄ ad hec deſcendamus: declaramus quid ſit ſomnium: ⁊ que cauſe ipſius: vt dicenda clarius pateſiant. Dicimus ergo cum Petro padubanenſi in. xxx. problematum. cōmēto vltimo ſic ſcribente. Somniū eſt paſſio cauſata ex motu in phantaſia facto. vel melius. Eſt phantaſma factū a motu ſimulacrorum dormientis in eo quod a multis fit cauſis: ⁊ ſcḋz hoc diuerſa ſortiūtur nomina. Fit em̄ quandoq; a ſupabūdantia aliquorum humorū in corpopore exiſtentium per quod quidē medici coniecturant multa ſicut infra dicemus. Cauſatur etiam ſomniuz propter motus ⁊ operationes: de quibus multū fuit anima ſolicita in vigilia ⁊ vehementer eis intenta; ita ꝙ nocet dum dormit quieſcentibus motibus exterioribus non adhuc motus quieſcit interior factus in phātaſia. in qua forme apprehenſe retinentur a virtute imaginatiua eas diuerſimode cōponendo modo quidem ſentitur minus: tunc autem magis eo ꝙ maior motus obſcuret ⁊ diſſoluat minorem ſicut dicitur in libello de ſenſu ⁊ ſenſato. ⁊ in. v. de generatione animaliū. et in de ſomno ⁊ vigilia tertio. Unde in eodem dicitur. Phantaſmata quedā eſſe cauſas propriorum vniuſcuiuſq; actuum non eſt irrationabile: et tale ſiquidem ſomnium poteſt animale nominari: cum cauſetur a motu in virtute anime a prioribus actibus relato. Cauſatur etiā quādoq; ab impreſſione facta ab animalibus celorū vel intelligentijs ipſoꝝ: que etiā motores dicūtur orbium operantes quandoq; formā in imagine ſcḋz comparationē ipſarum ⁊ cōparationē animarū noſtrarū ⁊ aptitudinem: quia anime noſtre habent maiorē cōparationem ſimilitudinem cū ſubſtantijs angelicis q̄ cum corporibus ſenſibilibus. vt dixit Auicen. in libro. iij. de anima. vnde. j. regiminis acutoꝝ dicitur ꝙ quedam ſomnia ſunt a deo benedicto et ſublimi: ⁊ id ſiquidem poteſt ſomniū celeſte appellare cū ab animab⁹ cauſetur celoꝝ ⁊ ſi quod ſomniū verum eſt: dicendū ꝙ ſomniū verius eſt celeſte. Aliud autē nullius aut pauce virtutis exiſtit: ſunt enim magis deluſiones quedaz eoꝝ circa que anima fuit ſolicita in vigilia ⁊ occupata: ſicut fameſcenti repreſentatur alimentū: ⁊ cupienti coitum femella. Somniū autē naturale ⁊ ſi verificetur: vt plurimum non tamen aliquam mirabilē oſtenſionem importat. Cui autem ſomnia videat celeſtia ſeu a celo reuelata: ille eſt qui cōſueuit dicere verū. Uſus enim prauarū cognitionū ⁊ conſiderationum inducit imaginationē malorum morum ⁊ inobedientiū virtuti rationali: vnde dictū eſt meliores ſomnia videre meliora. Quare ſomnia mendacis: deriſoris. loquacis: triſtis: ebrioſi: ac illius in quo preualet cōplexio aliqua vel ſolicitudo nō ſunt vera. Unde. iij. de ſomno ⁊ vigilia quorum loquax eſt natura ⁊ melācholico multimodas viſiones vidēt: eo ꝙ exiſtūt in multo motu: propter qḋ non ſunt vero ſomnia plerumq; niſi videantur circa mane. tunc em̄ motus humoruz quieſcunt magis ⁊c. Similiter inquit in differentia. clvij. plures de ſomnio adducens diſtinctiōes: inter quas p̄n

UVA. BHSC. IyR_272

cipaliſſima eſt illa quã ſupra tetigimus ſcꝫ ꝙ aliquod eſt naturale. aliđ animale: ⁊ nonnullũ celeſte ſeu diuinum: ⁊ vocat illud naturale qđ ex dominio cõplexionis cõtingit ⁊ humoꝝ ſicut dicit Auic. in lib. ſuo de anima ꝙ naturalia ſomnia ſunt que veniũt ex temperantia virtutum humoꝝ cũ ſpiritu gerente virtutẽ formalem ⁊ imaginatiuam ⁊c. Animale vero qđ cauſatur a multa ſolicitudine anime circa aliqđ in vigilia. Diuinũ vero ſomnium qđ a diuinis ſiue celoꝝ cauſat᷑ animabus de quo ipſe poſt multa ſic ait. Somniũ verꝰ eſt celeſte ſeu diuinum. ⁊ maxime cuꝫ anima fuerit libera ſuperioribꝰ ſubſtantijs applicata eorũ repreſentationes ſuſcipiẽs. Animale ꝟo nullius aut pauce veritatis exiſtit: eſt eñ magis illuſio q̃daꝫ eorum circa que anima fuit ſolicita ⁊ occupata in vigilia: ſeu fameſcẽti repreſentant᷑ cibi: appetẽtiq; mingere cloaca ⁊ ſtrepitus agonizanti. De ſomnio ſimiliter naturali dixit vbi ſupra. ⁊ tãdem de eo ſic cõcludit: ꝙ ſi accidit: et maxime ꝯtra repletionẽ ꝓprieq; vaporabilium ventoſorũ verificatur q̃ꝫ minime. Et ꝓpterea q̃ timere ſolẽt ex ſuis ſomnijs: deinceps nõ expaueſcãt nec eis aliquã penitus fidẽ adhibeãt cũ vt plurimũ deluſiones ſint vt p̃dictum eſt: q̃bus nõ eſt credendũ medici philoſophi: ⁊ theologi vnanimiter precipiant. Et licꝫ Ualerius maximus pluria narret de ſomnijs Artorij medici. Ceſaris Auguſti. P. Decij. ⁊ M. Torquati. M. Ciceronis. C. Gracchi. Caſſij parmenſij. Atterij. Ruffi. Alexandri regis macedonie: aliorũq; in libro. j. que quideꝫ celeſtia dici p̃nt: rariſſime ⁊ non niſi magnis viris cõtingentia. Non debet tamẽ ex hoc vnuſquiſq; tã facile de numero illorũ eſſe ſibi perſuadere: vt ſomnijs proprijs naturalibus vel etiam animalibus fidem adhibeat.

¶ Ca. cclxix. oſtendit quomodo qualitas ſomniorum ⁊ nõ ipa ſomnia conſideranda ſit: vt ſani dominium humorũ ſui corporis intelligant.

IN ſuperiori capitulo viſum eſt q̃d ſit ſomniuꝫ: que cauſe eiꝰ: ⁊ quomõ rebꝰ ſomniatis nequaq̃ credendum eſſet. In hoc autẽ loco oſtendamus ꝙ in prĩcipio illius ꝓmiſeramꝰ: ſcꝫ vtilitatem que ex qualitatibus in ſomnijs apparentibꝰ eſt eligenda: vt per eas ſomnioꝝ qualitates qualiter diſpoſiti ſimus in humorũ ſuperabũdantia facillime percipiamus. In primis ergo dicamus cũ Auicẽ. in. ij. primi. doc. iij. c. vij. ſic ſcribente. Somnia ſignificãtia dñium ſanguinis ſunt: ſicut cum homo in ſomnis res videt rubeas: aut ſanguinẽ multũ ex ſuo corpore exire: aut ſe in ſanguine natare: ⁊ ſimilia. Demoniũ vero phlegmatis ſignificant ſomnia in q̃bus videntur aque ⁊ flumina ⁊ niues ⁊ pluuie ⁊ frigus. Dñium vero cholere rubee monſtrant ſomnia: in q̃bus videt᷑ ignes: ⁊ verilla citrina: ⁊ videre res que non ſunt citrine citrinas. ⁊ videre inceſſionem aut caloreꝫ balnei: aut ſolis: aut his ſimilia. Et dñium cholere nigre: ſcilicet melancholie oſtendũt ſomnia terrorem facientia ex tenebris ⁊ cruciatu ⁊ rebus nigris ⁊ terroribus. Et in. j. tertij. c. vj. in fine ſic ẽt inq̃t. plurimũ eñ viſionis rerum citrinarũ calidarũ ſignificant dñium cholere. Et ſimiliter plurimũ viſionis reꝝ cuiq; cõplexioni ꝓportionalium: quas numerare non eſt neceſſe. Et ſomnia q̃dem permutata ſignificãt caliditatẽ ⁊ ſiccitates: ⁊ illa quorũ nõ recordat᷑ ſignificat frigiditatẽ ⁊ humiditatẽ ſecundũ plurimũ. Qđ ẽt ſenſit Raſis in tertio Almanſo. c. xxiiij. dicẽs. cũ eniꝫ

UVA. BHSC. IyR_272

aliqs in ſomno pluuias multotiēs vi
det ⁊ mare ⁊ fluuios: multa in ei⁹ cor
pore humiditas adeſſe ſignificatur.
Ignes vero ac fulgura ⁊ lites cū aliqs
in ſomnis frequenter aſpicit cholera
rubea in ipſo abundare mōſtrat̄. Co
lores aūt rubeos ⁊ tictos ac nuptias
⁊ cibaria dulcia ⁊ vētoſas atq̃ fluxuꝫ
ſanguinis ac phlebotomiam ſi aliqs
ſomniauerit: ꝙ ſanguinis multitudo
ſit declarat̄. Cūq̃ multa fuſco colore
tincta atq̃ nigredinē ⁊ timores ac pa
uores in ſomno aliqs aſpicit: cholere
nigre operatio ſignificat̄. Et cū aliqs
in ſomno videt ſe manere q̄ſi in loco
niuis vel frigido a quo ledit̄ frigoris
ſignificat̄ victoria. His aūt ɔ̄ria ſi vi
ſa fuerint: ɔ̄rie erunt ſignificatiōes. et
ſi aliqs videt ſe q̄ſi in balneo vl' in ſo
le vel quaſi canicularib⁹ exponat̄ die
bus: vel in igne exceſſus ſignificat̄ ca
liditatis. Et cuꝫ aliqs ſomniauerit ſe
quaſi volare ⁊ inuadere ſicut accipi
ter ⁊ capere: ſiccitatis monſtrabit̄ ex
ceſſus: atq̃ humoꝝ leuitas ⁊ ſubtili
tas Si qs ēt ſe quaſi ab aliq̄ aggra
uari ſomniat: repletione laborare oſtē
ditur. Quicūq̃ ēt ſe ꝑ loca q̄ſi cenoſa
incedere videt fetidū habentia odo
rem: putridos in corpore demonſtrat̄
habere humores. His vero ɔ̄ria contra
riam hn̄t ſignificationē. Qui autē in
ſomnis videt ꝙ quaſi incedat ꝑ hor
tos bonū habentes odorē ſuoꝝ ſigni
ficatur equalitas humorum: ⁊ ꝙ a pu
tredie valde ſunt remoti. Per loca ve
ro quaſi anguſta ⁊ ꝑ foramina ſi qs
ſe ambulare cōſpicit: inſtrumenta an
helitus graue pati egritudinē demō
ſtrantur: que ipm tantā aeris q̄tita
tem attrahere vetat: q̄ta ei eſt neceſ
ſaria. Gal. quoq̃ in .v. de interioribus
c.vj. inq̄t. Multi ꝓpter malos humo
res in ſtomacho coadunatos viderūt
peſſima ſomnia: quoꝝ ſomni diſtur
bati ſunt ⁊c. Et in lib. de ſomnijs ait.
Somniū nobis indicat diſpoſitiones
corporis. Ignē enī acceſum q̄s vidēs
in ſomno a xanta moleſtat̄ cholera.
ſi vero fumū vel caliginē vel profun
das tenebras: a nigra cholera. Plu
uia vero humiditatē abundare indi
cat. Nix aūt ⁊ glacies: par phlegma
frigidum. ⁊ poſt aliqua ſubiunxit. Sō
niamus plerūq̃ ea qbus egemus: vt
bibere: coire: ⁊ ſimilia ⁊ poſtremo di
xit. Que vident q̄ egrotāt in ſomnijs
coindicabūt plerūq̃ nobis indigen
tias ⁊ abūdātias ⁊ qualitates humo
rum. Et ꝓpterea debent ēt ſani ſi fre
quenter viderint aliqd ſupradictoruꝫ
cum medicis cōſulere: ⁊ ɔſideratis ēt
alijs indicantib⁹: poterūt poſtea pur
gari: ⁊ a futuris infirmitatib⁹ ꝓſerua
ri. Et hec ſunt q̄ in ſomnijs attendere
debemus. qm̄ natura plerūq̃ demon
ſtrat qbus indigeat: vt clariſſime patꝫ
de his q̄ in cena carnes ſalitas mādu
carunt: ⁊ nō multū biberūt in nocte ſi
tientes dū dormiūt ſe bibere ſomniāt
vinū aut aquam ſitim eoruꝫ minime
remouentē. ſicq̃ de alijs ſomnijs na
turalibus. quare ⁊c.

¶ Cap. cclxx. oſtēdit ꝙ ab accidē
tibus anime ſit abſtinendū ⁊ ma
xime poſt cibū ⁊ refectionem: dige
ſtionē quā corrūpūt fieri ꝓhibeāt.

Diximus ſupra i.c.ſcꝫ.cclxi.
ꝙ poſt cibi aſſumptionem
quieſcendū erat: aut modi
cum deambulandū donec
cibus ad fundum ſtoma
chi deſcēdiſſet: deinde dormienduꝫ ⁊
hoc vt melior celebraretur digeſtio.
cū ſomnus fortificādo virtutes natu
rales digerere faciebat. Ex qb⁹ omni
bus tota intentio nr̄a erat: vt preacce
pta reficientia omīo coquerent̄ in ſto
macho: ⁊ in eo nō putreſcerent qd ite
rum procuramus dicentes qd omne
cãdũ repletiões humoꝝ ſpẽs oẽs
myrobalanoꝝ:ꝛ valde conueniũt:
cũ (vt colligit̃ ex dictis ꝓallegatoꝝ
ſapiẽtũ) nõ debilitẽt cũ ſolutione
ſua:imo ꝯfortãt ſtomachũ ꝛ ꝓprie
viſcera:ꝛ ꝓparẽt ꝛ coadunẽt ptes
eoꝝ: ꝛ cõfortãt cor ꝛ epar ꝛ corpꝰ to
tũ:neꝙ em̃ niſi ad vnũ videt̃ noci
ui:q̃m faciũt cadere ꝓparatos i op
pilatiões:niſi rectificet̃ cũ diureti
cis abſinthio ſpica ꝛ ſilibꝰ: ſũt em̃
vt dixit Meſue:ex rebꝰ q̃ faciũt vtẽ=
tes ſe iuueneſcere:ꝛ acq̃rũt eis calo
rẽ bonũ:ꝛ bonitatẽ odoꝝ oris ꝛ ſu
doꝝ ꝛ gñrãt gaudiũ ꝛ hilaritatẽ:ꝛ
ꝯfortãt ſtomachũ cor ꝛ epar: ꝛ ꝯfe=
runt tremori cordis: et confortant
ꝛ preparant ꝛ mundificant ſtoma
chum:conferũt emoroidibus ꝛ exti
gũt cholere rubee iflamationẽ:ꝛ ci
trinoꝝ ꝓcipue operatioi hoc ẽ ꝓexcel
lẽs:cũ ipi ſolutiõe educãt eã: ꝛ ꝯfe
rũt ꝯplexiões hñtibꝰ calidas. Che
buli aũt q̃ ſũt ſpẽs eoꝝ ſcꝺa:educũt
phlegma:ꝛ addũt i rõne ꝛ clarificãt
viſũ:ꝛ mũdificãt ſtomachũ:ꝛ ꝯfor=
tãt ipm. ¶ Nigri aũt ꝛ ſũt. iij. ſpẽs
ipoꝝ:diſſolutiõe educũt melãcho=
liã ꝛ cholerã aduſtã:ꝛ clarificãt co
lorẽ:ꝛ remouẽt triſticiã ꝯferẽdo q̃r
tanarijs lepſis ꝛ huiuſcemõi. Ebli
ci ꝙ ſpẽs q̃rta ipoꝝ ñ minꝰ alijs vti
les exiſtũt:eo ꝙ (teſte eodẽ Meſue)
ſũt ex medicinis ꝯfortãtibꝰ ſtõachũ
cor ꝛ epar ꝛ viſcera ſolutiõe educẽ=
tes phlegma:ꝛ ſũt ex rebꝰ valꝺ ꝯfor
tãtibꝰ cerebrũ ꝛ neruos:ꝛ augẽt in
tellectũ:ꝛ ꝯfortãt cor:mũdificãt ſto
machũ a phlegmate:ꝛ putrefactiõe
ꝛ ꝯfortãt ipꝫ:ꝛ ꝓparãt ꝛ ſedãt feruo
rẽ i eo:ꝛ conferũt ſiti:ꝛ addũt i ap=
petitũ:ꝛ ſedãt vomitũ. ¶ Belirici ꝙ
poſtrema myrobalanoꝝ ſpẽs ſũt ex
medicinis bñdictꝭ:ꝛ eaſdẽ cũ embli
cis hñt ꝓprietates:iõ ſani ſicut ifir
mi non debẽt alias his medicinis
fortiores eliger̃:cũ poterũt huiuſce
mõi iã dictꝭ ſua corpa a ſupfluitati
bꝰ ſufficiẽter mũdificare. qꝺ ſi aliꝗ
rõne vl cã qs ꝓfata accipe nõ poſſet
euacuãtia ea ſaltẽ q̃ i ſequẽti. c. re=
ponẽtur aſſumat:q̃ delectabilia ſũt
ꝛ prehabitis nõ minꝰ vtilia:adeo ꝙ

UVA. BHSC. TyR 272

ſicut ⁊ hec (q̄ diximus) ſecura: ꝙ in quocūqꝫ tēpoꝛe anni ſine aliqua re cipi poſſunt heſitatione: attamē rō ne euacuādoꝝ humoꝝ: in vere ma gis videtur cōuenire: cū dicat Ané zoari.ij.lib.ſui Theſir tractatu.iij. c.ij. hec verba. Dico ꝙ medici non laudāt purgationē vel phleboto- miā: niſi in tpe tēperato: eo ꝙ quā- do temp⁹ elōgatur multū a tempe rie verſus frigiditatē: hūoꝛes ge- neraliter ſunt coagulati ⁊ cōpacti ⁊ difficulter purgantur ⁊ mouētur ⁊c. Si vero aer ad caliditatē ſuper- fluā declinauerit: hūoꝛes tūc velo- ciſſime euacuāť ⁊ mouētur q: hūo- res ſūt diſſoluti ꝓpter caliditatē. et iō ad talē euacuationē ſubſeqť de- bilitas magna inqͭt ipſe. Pꝛopte- rea nō eligatur tēpus ſupꝛa temp⁹ veris magis cōueniens ꝓ purga- tionibus faciēdis etiā cum lauda biliſſimis euacuatiuis: qualia ſūt que dicta et que iam ſequuntur.

¶ Cap. cclxxxij. ponit quaſdam alias medicinas euacuatiuas ſanis vtiles ⁊ coꝛpus abſqꝫ no- cumento purgantes.

Conſueuerunt vulgares exiſtimare ꝙ reubabarū ſit fortiſſima medicinaꝝ omnium infirmis nequa ꝗ ꝓpinād a: niſi in eoꝝ vite parte poſtrema cū nulla ſpes amplius vel fiducia de ipſoꝝ ſalu te habeať. Nō intelligētes ꝙ ſi me dici tunc medicina reubarbari vtā tur: nō id faciūt: q: ipm fortiſſima ſit medicinaꝝ: ſꝫ q: ſecuriſſima et optima nullā ingerēs moleſtiā pa tienti ſicut alie medicinaꝝ ꝗplu- res facere cōſueuerūt. Et ꝙ ita ſit apparet ꝑ Meſue dicentē. Reubar barū ex medicinis bñdictis ⁊ ſolē- nib⁹: in ꝗ aggregātur multe ex in- tētionib⁹ q̄ querūtur in re faciēte mūdificationē ⁊c. Et infra dixit. Nō eſt in eo nocumētū apparēs: ⁊ da- tur in omni tpe: ⁊ in oī etate: ita ꝙ etiā pueris ⁊ pꝛegnātib⁹. et de ele gantioꝛib⁹ ⁊ melioꝛib⁹ q̄ iūcta cū eo magnificāt operationē eius eſt aqua lactis ſūpta ex capꝛis ⁊c. Et eius declarās vtilitates ait. Solu tione eduxit cholerā ⁊ phlegma: ⁊ maioꝛs eius ꝓpꝛietas eſt mūdifi- care ⁊ cōfoꝛtare epar ⁊ ſtomachū: ⁊ cōferre doloꝛib⁹ pungitiuis eoꝝ ⁊ viſcerū: ⁊ clarificare ſanguinē: et auferre oppilatiōes ⁊ moꝛbos quo rū mater eſt oppilatio ſicut hydro piſis icteritiā ⁊ groſſitiē ſplenis ⁊ febꝛes oppilationū ⁊ ſılia. ¶ Caſia quoqꝫ fiſtula guſtui ſatis delecta- bilis eſt ꝑ tali coꝛpis mūdificatio- ne multū vtilis ⁊ ſecura: cū dicant autoꝛes de ipā ꝙ ſit de medicinis in quib⁹ eſt fiducia iuuamētoꝝ: ⁊ eſt ſine nocumēto carēs acuitate ⁊ moꝛdicatione ⁊ oī exceſſu ledente ſup cui⁹ exhibitione pꝛeſumitur oī etate. Ita ꝙ pueris ⁊ pꝛegnātib⁹: eo qḋ eſt equalis cōplexiōis hūida in pꝛio: lenitiua: reſolutiua: clarifi- catiua ſanguinis: ſedatiua acuita- tis ei⁹ ⁊ cholere rubee: ⁊ non eſt in ea nocumētū apparēs ꝑter ꝙ no- cet debilia habētib⁹ viſcera ⁊ lubꝛi ca: ꝗ ab ea remoueť nocumētū i ꝑ- mixtiōe myrobalanoꝝ ⁊ reubarba ri cū ea ⁊c. Cui⁹ poſſe eſt: q: mūdi- ficat ſaguinē: ⁊ cōpeſcit omnē acui tatē ſedat ſiti ⁊ ꝓpꝛie cū ſucco endi uie aut ſolatri depurati ⁊ clarifica ti ſꝫ artē. Et ipā qdē mūdificat ſto macū ⁊ educit cholerā ⁊ phlegma ⁊ operatur illud ſine nocumēto et exceſſu: caret enim moꝛdicatione. Et ipſa quidem lenit pectus ⁊ gut tur: et reſoluit apoſtemata acuta in eis: et cōfert calefactioni renum ſumpta cum diureticis et infuſio- ne liquiricie ⁊ pꝛohibet generatio- nem lapidis in eis ⁊ confert febꝛi- bus calidis.

UVA. BHSC. IyR_272

bus calidis. hec Meſue. qđ et alij
medicine doctores voluere: quoꝝ
ꝟba breuitatis gr̃a relinquamus.
¶ Manna ſil'r ꝛ thamarindi medici
ne faciles nō minuſq; delectabiles
exiſtūt ꝓ tali purgatiōe hūoꝝ ꝛ ꝑci
pue cholericoꝛuꝫ: valde vtiles eſſe
approbant: cū eaſdē ferme ꝟtutes
habeāt ꝛ opationes cū caſſia ꝛ reli-
quis anteſcriptis. Et iō ſanis non
min⁹ ꝙ egris qbuſdā vident̄ cōue
nire: ꝛ ſi thamarindi ledāt ſtoma-
chū frigidū ꝛ debilitēt: cū vt lquit
Meſue: tn̄ ꝛ illud facile pōt remo-
ueri ꝑmiſcēdo eos cū ſpica ſucco fe
niculi ꝛ hmōi ſtomachū cōfortanti
bus. His igit̄ ꝛ ſimilibus benedi-
ctis euacuātib⁹ eſt vtēdū: cū corpo
ris aut mēbroꝝ repletionē ex ma-
lis humorib⁹ cōgregatā volueri-
mus euacuare: poſtponēdo ſcamo-
neā turbith: coloquintidā: hermo-
dactylos: ꝛ talia laborioſe ſoluētia
in qb⁹ venenoſitas exiſtit: ex qua
ſtomachus ꝛ mēbra principalia in
eoꝝ operationibus plurimū: vt ſu
pra viſum eſt: impediuntur ꝛ debi
litantur. Et ſicut de ſimplicibus
actum eſt: pariter et de compoſitis
intelligatur. Naꝫ compoſita phar
maca quecunq; ſint illa: ſiue pilu-
le: ſiue electuaria: aut confectiones
ꝛc. Benedicta et ſecura dicetur ſi
ex ſimplicibus laudatis et facili-
bus fuerint conſtituta. Si vero cō
ficiantur ex venenoſis: erunt pro-
culdubio laborioſa. Et ideo ſani
bene debent aduertere cum ſe pur
gare voluerint: ne aliquod illoꝛuꝫ
venenoſoꝛum accipiant: cum pro
eadeꝫ intentione ſuffecerint bene
dicta. quare ꝛc.

¶ Capitulum. cclxxxiiij. oſten-
dit quando quomodo: et que
laborioſe ſint accipiende me-
dicine.

Satis qdeꝫ appuit ex
dictis i.c.cclxxx. libri
huius quātū ex ſoluē
tes ꝛ laborioſe medi-
cine fugiende ſint ex
numeroſitate ꝛ ſuoꝝ
magnitudine nocumētoꝝ: q̄re id
mihi videt̄ minime replicādū: ſed
poti⁹ declarādū. qꝛ ſi noceāt: qñq;
tn̄ eis vti neceſſe eſt: vt cū opoꝛtue-
rit materias groſſas ꝛ difficiles in
mēbris longinqs exiſtētes purga-
re: eaſq; ab illis eradicare: quod ne
quaq; bñdictis cū medicinis fieri
poſſet: eo ꝙ ipſe ad loca tā remota
ſua cū ꝟtute minime poſſent pue-
nire: vt de podagricis: ſcabioſis et
hmōi eſt videre: qb⁹ aut nihil aut
paꝝ ꝑfecto reubarbaꝝ: caſſia man-
na ꝛ his ſimilia cōferēt: ſꝫ hermo-
dactylis: turbit: ꝛ talib⁹ foꝛtioꝛib⁹
indigēt: q̄ ſuis cū iuuamētis nō ha
bent modicum nocere vt declaraui
mus: iō in pn̄tiaꝝ dicamus ꝙ ſi ab
eis excuſari nō poſſum⁹: qꝛ nō ſolū
in ſtomacho epate ꝛ ſimilib⁹ ſit re-
pletio. Uerūetiā in capite: aut iun-
cturis ꝛc. hmōi mali chimi fuerint
eradicatiōe indigētes: tūc eas acci
piam⁹ ꝛ nō niſi poſtq̄ ſufficienter
fuerint cōſolate: rectificate ꝛ corre-
cte qm̄ Johānes Meſue in. c. j. ꝛ ca
none ſic ait. Cōmunis medicinarū
ſcđm plurimū malitia eſt facere ſe-
neſcere corp⁹: ꝛ frequētib⁹ illas le
ſionē afferre ꝑncipalib⁹ mēbris: et
q̄ ſunt minere ꝟtutū eaꝝ motores
debilitare q̄ ſunt ſpūs ꝛ calor natu
ralis. Indicit̄ ergo nobis neceſſi-
tas admiſcere medicis ſolutionem
facientibus res: quarū ꝓprietas ē
cōfoꝛtare cor ꝛ mēbra principalia ꝛ
afferre eis diſpoſitiones laudabi-
les. ꝛ cū hoc auxilio acquiritur cor
pori reiuueneſcētia ꝛ incolumitas.
Res aūt quaꝝ auxilio facim⁹ hoc
ſunt medicine cordiales ꝛ ſtomati-

UVA. BHSC. IyR_272

che ⁊ cerebrales.⁊ alie aliorū principiorū cōfortatiue note.Verū ſup oib⁹ his canō eſt:vt cōfortet cor in oī euacuatiōe:⁊ hec dꝫ eſſe intētio prima.Prim⁹ eñ occurſus oim accidētiū occurrētiū corpori ē ad cor tanq̄ ad baſim vite.Secūda intētio dꝫ eſſe cōfortare ſtomachū tāq̄ ſuſceptorē: aliorū aūt cōfortationē proſequi debere nō eſt principalis intētiōis:niſi ꝓprie qñ opꝫ ex aliquo eorū materias euacuare.q̄ fuit etiā principis ſnīa in quarto primi plurib⁹ in locis.Et Galien⁹ in ſecūdo regiminis acutorū cōmēto vndecimo dicentis.Oēs medicine ſolutiue ſunt nociue ſtomacho ⁊ ꝓprie ori ei⁹ cū ſit pluris ſenſus propter neruos q̄ oriunt in eo:⁊ ideo opꝫ vt ꝑmiſceant cū medicina q̄dā medicine odorifere:vt nō occurrat virt⁹ medicinarū ſolutiuarū ori ſtomachi nuda ſimplex ⁊c.Et in li.de experimētis.cap.vltimo ſimiliter inq̄t.Medici ingeniati ſunt in medicinis laxatiuis ponere aliqua q̄ ſtomachū cōfortant.Et ꝓpterea q̄ purgari voluerint cuꝫ pilulis aut alijs medicinis:quarū receptas et deſcriptiones habēt etiā a famoſis medicātibus traditas:debēt ſi medicinalē itelligāt ſcientiam oīa eas ingredientia cōſiderare:et doſes ⁊ quātitas ſolutiuorū ⁊ corrigētium bene perpendere ⁊ videre ſi ſoluentia illa correcta ſint ſufficiēter ⁊ cōſolata ꝓ corde ſtomacho et ceteris cū cordialib⁹ ſtomatichis ⁊ ſimilib⁹.Et ſi oīa bñ ꝑponderata cognouerit:ſtudeat deinceps perſcrutari ſi ſue cōplexioni:⁊ repletioni:⁊ materie qualitati ⁊ quātitati atq̄ loco ſint cōueniētia ⁊ ſufficienter directa:ſic poterit ea ſolutiua ſumere:in debita tñ doſi ⁊ nō ſuperflua:q̄ ſi aliqd̄ ꝓdictorū eis defuerit nō accipiat aliqua ratione vel cā.Sꝫ ſi hec oīa equilibrar e neſcierit:meli⁹ eſt ei ne aliquid tale accipere ꝓſumat:immo cū ſapiēti medico cōſulat:⁊ ab eius cōſilio nō diſcedat:q̄ ſi aliter fecerit ſciat ſua cū preſumptiōe ſeipm interimere vel ſaltē imprudēter egritudinib⁹ exponere quare ⁊c.

¶Cap.cclxxxiiij.oſtēdit q̄ repletio ſit euacuanda ꝑ vomitū:declarando q̄ inde ꝓueniāt vtilitates ⁊ corpori iuuamēta:⁊ qñ fieri debet.

Quia nō ſemꝑ natura nobis demonſtrat repletionem vniuſcuiuſq̄ humoris per ſe ceſſum eſſe euacuandā.Similiter etiā q̄ nō ſemper ſubſtātia qualitas loc⁹ humoris ⁊ huiuſmodi id nobis indicant cum ſemper nō appareant in ventre rugit⁹:pūctio.grauitas:⁊ talia vētris fluxū denotātia:imo in ſtomacho qñq̄ nauſea cōturbatio ⁊ huiuſmodi humoris leuitatē ꝑ vomitū expellendi ſignificantia percipiuntur.Ideo dicamus q̄ qñ in ſtomacho cholerā adeſſe cognoſcem⁹ ex ſuis ſignis ⁊ tp̄s eſtatis fuerit:pectoris quoq̄ amplitudo cū ꝯſuetudine ⁊ reliquis huiuſmodi cōſentientib⁹:vomitū debemus tūc per ſuperi⁹ ⁊ nō ꝑ ventrē euacuare.q̄ q̄dē euacuatio a medicis ſolet vomit⁹ appellari.⁊ ab Auicē.i.xiij.tertij tracta.v.cap.viij.ſic diffiniri.Vomit⁹ ⁊ ſubuerſio ſunt mot⁹ ſtomachi ad expellēdū ex eo aliq̄d qđ eſt in ip̄o ꝑ viā oris.q̄ fuit Gal.ſnīa libro.vj.de accidenti ⁊ morbo.cap.j.dicentis.Vomitus eſt motus per quem res in cōcauitate ſtomachi manēs expellitur.Qui aūt humor per ipſum ſit apt⁹ euacuari ex

UVA. BHSC. IyR_272

preſſit princeps in.iiij. primi.ca. iiij.cũ ait.Ex humoꝛib⁹ q̄ velocioris ſunt obedientie vomitui ſcd̃m plurimũ eſt cholera:rebellis vero melancholia:mediũ aũt phlegma. In quo aũt tpe cõueniat ipſe etiã nobis indicauit i.iiij.primi doctri. v.dicẽs.Uomitus in hyeme eſt abhorrendus.In eſtate vero bonus: qm̃ humores in eſtate ſunt natantes.In hyeme vero ad ſuſtinendũ declinãtes.Et in.iiij.primi.c.xj.inquit.Eſtas eſt tempus in quo magis eſt dignũ:vt in ipſo fiat vomitus.Que fuit Hippocratis ſententia in.iiij.aphoriſmoꝝ aphoriſmo. iiij.dicentis.Purgare quidẽ eſtate ſuperiora.Hyeme vero inferiora opꝫ:⁊ precipue cuꝫ carnoſitas ſtomachi:amplitudo pectoris colli et ſimilium vnanimiter cõſenſerint. Qm̃ vomit⁹ cũ macredine ventris eſt difficilis ⁊ laborioſus ⁊ timoroſus quẽadmodũ dixit princeps in iiij.primi.ca.iiij. ⁊.xj.ſic eñ in horũ poſtremo ſcripſit.Holes q̄ remotiores ſunt ab hoc vt medicus eos vomere faciat:ſunt q̄ pect⁹ habent ſtrictuꝫ:⁊ q̄ ptyſi ſunt parati ⁊c.In his eñ oĩm ſcdꝫ medicãtiũ ſniam vomitus maxime ſuſpect⁹ habet. Sed ſi iam p̄dicta nõ obſtiterit grãdis quippe erit ⁊ cõuenientiſſima euacuatio ad ſanitatis cõſeruationẽ:dũmodo nõ ſuperfuerit:vt colligitur ab Auicẽ.in.iiij. primi.c.xiij. ſic dicẽte.Hippocrates p̄cepit vomitũ fieri debere in vnoquoq; mẽſe duobus dieb⁹ cõtinuis ꝓpterea ꝙ cũ eo cõſeruatur ſanitas:hoc autem plus eſt malũ.Et hui⁹ cauſaꝫ aſſignans inq̄t.Uomit⁹ mũdificat ſtomachũ:⁊ remouet grauitatem q̄ accidit capiti ⁊ clarificat viſum et aufert faſtidiũ ⁊ ꝯfert ⁊ cui⁹ ad ſtomachũ deſcendit cholera q̄ ipſius corrũpit cibũ ⁊ remouet abominationẽ que fit ꝓpter vnctuoſitatẽ et caſum deſiderij:⁊ confert pluribus infirmitatib⁹.ſicut ipſe ibidẽ ſcripſit dicẽs.Poſtremo ille cui quidẽ maius iuuamentũ affert vomitus eſt cuius cõplexio prima eſt cholerica ⁊c.Et in.xiij.tertij tracta.j.ca. xxxv.dixit.Nõ opꝫ vt i mẽſe pluſq̃ bis ſani euomant.qm̃ cõſueſcit natura eijcere ſuperfluitates ad ſtomachum.deinde ſubiunxit.Scias ꝙ vomit⁹ facilis leuis ſine labore ⁊ nõ freq̃ẽs in hora neceſſitatis ẽ maximi iuuamenti.Et per hoc facilem vomitum commendauit:difficilem conſequenter ⁊ laborioſum ꝓhibuit:vt poſtmodum in capitulo vltimo eiuſdeꝫ tractatus expreſſit cũ ait.Ex rebus magis nociuis ſtomacho eſt vomitus laborioſus quamuis ſit iuuatiuus ex parte purgationis:nocet tamen plurimum cũ debilitatiõe.Et propterea dixit in tractatu.v.eiuſdem capitulo.viij.In adminiſtratione quidem vomitus cũ equalitate eſt iuuamentũ maximũ:verum aſſiduatio eius maxime debilitat virtuteꝫ ſtomachi ⁊ facit ipſum lacunã ſupfluitatũ.Qd̃ ſimiliter ſenſit Raſis in.iiij.Almãſoris capt.xvj.dicens. Uomitus ſi vt debet tẽperate fiat: ſtomachũ purgat.⁊ digeſtiuã efficit meliorẽ:corpuſq; renouat ⁊ mũdat:caput quoq; ⁊ ſenſum alleuiat viſumq; acuit.ꝙ ſi mult⁹ fuerit corpus deſiccabit et epati ac pectori: necnõ oculis ⁊ pulmoni nocebit.⁊c. Et ideo ipſe poſt aliqua ſic concluſit.Uomitus preterea non frequenter fieri debet:corrumpitur enim ſtomachus:et ipſi⁹ virtus deſtruitur:quare non niſi cum oportuerit fiat.Et ſic apparet ꝙ ſani ſecũdum complexionis et repletionũ eorum diuerſitatem:diuerſimode purgari debeant.



UVA. BHSC. IyR_272

## De vtilitatibꝰ purgatiõis facte i vere.

¶ Cap.cclxxxv.oſtēdit quāta ſit vtilitas ⁊ neceſſitas purgatiõis corporū in vere quõoq̄ ex ea ſani fiāt ab egritudinibus putridis ſecuri ⁊ cetera.

Etſi ex his q̄ in ſuperioribꝰ dicta ſunt: facile cõprehēdi poſſit quāta ſit purgationis vtilitas: quantaq̄ eiꝰ neceſſitas i ſanitatis ↄſeruatione: attñ pro ampliori huiꝰ materie noticia decreuimꝰ hoc i.c. declarare quõ ſeu ꝓpter q̄d fit ꝙ purgati adeo fiāt ab egritudinibꝰ ⁊ p̄cipue putridis ſecuri: nõ euacuati v̄o minime: vt ex hoc ad corpꝰ mūdificādū i tpe veris hoies magis accedātur. Dicamꝰ ergo ꝙ neceſſitatis cā purgationis p phlebotomiā: ſeceſſum: vomitū: vrinā. ⁊ hmõi hec eſt ſcʒ vt corpis ſupfluitates p viā idigeſtiõis vel ex malis nutrientibꝰ gn̄ate tpe magni eſtꝰ futuri in eſtate nõ inueniant̄: eo q: tales hūorū ſupfluitates a regimine nature derelicte: ⁊ a calore naturali irregulate ab extranea tūc caliditate alterētur ⁊ i ebullitiõe reponant̄. ex qua mali ⁊ putridi vapores eleuent̄ naturales corpis humiditates extraneātes: ⁊ extraneate ſicut ⁊ ille nõ naturales putrefiāt: corpuſq̄ inde i ſuis opationibꝰ impediat̄ ⁊ egrotet. Sic nāq̄ fieri ſolēt ifirmitates: ⁊ p maxie putride: qm̄ vbi ſunt putredinis cauſe ſufficiētes: ibidē et putredo de neceſſitate reperiet̄ cū cā ⁊ effeccꝰ ſeinuicē inferant cū vniuerſalr ⁊ adequate ſumunt̄: vt Ariſto. ait in. ij. poſterioꝝ tractatu. iiij. c. ij. In corpe aūt nõ purgato cauſe putredinis inueniunt̄: ſcʒ calor extraneꝰ ⁊ accidentalis hūiditas: ex qbꝰ oīs cõſequit̄ putrefactio: teſte philoſopho in quarto Metheoroꝝ et in ſecūda ꝓblematū ꝓblemate. xxxiij. ſic ſcribente. Putrefit oē qd putrefit ab extranea caliditate: ſicut a ꝓpria digerit̄: in eſtate quidē extraneū dr̄ ꝓpter qd putreſcūt magis oia in ipſa ⁊c. Auicē. quoq̄ in ſcda primi doctrina ſecunda. c. xv. ait. Putredo nõ accidit niſi propter calorē extraneū. ⁊ i libro de viribꝰ cordis. c. j. ſecūdi tract. inquit. Diſpoſitio hūiditatis in quā agit calor innaturalis putrefactio nominat̄: hec aūt diſpoſitio in corporibus immūdis ⁊ repletis inuenit̄ q: ibi extranee exiſtūt hūiditates ab extrinſeco eſtatis calore alterate nõ paꝝ etiā a naturali cõmote ⁊ inflāmate eo ꝙ vias obturēt ⁊ repleāt plerūq̄ per quas naturalis ipa caliditas flabellari ſolet ⁊ refrigerari: ⁊ ꝓpterea fit ꝙ inde putrefactio in naturalibꝰ ⁊ vtilibꝰ cõtingat hūoribꝰ: ex qua diuerſe egritudinū ſpecies gn̄ant̄: vt ſenſit Galienꝰ in quinto Terapētice cū ait. Monſtratū eſt in libro cauſaꝝ egritudinū ꝙ illa ſola putrent corpora q̄cūq̄ materiā habēt calidā ⁊ humidā intranſpirabilia ⁊ inflāmabilia manētia i calido ⁊ hūido loco. Si v̄o in motu fuerint ⁊ flabellent̄ ⁊ trāſpirēt poſſent vtiq̄ imputribilia cuſtodiri ⁊c. Et ob hanc cauſam neceſſe eſt vt corpora mūdificentur in v̄e ab extraneis ⁊ inutilibꝰ hūiditatibꝰ ſiue cū phlebotomia: ſiue cū alijs p̄fatis igenijs vt ſanguis ⁊ hūores naturales puriores reddant̄: ⁊ mēbra ipſa mūdiora ſicut cõſernāda ſanitas requirit: aliter eīm impoſſibile videt̄ qn̄ mors aut ſaltē aliqua ⁊ in breui q̄dē cõſequatur egritudo. quemadmodū ſenſit Gal. in libro de cõſtitutione artis medicatiue capitulo nono cum de precuſtodia corporū loqueretur di

UVA. BHSC. IyR_272

cēs:preſeruatiua vtiq; pars artis erit quā ⁊ ꝓprie vocāt ↄcuſtodiuā in primo gñe cōſiſtētiā habēs:qñ enim vel multitudo humoꝝ vel prauitas:vel obſtructio:vel corruptiua virtꝰ innaſcit̃ corpi periculū eſt nō tarde egrotare hoiem:aliqñ autem ⁊ periclitari ſumme:difficile autem cognoſcibiles ſunt huiuſ modi cauſe tanq̄ non contriſtantis hominē:ſicut venenū canis rabioſi cuius nullum ſignum proprium inuenit̃ cōtineri in corpore anteq̄ perueniet ꝓpe rabiem qui eſt morſus:itaq; ⁊ interrogare propter has cauſas neceſſariū eſt medicum eos qui patiunt̃ de omnibus que contingunt eis: quando enim multitudo aliqua vel cachochimia ſubnutrit̃ in mole corpis: aut obſtruit̃ aliquod viſcus:adeſt nobis dinoſcere ipa ꝑ q̄dā ſinthomata:que media aliqualiter ſunt eoꝝ que ſunt in ſanis et eorū que accidūt egris ⁊c.hec ipſe.Ex quibus apparet ꝙ qui mundificatus non fuerit etſi nullū precipiat aut ſaltem ſenſibile nocumentum: ex hoc minime ↄfidere debet quoniā ei ſimile continget ſubito qđ morſu a cane rabido accidere ↄſueuit: ſcilicet aliqua grauis ⁊ ꝑnicioſiſſima egritudo.Et ideo recte quidē dictum eſt ꝙ vtile ſit ad ſanitatis conſeruationē quinimmo neceſſariū in tempore veris corpora ⁊ precipue repleta mundificare plectoriam ſiue cachochimiam eorum euacuando:que cauſa eſt omnium fere corporis infirmitatum. quare ⁊c.

¶Capi.cclxxxvj.oſtendit ꝙ ſani preter omnia que dicta ſunt debeāt ſe cuſtodire a cauſis fortiter ex trinſecus alterantibꝰ:⁊ que ſint ille ⁊c.

Iam viſum eſt in ſuperiorībꝰ qualiter ſani ſe debeāt mūdos a ſuꝑfluitatibꝰ ↄſeruare: vt hūores coꝝ naturales nitidi ⁊ purificati nō putreſcāt:⁊ cōſequēter egritudines faciāt.Nūc aūt oſtendere volumꝰ ꝙ ꝓter id etiā neceſſe ſit ſanitatē cōſeruāti vt nō minꝰ caueat ea oīa q̄ ſanguinē ⁊ reliquas vtiles ⁊ laudabiles corpis humiditates habēt plurime alterare:ↄſumere: vel aliter quomodolibet a ſua cōſiſtētia ꝑmutare:q̄ illa q̄ ſolēt eas inficere:⁊ vt ſupra diximꝰ cōturbare. Nō minus equidē ⁊ humoribꝰ et mēbris ipſis nociua ſunt extrinſeca deſiccantia calefaciētia ⁊ hmōi fortiter eis occurētia:q̄ ſuperfluitates in illis aggregate.Et iō diximus ꝙ qui ſanus fuerit ⁊ mūdus nulla prorſus indigens euacuatione: dꝫ ſumma cū diligentia procurare ne aliqui valde intēſe de primis occurrat qualitati:nā ſi fortis illa fuerit caliditas ſiue ſolis ſiue ignis extiterit:multū corpꝰ ⁊ hūores habebit deſiccare:vt colligitur ex illo ꝟbo principis in.j.primi doctrina tertia ca.j.dicēte. Caliditas maior q̄ dꝫ:reddit corpꝰ ſiccius q̄ opꝫ.⁊ licet ipſe de interiori intelligat:tñ ⁊ de extrinſeca verificat̃ dicente Ariſto.in.xj.ꝓblematū ꝓblemate.lvj.Calidū ⁊ eſtus diſſoluūt corpora.Et Gallienus in ſecundo de ſimplici medicina diſtinctiōe.ij. cap.x.De ꝓprietate caliditatis nō eſt niſi vt reſoluat et ſubtiliet ⁊ ſeparet ꝑtes adinuicē.Pariq; ratiōe excellēti nō obuiabit frigiditati ſiue aq̄ ſiue rei alterius fuerit q̄m frigiditati ineſt eſſentialiter vt oībus ꝟtutibus ſit cōtraria:vt Auicē. dixit in prima primi doctrina. vj.ca. iij.vbi ſubiūxit.Frigiditas eſt pa-



UVA. BHSC. IyR_272

ralyticū faciens ⁊ mortificās ⁊ ab oībus prohibēs operationib⁹. Et in.iiij.primi.c.ij.ait. Superflua frigiditas eſt ipſa mors innati caloris aut ei ꝓpinqua. Qđ etiā ſenſit Gal.in.j.de febribus ad Glanconē.c.xiiij.cū īquit. Pari rōne nimi⁹ frigor vt nimi⁹ ignis occidit: ⁊ ita ſiccitas multa vt mult⁹ humor necat. Similiter ergo ⁊ q̄litates paſſiuas fugere opꝫ: ⁊ permaxime ſiccitatē ⁊ res illā inducētes: que ſatis admodū inceſſanter ꝓcedit donec nos interimat: vt Princeps ait et Gal.cū eo in primo de regimine ſanitatis dicēs. Semper magis ac magis deſiccamur. ⁊ in libro quinto de ſimplici medicina diſtinctione.vj.cap.ij. Oēs res que exiccant finiūt humiditatē ſanguinis: quare ingroſſant eū ꝓpter hāc cauſam ⁊ minorant ipm ⁊c. Et ideo ſani debent ſe ab hm̄ōi valde alterantib⁹ cuſtodire: q̄ frequēter illis occurrētia quantūuis ſaniſſimis: poſſunt eos egrotare facere ⁊ (vt diximus) etiā interire. Ab alijs quoqꝫ his ſimilibus qualitatib⁹ nocumentuꝫ aliqđ inducentibus in ſanguinem vel ſpm̄ cauere debent: qui ſuā voluerint ꝯſeruare ſanitateꝫ: ſicut ab exceſſiuis odoribus. qui ex longa eoꝝ ſenſatione ſeu receptione ſolēt caput grauare: ⁊ ipm dolere facere: vt colligit ex quinto aphoriſmoꝝ aphoriſmo.xxviij. Similit ab Auicen.in primo tertij tr̄ac.ſcđo.c.prīo ſic ſcribente. Oia alefaniati: ideſt aromatica ſunt faciētia ſodā ⁊ proprie caſia lignea ⁊ coſtus et ꝫaſarā ⁊ cinamomū ⁊ amomū: ⁊ aromatica oia ſunt facientia ſodā ſiue ſint calida ſiue ſint frigida ⁊c. que fuit Ariſto.ſnia in tertia ꝓblematū problemate.xiij.dicētis. Odor omnis grauat caput. Et ꝓpterea decipiūtur ⁊ egrotāt multi qui tēpore eſtatis pomum ⁊ laudano muſco ⁊ huiuſmodi cōtinue in manibus portāt. ipſumqꝫ ſepenumero olefaciūt Multoqꝫ magis a fetoribus eſt fugiendū: qui ſua mala cū qualitate habēt plurimum ſpūs reſoluere: ⁊ virtutē debilitare: vt voluit Auicē. in p̄mo canonis.fen.doc. ⁊ ſumma ſecūdis.c.aūt.c.xxix.di. Ex his que ſpm̄ euacuēt nulla res eſt fetori ſimilis: et precipue fetori aque ⁊ venenoſarum virtutū expēſio in aere aut in corpore ⁊c. Et l cāticis textu cōmēti.cccxvij.dixit. Omne illđ qđ eſt vltimati fetoris eſt vltimate corruptionis ⁊c. Qđ etiā ſenſit Gal.in quarto de ſimplici medicina diſtinctione.v.c.j.cū dixit.ꝙ noſtra natura id abhorret id qđ eſt parui odoris: ſicut etiā fugit oē illud qđ pui exiſtit ſaporis. Ex quibus apparet vt oia vno concludamus verbo: ꝙ q̄cunqꝫ extrinſeca cuiuſuis nature humano corpori nociua ſunt ab oībus ſanis fugiēda: ⁊ ſicuti de predictis expreſſimus: ſic etiā ⁊ de reliquis intelligat: nō em̄ intendim⁹ hūc ad locū cauſas oēs extriſecas adducere: q̄ diuerſimode noſtram poſſunt alterare: corrūpere: ⁊ ꝑmutare ſanitatē: tū q: quaſi exiſtūt infinite: tū etiā q: medicus de eis nō habeat ꝑtractare artificialiter: ſ: dicēte Gal.in tertio Techni textu cōmēti.ix. Alterat igit corpus a quibuſdā ex neceſſitate: a q̄buſdā vero nō ex neceſſitate. Dico aūt ex neceſſitate q̄dē q̄bus impoſſibile eſt ipꝫ nō approximare non ex neceſſitate vero vt ſunt reliq̄. Nāqꝫ ſemꝑ in cōtinenti immorari: ⁊ comedere: ⁊ bibere: ⁊ vigilare neceſſarium eſt ei. Gladijs vero ⁊ beſtijs non neceſſarium eſt vti: vnde in priori quideꝫ genere cauſarum circa corpus ars cōficitur. Circa ſcđm vero nequaqꝫ Nos igitur de his non neceſſarijs

UVA. BHSC. IyR_272

extrinſecis.Gal.imitātes plura nō
ſcribem⁹.De alijs vero que nobis
de neceſſitate occurrūt:iam ſufficiē
ter in pcedētibus arbitramur dixiſ
ſe.Que ſi a ſanis obſeruata fuerint
put iuſſimus:proculdubio ſuā po
terūt ↄſeruare ſanitatē ⁊ vitā diui-
no ↄcedēte numine vſq ad vltimū
ſenectutē plongare.quare ⁊c.

¶ Capi.cclxxxvij.oſtendit ꝙ ſa-
nitatis reſtaurator ſcientificus
eſſe debeat:⁊ ante curationē co-
gnoſcere patiētis naturā infir-
mitatem cauſas eius tempora:
poſtꝗ dicta dicendis continua
uerit.

Declarauim⁹ vſq mō
quō ſani ſuā dbeāt ſa
nitatē cōſeruare.Nūc
aūt oſtendem⁹ quali-
ter egri prehabiti re-
giminis tranſgreſſo-
res valeāt ſanitatē amiſſam recu-
perare:tradēdo modū in vniuerſa
liſſolūmodo quo poſſint ab eorum
egritudinib⁹ curari:ſicut in.iij.c.li
bri hui⁹ pmiſimus.Queres nō mo
dicū affert vtilitatis:qm̄ ſi de vita
vnꝗ ⁊ noſtra ſalute ſolicitudo ha-
benda ſit per maxime ꝗdē in egri-
tudinis tpe de ipſa vr̄ eſſe procurā
dū:cū in grādi periculo tunc ſit vt
ꝗlibet intelligit cōſtituta.Et pro-
pterea dicam⁹ ad hui⁹ opis cōple-
mentū:ꝙ ad egritudinē expellen-
dā:⁊ ad ſuā priſtinā ſanitatē reſu-
mendā vnica tm̄ incedendū ē via:
que ſcꝫ hec eſt vt peritū ⁊ canonicū
ſeu regularē ⁊ ſciētifice pcedētē in
cura medicū infirmoꝝ aſtantes in
ueniant.Qui pter traditas in pri-
mis opis hui⁹ capituli:hac etiam
dicēdas habeat ↄditiōes:vt ſcꝫ oi
cū diligētia medicinales obſeruet
intentiones ⁊ aſtronomicas medi
cine deſeruiētes i eligēdo pri⁹ ⁊ in
propinādo:deinde optima patien
ti medicamina in bonis et electis
tēporibus:dicente Haliabate.in.i.
theorice.ca.iij.Aſtronomia ꝗ3 eget
medic⁹ qua medicaminib⁹ electis
tēporibus ꝗbus eſt luna beatis et
felicib⁹ cōtēperata planetis et ſub
cōpetētib⁹ figuris vtatur.Cōuene
rūt naꝗ ſapiētes medicoꝝ:vt Ra-
ſis etiā ait.in libro.ij.ſuoꝝ apho-
riſmoꝝ.Qd̄ res oēs tēporū ⁊ aeris
⁊ aquarū ⁊ cōplexionū ⁊ egritudi-
nū ex motu planetarū mutant̄.Et
ideo quicꝗd circa infirmū operat̄:
grādi cū aduertētia ⁊ benigno fa-
ciat charitatis affectu:⁊ nō tm̄ lu-
cri cā:vt oēs fere medici conſueue
runt.Eſſe naꝗ nō dꝫ vt Haliabas
inquit vbi ſupra:ſed.c.ij.medici ad
querendū in medēdo intentio pe-
cuniā:ſed adeo retributionē ⁊ me-
ritū ⁊c.Ut igit̄ ſcientifici a nugato
rib⁹ ſecernant̄ ⁊ ab egris ⁊ ab oib⁹
alijs cognoſcant̄:dicemus ꝙ ſi me
dicus ſapiēs fuerit:⁊ ad remouen-
dam egritudinem ⁊ inducendam
amiſſam ſanitatem idoneus:talem
poſtꝗ aduocatus fuerit ordinem
ſcientificum obſeruabit:ſcilicet ꝙ
anteꝗ ad curam perueniat ſtudio
ſiſſime conſideret que naturalis ſit
patientis complexio:⁊ hoc trami-
te declarato in.xiij.libri huius ca.
Similiter precognoſcere debet eta
tem:conſuetudinem artem:regio-
nem:et huiuſmodi naturalia ⁊ ip-
ſis annexa:vt in noticiam egritu-
dinis valeat peruenire.quib⁹ pre-
notatis debet deinde egritudineꝫ
et naturam eius indagare:quoniā
non eſt poſſibile curare ipſam:ni-
ſi medicus cā cognouerit:vt prin-
ceps inquit in.iiij.primi tractatu.
ij.c.vij.Que fuit Gal. ſentētia.in.i.
regiminis acutorum commēto.iij.
dicētis.Oportet vt in primis co-
gnoſcam⁹ egritudinē ꝗ ſit.deinde



UVA. BHSC. IyR_272

intendamus poſt illud ad medicã
dum ipſam:⁊ in libro.iiij.de inge-
nio ſanitatis.c.iij.inq̃t.Uniuerſali
ter verũ eſt ꝙ nullã curãdi ſignifi-
catione poſſum⁹ hr̃e ab eis q̃ igno
ta ſunt.Et in libro.v.eiuſdẽ cap.v.
Sẽp ante mẽtis aciem paſſionis
cognitionẽ habeas:nec tibi facile
leueqꝫ hoc videatur:cognita itaqꝫ
egritudine dꝫ deinde ſapiẽs ⁊ ca-
nonicus medic⁹ cauſam ei⁹ vena-
ri:qm̃ nõ ſufficit ſcire naturã egri-
tudinis:ſꝫ etiã cauſam ei⁹ cogno-
ſcere opꝫ.Cũ dicat Gal.in.ij.de fe-
bribus ad glauconẽ.c.j.Iſtud mo-
neo ante oĩa vt noueris diſcere cau
ſas egritudinum,⁊ in libro de tipo
tremore ⁊ iectigatiõe.cap̃.v. Mani
feſtũ eſt ꝙ volẽti curare laudabili-
ter neceſſariũ eſt cognoſcere cauſaꝫ
vnde procedit eius egritudo. Et
iterũ in primo de feb.ad glauc.di-
xit.Attẽde iſtud vt cõſideres ſemꝑ
in oĩb⁹ egritudinib⁹ regionũ qua-
litatẽ:locorũ poſitionẽ:aeris tẽpe-
rantiã:tẽporũ rõnẽ:etatẽ:conſuetu
dinẽ egrotãtis:naturã corporis:et
an vitio corporis egritudo nata ſit
an extrinſecus venerit ex cibo: an
ex corruptela aeris. Cum ergo hec
oĩa bñ ꝑpẽſata cognoueris: optĩe
ſcies q̃d ad ipam egritudinẽ face-
re cõueniat:nã ſi cauſam ignoras
quõ curas:ſi em̃ neſcis an periculo
ſa ſit:an ſine periculo egritudo:q̃d
niſi temere facis q̃cq̃d feceris:ſi ſa
nes an poti⁹ accidas ignoraueris
hec ipſe.Debet ꝑterea medicus de
neceſſitate intelligere in quo tẽpo-
re ſit egritudo poſtqꝫ ipſam ⁊ cau-
ſas ei⁹ cognouerit:vt patet ꝑ Gal.
dicentẽ vbi ſupra.Debet medicus
ſcire quatuor eſſe tẽpora oĩꝫ cauſa-
rũ:maxime febriũ:initiũ:ſcꝫ augmẽ
tũ:ſtatũ:⁊ declinationẽ.qui niſi ea
optime intellexerit:grauiter ledet
neſciendo:q̃d in initio: q̃d in aug-
mento.ſtatu:⁊ declinatione febriũ
debeat egrotãti adhibere:⁊ quo tẽ
pore curet:et qñ ab his abſtineat:
vel qñ eger dormire debeat vel vi-
gilare ⁊c.Et in libro de tẽporibus
morbi.c.vltimo dixit. Impoſſibile
eſt inuenire qualiter quis dietabit
neqꝫ qñ citabit abſqꝫ quo determi-
net certitudinaliter morbi tẽpora.
Ex q̃bus apparet ꝙ medicus qui
anteqꝫ ad curationẽ deſcendat:hec
oĩa nõ obſeruauerit:minime ad re
ſtaurandũ ſanitatem ſit idoneus:
quimmo expellendus ne ſua cum
ignorãtia patientẽ interimat.Qua
de re aiaduertat ad hoc vnuſquiſqꝫ
qm̃ pleriqꝫ leniſſime etiã egrotan-
tes ex imperitia medici interiere.
ideo.⁊c.

¶ Cap̃.cclxxxviij.docet cogno-
ſcere medicũ ſciẽtificũ:ex hoc ꝙ
añ curationeꝫ egritudinis ſciat
⁊ ꝓcuret virtutẽ fortẽ ꝯſeruare:
et debilem fortificare.

Inter reliquas ſcienti
fico ad recuperandaꝫ
infirmi ſanitatẽ medi
co neceſſarias ꝯditio
nes hec ꝑ maxime ob
ſeruãda eſt:ſcilicet vt
poſtqꝫ egritudinẽ cauſas ⁊ ei an-
nexa cognouerit:etiã ex ꝑte altera
intelligat corporis virtutẽ ⁊ ei⁹ ro-
bur ſeu fortitudinẽ:⁊ an virt⁹ que
natura dr̃:ſufficiẽs ſit ad ſuperan-
dã infirmitatẽ:vel econtra imbecil
lis ⁊ minime valẽs ei reſiſtere.Qm̃
ſi fortis ad bellandũ cũ egritudine
fuerit:dꝫ ſic eã cõſeruare:⁊ cauſam
egritudinis abſcindere.Si aũt de-
bilis extiterit: neqꝫ potẽs paſſio-
nis ipetũ tolerare:dꝫ ipſaꝫ poſtpo
ſita cã ſufficiẽtiſſime vigorare:⁊ cũ
nutriẽtib⁹ fortificare:queadmodũ
voluit Auicẽ.in.j.q̃rti tract.ij.c.vij.
dicẽs.Cũ iuuenis virtutẽ reſiſtẽtẽ

UVA. BHSC. IyR_272

tolerãtes abſcinde cauſam ⁊ expelle humorẽ ⁊ abſcinde cibũ. q ſi inuenis virtutẽ deficientẽ: ſis occupatꝰ in equãdo cõplexionẽ cõtrariã. et quare infrigida eã ⁊ viuifica cũ cibo: cũq fortis fuerit p viuificationẽ eiꝰ: ⁊ vincit cõtrariũ ſuũ. redi ad cauſam. Que fuit Gal. ſnia i. iij. terapẽtice. c. x. dicentis. Si diſpoſitio quã curare eligimꝰ indiget euacuatione. Imbecillis aũt virtꝰ vltime fuerit eorũ que diſpoſitionẽ ſanãt nihil laborãti offerre in illo tẽpore oi ſcõm qđ renutriemꝰ virtutẽ. Cũ aũt tm̃ fortitudinis veniſſe eã extimauerimꝰ: vt aut nihil aut parũ ab euacuatiõe ledat: tunc ad diſpoſitionis ſanationẽ incedamꝰ igitur prima quidẽ intẽtio oim eſt que ꝟtutis. ⁊ in. vj. eiuſdẽ. c. j. ſic ẽt ait. Cũ diſſoluit quidẽ virtus non tñ fortiter diſſoluta eſt: ſʒ repugnat adhuc ad ſinthoma ſolũ reſpicimꝰ q̃citiſſime ſtudentes deſtruere id. Diſſoluta ꝟo ꝟtute nõ ſolũ ſinthoma ceſſare facere: ſed ⁊ illã roborare ſtudemus. Et propterea dicebat idẽ in. j. regiminis acutoꝝ cõmẽto xliij. Sublimior intentionum oim eſt intentio ſumpta ex virtute: qm̃ curãs eſt virtus ⁊ nõ medicꝰ q̃ cuʒ fortis non fuerit nõ ꝓdeſt curatio q̃modocũq fiat: vt princeps innuit i j. quarti. Propterea ſolicitudo medici eſſe dʒ circa corporis virtutẽ integratã ex vitali ⁊ aiali ⁊ naturali: de quarũ cuſtodia dʒ ſemꝑ procurare: ⁊ per maxime de vitalis cõſeruatione: cũ dicat Gal. in. j. terapentice capitulo vltimo. Opʒ dignitatibus vniuſcuiuſq particule ꝓuidere. Robori igit maxima quidem dignitas cordis eſt ⁊ oim neceſſariſſima egrotibꝰ. Cerebri vero opꝰ ad vitã equale: nõ tamẽ pari robore ⁊c. Et in tertio libro eiuſdẽ. ca. x. huius qđ dictũ eſt cauſam expreſſit ⁊ neceſſitatẽ dicens. Has corporis virtutes quidẽ cuſtodire nihil aliud eſt q̃ cuſtodire vitã: mõſtratum em̃ eſt q qualitercũq perẽpta qualiq ex eis vna neceſſariũ eſt reliquas ſimul cũ eis perire. Et propterea ſcõm ſanatiuũ opuſculum intẽtio nobis hec erit. In curatiuo vero intẽtio ꝓportionalis ei ẽ egritudinis deſtructio. Et infra dixit. Maxima quidẽ dignitas eſt virtutum: qm̃ ipſum viuere nobis ex earũ cuſtodia exiſtit q2 ⁊ vita. Nihil aũt vtiq vita eſt aliud in animaliũ corporibꝰ: qm̃ neq ſani eſſe poſſumus ſine viuere ⁊c. Et iõ poſtea cõcluſit. Uirtus igitur oim primuʒ cuſtodienda oibus eſt: ſi fortis ſcʒ fuerit. Si vero nõ fortificari dʒ cũ cibo viuificãte: vt diximus: Donec valida fuerit: ⁊ facta potẽs ad reſiſtendũ egritudini ⁊c. Qui aũt medicus ad hec que dicta ſunt: nõ animaduertit: multotiẽs q̃dẽ errabit ſubtiliſſimã ordinãdo dietã: egrum penitus interimẽtẽ: vt nõnulli carnificũ facere cõſueuerũt: omnibus aquã loca potꝰ ⁊ panatã ſubtiliſſimã ꝓ cibo exhibẽtes. Cõtra quos clamat Hippocrates in prio aphoriſmoꝝ aphoriſmo quinto cuʒ ait. In tenuibus dietis peccant egrotantes: et ideo magis leduntur: oẽ em̃ quodcũq ſit magnũ: fit magis in tenuibꝰ dietis q̃ groſſioribus: ꝓpter hoc ⁊ ſanis fallaces ſũt valde certe. ⁊ cõſtitute diete: qm̃ peccãtia difficilius ferunt: ꝓpter hoc igitur tenues ⁊ certe diete fallaces ſũt amplius paruʒ ſolidioribꝰ. Et ideo in primo de febribus ad glauconẽ neceſſe eſt vt reſpicias: ad egri virtutem: ⁊ ad impetum cauſe: et ad quantitatem virium eius qui egrotat: ⁊ ad qualitatẽ morbi vt ne forte non reficiendo ciborum refectione vires egroti cõſumas: ⁊ fortiter

UVA. BHSC. IyR_272

abſtinendo ad periculū ducas.ꝛc. Qui em̄ ſubtiliter ꝛ incōuenienter dietant infirmos q̄ a difficillimis occupant̄ febrib⁹:in nullo a carnificib⁹ differre vident̄.ſicut idē ſcripſit in.ij.Terapētice.c.ij.Et ꝓpter ea medic⁹ ſapiēs id minime facere p̄ſumet:niſi peracutiſſima foret egritudo:ꝛ virt⁹ valde robuſta ꝛc. In reliq̄s vero caſib⁹ ſemꝑ de ꝯſernatiōe virtutis ꝓcurabit:vt cū ei⁹ robore cōſeruato citius liberet ab infirmitate patiētē.Et ſuā ei deſideratam tribuat ſanitatē.

¶Capi.cclxxxix. oſtendit quomodo ſapiens medicus virtutem corporis patientis conſeruabit ꝛc.

VT meli⁹ ab vnoq̄q̄ intelligat̄ ſi medic⁹ ſit ſufficiēs reddere patiēti ſanitatem:ꝛ an recto calle i egri curatione procedat: oſtēdam⁹ quonam modo virtutē corporis ipſe habeat cōſeruare poſtq̄ in ſuperiori.c.declarauimus id tantū ei neceſſariū eſſe.Et breuiter dicamus ꝙ ſi egritudinē naturā eius ꝛ tēpora ipſi⁹ cognouerit:vere q̄dē ſciet qualiter habeat virtutē corporis ꝛ naturaꝫ cōſeruare:q2 ſecūdū ꝓpinquitateꝫ aut remotionē et diſtantiā ſtatus morbi ſubtili⁹ aut groſſius dietabit ſcd̄m Hippocratis ſniam i primo aphoriſmorū:aphoriſmo.vij.dicentis.Ubi ſcd̄m acumen egritudo cōtinuos ꝛ vltimos labores hꝫ: vltima ꝛ tenuiſſima dieta neceſſariuꝫ eſt vti.Ubi aūt nō:nō.Uel cōuenit groſſius reficere ꝛ tantū ſubcō deſcendere quātū egritudo mollior fuerit vltimis:ꝛ in aphoriſmo.ix.eiuſdeꝫ inq̄t.Contemplari opꝫ egrotantē ſi ſufficiat dieta ad ſtatū egritudinis.ꝛ vtrū ille deficiat pri⁹ ꝛ nō ſufficiat dieta aut egritudo deficiat ꝛc.et in.x.eiuſdē.Quibus cōtinuus ſtatus:cōtinuo ꝛ tenuerit reijcere opꝫ:q̄b⁹ vero poſterior ſtat⁹ ad id ꝛ ante id parū auferendū eſt:pri⁹ vero vberius reficiēdū vt ſufficiat egrotans.Si igit̄ lōga fuerit infirmitas:vt quartana: quotidiana:paraliſis: podagra: et hmōi:remotus valde erit earū ſtatus:ꝛ ꝓpterea non eſt a principio ſubtilianda dieta:q2 patiēs antēq̄ ad ſtatū ꝑueniret:in medio vie deficeret:eo ꝙ virt⁹ anni hilaret.In acutis aūt ecōuerſo facere ꝯuenit: quia cum ſtatus ſit valde propinquus caſum virtutis nō timemus: iō ſubtiliter reficimus etiā in principio ip̄arū:vt in ſinocha:ſquinantia:pleureſi:ꝛ hmōi.Et propterea dicebat Gal.in libro de temporib⁹ morbi.c.vltimo.Qualiter aūt quis dietabit impoſſibile eſt inuenire: neq̄ quādo cibabit abſq̄ quod determinet certitudinaliter tempora morbi.et poſt aliqua ibidem ſubiunxit.Quantum magna eſt laborantis virtus conſiderandū eſt.nā ſi ſuffert in ſtatus tēpore abſq̄ qͦd cibum afferat melius eſt incibari: donec declinatio incipiat.Si vero non eſt poſſibile incibantem ſufficere:nutriendum ipſum a principio mox in omni tēpore potentē accipere cibum Et in.c.xiij.primi tracta.de criſi ſic etiam inquit.Tu nō euacuaris in aliqua horaꝝ a malitia regiminis:cū nō preſcis quādo erit ſtatus egritudinis:et illud iō q̄m ſi tu nō p̄ceſſeris ei i regimine a p̄ncipio egritudinis ſcd̄m ꝓpinquitatē ſtatus ei⁹ aut elongationē ipſius:tunc nō euacuaberis quin ledas egrū nocumēto magno.A quo raſis in.x.Almanſoris.c.xxiij.accepiſſe videtur cum ait.Nutricatio

UVA. BHSC. IyR_272

non menſuratur niſi ẜm ſtatus
ꝓpinquitatẽ ⁊ longitudinẽ. Siľr
etiã Princeps in.iiij.primi.c.j.di.
Quanto egritudo plus principio
propinqua fuerit ⁊ accidentia ma=
gis quieta: nutriemus virtutẽ con
fortantes. ⁊ ꝗ̃tum egritudo ẜm
augmẽtum ꝓceſſerit et accidentia
etiã ibi augmẽtata fuerint: minue
mus dietam proprer fiduciã ꝙ vir
tus non reſoluet: imo vt alleuietur
in hora luctaminis. Et in.j.iiij.tra
cta.ij.c.viij. de cibatione febricitã=
tiuꝫ. Dignior horarũ ad ingroſſan
dum eſt principium in quo virtus
nõ eſt multũ occupata. dignior ho
rarum ad ſubtiliandũ eſt ſtatus in
quo eſt vehementia occupationis
nature in pugna materiei ⁊c. Me=
dicus igitur ſcientificus virtutem
hoc modo conſeruabit cibãdo vbe
rius in principio: minus auteꝫ in
augmẽto. minime autẽ aut ꝙ par
uiſſime in ſtatu vt natura patien
tes etas: conſuetudo tẽpus: anni:
morbus. cauſa eius accidens ⁊ ho
ra ipſiꝰ requiſiuerint. Non vt aliq̃
faciunt beſtialesꝗ̃ adeo in princi=
pio ſubtiliant vt in augmẽto vľ ſta
tu ob caſum virtutis ſuperuenietẽ
dietã poſtmodũ in patientis inte
ritũ cogunt ingroſſare. ⁊ hoc ideo
q: librũ aliquẽ vtilem nunꝗ̃ ape=
riunt. cõtra quos Haliabas in pri
mo Theorice. c.ij. dixit. Opꝫ medi
cum lectione occupari ſtudioꝗ̃ cõ
ſiderationis librorum: nec negli=
gat aut faſtidiat eos. Die quoꝗ̃ ac
nocte cogat ſeipſum ad eorũ cuſto
diam: memoriaꝫ in eundo que oĩa
cõſeruet neceſſaria: ⁊ de ſciẽtia ⁊ de
opatione reuoluat ⁊ exerceat i eis
ſuã mẽtẽ: vt nõ oi tpe egeat librorꝫ
cõſideratione: ⁊ hec ipſe. ex q̃bꝰ ptꝫ
medicũ ſapiẽtẽ eſſe opꝫ vt ſciat in
firmorũ virtutẽ cuſtodire. Qui aũt
nõ fuerit hmõi nõ erit idoneus ad
ſanitatis reſtaurationem.

¶ Cap.ccxc. oſtendit ꝙ medicꝰ
ſapiens ex hoc etiã cognoſcat
ꝙ in primis cauſam egritudi=
nis ſtudeat remouere ⁊ cã om=
nino abſcindere.

PEritia ſtudioſi me=
dici preterea q̃ dicta
ſunt: ex hoc etiã faci=
le cognoſcet: ſi ſtante
virtutis cõſtantia et
eius robore ad amo=
uendã infirmitatis cauſaꝫ ſtudue
rit: an ipſam neglexerit: ⁊ alterã nõ
impeditus viã tẽtauerit: oĩm irra=
tionabilis extiſtimabit ſi cauſam
potens nõ amouerit cum principa
liſſimũ ſit curationis inſtrumentũ
quinimo vera infirmitatis curatio
dicẽte Auicen. in.xvij. tertij tract.
iiij.c.ij. Curatio vera eſt inciſio cau
ſe. ⁊ in.iiij.j.c.vlti. Impoſſibile eſt
vt febris remoueat cauſa ipſiꝰ re=
manẽte. Quod quidẽ dictũ de vno
quoꝗ̃ morbo intelligi põt: ⁊ ꝓpter
ea ipſe in.j.iiij. tract.ij.c.vij. ſic pre=
cepit. Cum iuuenis virtutẽ reſiſtẽ
tem: tolerantem abſcinde cauſaꝫ ⁊
expelle humorem ⁊c. Et in parte ſe
cunda canticorũ inq̃t. In oĩbꝰ ſunt
priꝰ auferẽde cauſe efficiẽtes ſi fiat
recta curatio. In cuiꝰ cõmẽto dixit
Auerrois. Cura egritudinis forma
liter eſt inutilis niſi priꝰ cauſe eiꝰ
auferant. Que fuit Gal. ſnia in.iij.
techni textu cõmẽti.xciiij. dicẽtis.
Unũ cõe opꝫ habere ꝑceptũ efficiẽ
tẽ vnãquamꝗ̃ cauſarꝝ abſcindere
priꝰ: deinde ſic deuenire ad eã q̃ fa
cta eſt diſcraſiã ⁊ in lib.iiij. de ige
nio ſanitatis.c.iiij. oẽs antiq̃ qui ꝓ
ceſſerũt cauſam auferendũ eẽ: et
prohibendã non ſolũ vulnerum ſꝫ
aliorum morborum demonſtrarũt
et in primo Terapentice. cap.xj.

UVA. BHSC. IyR_272

ſimiliter inqt. Ad cauſã ſemp ibi-
mᵒ cognoſcẽtes ꝙ nõ eſt poſſibile
finaliter vllã diſpoſitionez ſanare
adhuc manente cauſa faciẽte eã.:⁊
in li.iiij.eiuſdez.ca.pꝛio. Cauſam
ſanare opꝫ pꝛimũ: nõ negligentes
extinguere febꝛem q̃ ex ea accendi
anticipauit.⁊ i.v.eiuſdẽ.c.iij.dixit.
Febꝛem ſanari impoſſibile eſt niſi
ceſſet pũtredo.Ceſſare vero eã im-
poſſibile eſt manẽte cauſa. Abſcin
dere igitur opꝫ cauſã eiᵒſi dꝫ pꝛioꝛ
q̃dez putredo:poſteavero febꝛis ſa
nari ⁊c.Et ꝑpterea inqt Raſis i.x.
Almãſoꝛis.c.ij.Febꝛis em̃ ilico ſe-
dabitur cũ cauſa eiᵒremota fuerit.
Et Auerrois in ſeptimo colliget.
Cũ accidẽs non timetur:tunc ſtu-
deas cauſã totaliter remouere: qm̃
taliter ipꝫ infirmũ curabis cõple-
te.Ecce igitur ꝙ oẽs antiq̃ ſapien
tes cõcoꝛdarunt ꝙ cauſa egritudi-
nis pꝛĩo ſit remouẽda:⁊ poſtea ipa
diſcraſia abijcienda cõtra emperi-
cos ⁊ irrationales ilico ad localiũ
applicationẽ ꝓcedẽtes:vt in dolo-
re capitis cõſueuerũt ꝙ̃ pꝛimũ ad-
uocati vt plurima ſcire videantur
emplaſtra:vnctiões:epithimata:⁊
huiuſcemõi frigida iubẽt apponi.
Et cõſimiliter in febꝛibᵒinfrigidã
tia:vtvnguentũ galieni:cerotũ ſã-
dalinũ ⁊ talia abſq; hoc ꝙ aliqua
pꝛeceſſerit neceſſaria purgatio.Un
de fit ꝙ egrotantes deterius ſemp
ſe habeãt multiq; moꝛiãtur nõ pꝛe
exiſtẽtis moꝛbi foꝛtitudine : ſed ex
ſupueniẽtis erroꝛis grauitate. Et
iõ ſapiens medicus:cũ neceſſe fue
rit anteq̃ ad talia ꝑueniat: cũ eua
cuationibᵒ ꝓcedit obediens pꝛin-
cipi in pꝛima quarti trac.ſcdo.c.
xlvj.dicẽti. Scias ꝙ eſſe cõtentus
infrigidatiõe ⁊ dimittere phlebo-
tomiã ⁊ ventris ſolutionem addit
in oppilatiõe ⁊ coactatione:quare
additur putredo ⁊ caliditas in fe-
bꝛibus.⁊ Raſi.in libꝛo de egritudi
nibus iuncturarũ.c.xviij.ſic ſcribẽ
ti.Unguenta ⁊emplaſtra:qñ coꝛpᵒ
fuerit plenũ multis humoꝛibᵒ:at-
trahunt humoꝛes ad loca magis
q̃ diſſoluãt qð ſenſit Gal.in.v.lib.
Terapẽtice.c.xv.dicens.Neq; bal
nearem vtiq; aliquẽ eoꝛũ q̃ in pu-
tredine febꝛium neq; frigidis vte-
rer catha plaſmatibus anteq̃ eua
cuarẽ ſupfluitates.Euacuatis ho
iã cõfidenter ⁊ cathaplaſmarẽ et
balnearẽ.Ex q̃bᵒ ſatis apparet ꝙ
rõnabilis medicus dꝫ pꝛius in oĩ
curatione cauſam egritudinis ab-
ſcindere:⁊ eã totaliter ammouere:
niſi fuerit ob aliqð ꝑtinendũ acci-
dens impeditus.Poſtq̃ vero ſuffi
cienter euacuauerit ſecurelocalibᵒ
ex hmõi extinguentibᵒ vel calefa-
cientibᵒ vti poterit:vt qualitas di
ſcraſie ex cã ⁊moꝛbo gñate expoſtu
lauerit.Qui aũt hoc tramite nõ in
ceſſerit:ipſemet ſuã abſtantibᵒ im
peritiã indicabit:vt eum tanq̃ in
utilẽ:imo maxime ꝑiculoſum: put
ſua mereƷ inſciẽtia expellãt:q2 lon
ge facilíᵒ moꝛtẽ patiẽti q̃ ſanitatẽ
amiſſam reddere valeat quare ⁊c.

¶Cap.cccxj.oſtendit medicuꝫ
ſcientẽ infirmo reddere ſanita-
tẽ debere cauſam egritudinis
abſcindere per ↄ̃ria ⁊ ꝑ eadem
quecunq; alia curare.

Diximus in ſuperioꝛi
capitulo ꝙ medicᵒ
ſemꝑ debeat nõ im
peditus cauſaꝫ egri
tudinis remouere:
nũc oſtẽdamᵒ quali
ter eã:ſi ſapiẽs fue-
rit:abſcidere debeat:vt ex hoc ſua
magis ſufficientia innoteſcat.Et
bꝛeuiter dicamᵒ ꝙ ſi canonicus et
recipiẽdus extiterit:cũ ↄ̃rijs id ha

UVA. BHSC. IyR_272

debit perficere. Un̄ ſi egritudo ex repletione humorū cōtigerit: cum euacuatione curanda erit ꝑ phlebotomiā. ſ. aut ꝑ pharmaciā ſcd̄m qd̄ ſignificantia demōſtrabunt: vt in precedentibus ſufficienter ad modum ꝑ ſapientū dicta fuit declaratū. ⁊ ꝙ ita ſit manifeſte patet ex illo Hippocratis dicto in ſecūdo aphoriſmorū aphoriſmo. xxij. ſic ſonante. Ex plenitudie quecūq; egritudines fiunt euacuatio ſanat: ⁊ quecunq; ab euacuatione plenitudo ⁊ aliorū cōtrarietas. In cuiꝰ cōmento Gal. inquit. Neq; diutiꝰ in his immorandū eſt: cum omne cōtrarium ſuo cōtrario ſit medicandū: qd̄ oſtendit ipſa natura morborū: ⁊ accidentia morbos comitātia. Et in cōmento. xviij. primi regiminis acutorū. Medici intentio non eſt niſi opponere ꝯtrariū ꝯtrario: vnde curatio febriū eſt per infrigidationē ⁊ humectationē. Et in lib. ij. eiuſdē cōmento. ij. dixit. Oportet vt facias trāſire ꝑ mentē tuā in oibus horis ꝙ medicatio ſit ꝑ oppoſitionē contrarij cum ꝯtrario. Et in iij. Techni textu cōmēti. lxxxij. ſic etiā ait. Curatio quidē vnū hꝫ modum ⁊ maxime cōem intentionē. ſ. ei qd̄ ſoluendū eſt cōtrariū. Et in libro de ingenio ſanitatis. c. iij. Naturale cuſtodiendū eſt ⁊ cōfirmādū vn̄ ſimilia ſemꝑ ſibi ſunt neceſſaria. Qd̄ autē eſt cōtra naturā expellendū eſt et eijciendum. Unicuiq; em̄ tali contraria ſibi cōueniunt: qm̄ qcq̄d deſtruitur: neceſſario ꝑ id qd̄ contrariū ſibi eſt mutatur: nō em̄ hoc fieri poteſt niſi cū ſuo cōtrario. Et in tertio Terapētice. c. xij. dixit. Una ſola generaliſſima eſt intētio ſanationum cōtrarietas. Et in quinto eiuſdē. c. xij. Nō eſt dicēdū ꝙ qn̄q; verū ſit cōtraria contrariorū exiſtere ſanationes: qn̄q; vero ſimilium ſꝫ ſemꝑ quidē verū eſt. Et infra poſt aliqua ſubiunxit. Hoc paruū quidem dictū eſt. ſ. contrariorū exiſtere ſanationes maximū aūt inuenitur virtute. Quod etiā voluit Auicen. in. iiij. ſ. c. ſ. cum ſcripſit. Cum egritudinis qualitas ſcita fuerit: erit medicina eligenda q̄ ei in ſua q̄lite ſit ꝯtria: qm̄ egritudo ſuo medicat̄ ꝯtrio ſicut ꝯſeruat̄ ſanitas ſuo ſimili. Et i. xiij. iij. trac. ij. c. xxij. ſic ēt inquit. Omnis cura facta ex cauſis cōplexionalibus curatur cū ſuo cōtrario. Que nō ſolū medicorum: verumetiā Ariſto. fuit ſnīa in prima problematum. problemate vltimo dicētis. Sunt aūt egritudines he q̄dā ab igne he ꝟo ab humiditate. Curant̄ aūt egritudines q̄ q̄dē ab igne hūiditate: q̄ ꝟo ab hūiditate ab igne: hūiditatē ei ignis exiccat. Sic igit̄ patet ſcd̄m oīm illuſtrium antiquorū ſnīam: ꝙ curatio fieri debeat ꝑ cōtraria: vnde ſi cauſa egritudinis ſit repletio: dꝫ corpus euacuari. Si vero cā infirmitatis fuerit inanitio vt in ethica contingit: dꝫ ꝑ cōtrarium. ſ. ꝑ appoſitionem nutrimenti curari. Et ſi morbus ex caliditate prouenerit ꝑ frigida ſanetur: ⁊ ſi ꝑ frigiditatē cū calidis medicet̄ ⁊ hoc ſtante ſolūmodo mala et preter naturali ſine materia qualitate: vt ſenſit Hippocrates in quinto aphoriſmorum. aphoriſmo xix. dicens. Quecunq; infrigidata ſunt recalefacere opꝫ: ⁊ ſupple quecunq; ſupercalefacta infrigidare neceſſe eſt. Cum curatio quelibet ꝑ contraria fieri debeat: vt dictuꝫ eſt ſupra. Ideo concludamus ꝙ quecunq; cauſa fuerit egritudinis: ſcꝫ primitiua. antecedens ⁊c. ſiue per ſe: ſiue per accidēs morbum faciēs aut ad id coadiuuans: vnaqueq; talis debeat remoueri: ⁊ cū ſuo contrario per inanitionem: repletionē

vel ſimplicē alterationē vt natura expetit infirmitatis. Quod qui me dicus non obſeruauerit: carnifex potius ꝛ homicida q̄ medicās ap pellandus eſt vt illi ꝑmaxime q̄ ex ſola vrine inſpectione pharmaca infirmis mittūt exoluentia: cū po tius reſtaurātia quandoq̄ ſint eis neceſſaria: eo ꝙ ex nimio coitu vel ſupflua defatigatiōe laborēt: ꝛ ſo lutiua ſumētes fortia ſimul cū hu moꝛib⁹ vitā emittūt. Et ꝓpterea cō tra hmōi macellatores clamat Ra ſis in lib. ſexto ſuoꝝ aphoriſmoꝝ dicēs. Nō ſunt pauciores egritudi nes q̄ cū defectu accidūt: q̄ q̄ ex ſu perfluitate ꝓcedūt: ꝛ in hoc magi ſtroꝝ error exiſtit q̄ ſtatim ad pur gandū ſunt ꝓmpti. Sil'r Damaſce nus ait. Moꝛbi ex penuria quātita tis nō min⁹ q̄ de plenitudine ni mia naſcuntur: vnde medici multi in temeraria purgatiōe delinquūt plerūq̄ ꝛc. Qua de re ſapiens me dicus talia non eligit contraria ni ſi ea coꝛpori neceſſaria cognoſce ret. Beſtialis autem et imperitus illico currens ad purgantia omni quaq̄ expellatur ne ꝑ ſanitate in ſalubri moꝛbo necē iferat patiēti.

¶ Cap. ccxcij. oſtendit ſalutife rum medicū in moꝛbi curatiōe contrarium ſubito ꝛ vehemens non debere applicare: ſed pau latim ſemper ꝛ oꝛdinate.

Et ſi neceſſe ſit medi cum cum contrario ſemper in curatione ꝓcedere: vt in ſupe riori capitulo diximi⁹ nō quomodolibet tñ id facere lꝫ. Imprudēs em̄ ꝛ igna rus ꝛ oīno q̄citiſſime expelled⁹ me dic⁹. cū poti⁹ ꝑ feneſtras dom⁹ eij ciend⁹ foret: ſi diuinū id ꝑmitteret preceptū foꝛtiſſimū ſubito cōtrariū inducet: ſic citius exiſtimās ſana re patientē. Scientificus aūt ꝛ ho noꝛādus medic⁹ id minime facere preſumet: qnimmo paulatim ꝛ ſe curiſſimo cū quodā oꝛdine ꝓcedet memoꝛās ꝙ nō alia incedendū eſt via dicēte hippocrate i. ij. aphoriſ mo. aphoꝛiſmo. lj. ſꝫ m'ltū ꝛ repēte euacuare aut replere aut calefacere aut ifrigidare aut aliter quolibet coꝛpori mouere fallax eſt: ꝛ oīno na ture inimicū: paulatim ꝟo certū: ꝛ ex alio ad aliud trāſire nō aliter de cet. Et Gal. in. iij. techni textu com mēti. lij. Medici qdē diſpoſitiones coꝛrigere debent ex multo ſtudio paulatim trāſferētes in meli⁹: qm̄ nō ſuſtinet natura repētinas imu tatiōes. Et in. v. de ingenio ſanita tis ca. vltimo. Opꝫ nos incipere a paruis ꝛ minimis medicinis: qb⁹ nō preualētibus fiant foꝛtiores et magne: qꝺ cōgruit paſſionib⁹ in q̄ b⁹ patiētes ſecuri ſūt de vita: ſꝫ his in qb⁹ infirmus moꝛitur minime immo foꝛtioꝛib⁹ indigem⁹. Et l. vj. terapētice. c. vj. Alteratio q̄ paula tim fit nūq̄ petit doloꝛē facere: ſed neceſſariū ē repentinā ſil'r ꝛ violētā fieri trāſmutationē ſi dꝫ aliqs do loꝛ fieri. Qꝺ etiam ſenſit pꝛinceps in. iiij. primi ca. j. cum dixit. A de bilioꝛib⁹ ad foꝛtioꝛa eſt pꝛoceden dum quando debilioꝛa non ſuffi ciūt. et in. j. tertij. c. xxix. Opoꝛtet (in quit) vt incipiamus a debilioꝛe: et gradatim pꝛocedamus donec ſcia mus ex diſpoſitiōe egritudinis ꝙ ipſa iam ſit abſciſſa. Et in tracta tu. v. ca. xiiij. eiuſdem ait. Opoꝛtet quidem vt incipias a debilioꝛe vn ctionem. et videre ſi conferat: et ſi non: adde et permuta ad aliud qꝺ illo ſit foꝛtius. et in. ij. tertij. cap. j. Opꝫ vt a facilioꝛi incipias: et gra datim ꝑuenias ad illud in quo ſi.

UVA. BHSC. IyR_272

virtus equalis. ⁊ in. c. iiij. eiuſdē inquit. Nō pperes in vſu medicinarū fortiū in pricipio rei: immo tarda. Idē quoqꝫ voluit in. xviij. tertij. trac. ij. c. iij. dicēs. Cū potes curare cū eo qđ eſt minoris acuitatis: non intendas ad aliud qđ ſit acutius. Cuius quidē rō eſt ab eodē aſſignata in. xiij. fen. eiuſdē trac. iiij. c. xiij. ſic ſcribēte. Opꝫ vt nō ſit ſubito: qđ ſ. facis: immo ſcđm vices: nā illud qđ ſubito eſt mortale: eſt. Que fuit Ariſto. ſententia in. j. pblematū. pblemate. viij. dicētis. Mutatio vehemēs corpa corrumpit: ⁊ ppterea nō eſt ſubito alterandū: neqꝫ repēte euacuandū: cū euacuatiōis ſupfluitas innati caloris naturā deſtruat: vt dixit Princeps i. j. canonis. fen: doctrina: ſumma ⁊. c. ſecūdis. ⁊. iiij. primi. c. ij. Ois euacuatio q̄ eſt ſupflua ſcđꝫ plurimuꝫ febres generat. ⁊ iō cōcluſit in quarta tertij. c. v. circa finē. In euacuatione cōuenictius eſt vt multiplicet numerus ei⁹: ⁊ minoretur quātitas eius oi vice: quaten⁹ cōſeruetur virt⁹. cui⁹ ſimile voluit in. xiij. tertij. trac. q̄rto. c. xiij. cum ait. Rectius quidē eſt vt euacuatio nō fiat in vice vna ſubito ⁊ cadat virtus: immo paulatim ne ipſa pueniat ad multā debilitatē. Et iō cōcludam⁹ cū Gal. in. vj. Terapētice. c. iiij. ſic ſcribēte. Si euacuatio ⁊ alteratio fiat paulatiꝫ: op⁹ erit ſanatiue artis. Si vero repēte ⁊ ſcđꝫ multū: minime. Quamobrē ſi rationabilis fuerit medic⁹: ex hoc dignoſcetur ꝙ cū alterabit a facilioꝛib⁹ inchoabit. Si vero euacuabit p phlebothomiā: pharmaciā: vel aliā huiuſcemodi ſecundum vices multiplicatas ⁊ nō ſemel materiam eradicabit. Qui aūt hoc nō obſeruauerit pro quo tantum laborauimus et nō ſine cauſa: minime; dꝫ p ſanitatꝫ reſtauratiōe retineri: quare ⁊c.

¶ Cap. ccxciij. oſtēdit rōnabilē medicū nō debere ad ppinādū ſolutiua feſtinare: ſed prius corpus lenire: cānales aperire: et humores digerere.

S I igitur paulatim: vt iā dixim⁹: in curatione pcedendū eſt: cōſequēter ad forteꝫ aliquā euacuationē nō ita repēte pcedendū erit vt quidā emperici cōſueuerūt ad multa et grauiſſima pducētes corpus nocumēta: eo ꝙ etiā i principio morbi oi altera poſtpoſita cōſideratione materiaꝫ infirmitatis intēdant euacuare: per quodquidem eorum imperitiam vnicuiqꝫ facile declarant. Sapientes vero nequaqꝫ id preſumunt: eo ꝙ ex librorum ſtudio recte quidem intelligunt ꝙ prius leniēda ſint corpora: et pori aperiendi: ⁊ cannales dilatandi: humoreſqꝫ digerēdi: et ad euacuationem preparandi: et precipue cū materia: non extiterit furioſa. In principijs ergo infirmitatum cum clyſteribus procedunt: ſcientes ꝙ enema eſt medicamen nobile in expellendo ſuperfluitates que ſunt in inteſtinis. vt Princeps ait in. xiiij. primi. ca. xvij. Similiter in. j. quarti. tractatu. ij. cap. vij. cum inquit. Quod magis dilectum eſt apud me: eſt adminiſtratio clyſteriorum ſecundum vltimitatem qua indigetur in virtute: id eſt ſecundum vltimam vtilitatem. Et in cap. quarto eiuſdem tractatus. Clyſteria ſūt magis dilecta in principio egritudinis qꝫ ſolutiua alia. Qđ ſenſit Hippocrates in libro de pharmacijs. circa finē. cum ait. Si quē oportet clyſterizare congruit quotienſcunqꝫ volueris: mi-

UVA. BHSC. IyR 272

nus em̃ pͥculoſuz eſtꝰ q̃ pharmacias purgatiuas tradere. Cuz ipis ergo et ſimilibꝰ medicus vtilis et ſcientificꝰ añ purgationẽ leniet corpora: vt obediat Hippocrati in ſecundo aphoriſmoꝝ. aphoriſmo. ix. dicenti. Corpa vbi q̃s vult purgare opꝫ fluxa facere. In cuiꝰ cõmẽto Gal. inq̃t. Subtiliãdi ſunt humores groſſi ⁊ viſcoſi: ⁊ etiã ſunt aperiendi pori: id eſt cannales q̃bꝰ valeãt currere: ⁊ medicaminibꝰ extrahi ⁊ expelli facile tẽperata medicina qua nõ cõturbetur natura: q̃ð q̃ neglexerit ⁊ ad medicinã tãtuz intenderit: humores groſſos ⁊ anguſtioſos reddit: ⁊ cum nimijs torturis defectionibꝰ quoq ⁊ vertiginibꝰ multis: ⁊ pulſibꝰ inordinatis: ⁊ his ſimilibꝰ. Digeret ergo medicꝰ ſapiens humores: memorãs q̃ð dixit Gal. in tertio Techni textu cõmenti. lxxxix. Digeſtio facit ceſſare putredinez manente ſubſtãtia. Et in li. pͥo de criſi. c. ix. cuz inq̃t. Nõ expedit tibi vt adminiſtres medicinã ſolutiuam: niſi poſtq̃ digeſta eſt egritudo: ⁊ nõ in principio vbi cruda eſt materia opꝫ vt adminiſtres illud. q̃ð nõ minꝰ ſenſit Auicẽ. in. iiij. p̃mi. c. iij. dicens. In chronicis egritudinibꝰ maturatio tm̃ ⁊ nihil plus expectãduz eſt: ⁊ i acutis etiã egritudinibꝰ maturationez expectare meliꝰ eſt: ⁊ precipue cũ quiete fuerint: q̃ ſi mobiles extiterit: tũc ad euacuãdũ materiam feſtinare erit meliꝰ: q̃m impedimẽtuz morꝰ eiꝰ eſt maius q̃ ſue euacuatiõis nocumẽtũ anteq̃ ipſa ſit matura: ⁊ ꝓpͥe cũ hũores fuerint ſubtiles ⁊ in cõcauitatibꝰ venarũ. Et infra ſubiunxit. Cũ hũor fuerit in vno mẽbro cõprehẽſus: nullo mõ moueat̃ donec maturetur: ⁊ eſſentiã habeat tẽperatã. Et iterum poſt aliqua ſubdit. Illꝰ q̃ð magis cuſtodire debemꝰ in euacuatiõe: ẽ cãnaliũ habitudo ne ipi ſint clauſi: q̃ð tibi poſſibile erit ſi añ maturationẽ vẽtrẽ ſoluas. i. materiã cuz lenibꝰ minuas. Et in q̃rto eiuſdez. Anteq̃ vẽtris fiat ſolutio aut vomitus: ꝓmittẽda ẽ hũoris ſubtiliatio q̃ euacuãdus eſt: ⁊ amplificatio cannaliuz ⁊ ipſoꝝ apertio: q̃m hoc eſt ex eo q̃ð corpꝰa pena ſecurũ reddit. ⁊ in. c. ſequẽti. Ex cauſa timoroſa eſt vt medicina ventris ſolutiua ſumatur fece i inteſtinis exiſtẽte ſi ca: immo expellenda eſt ſaltẽ cum clyſteri aut iure mollificatiuo. Et ſic innuit nobis ꝑ hec q̃ dixit: quãtũ lenitio añ vẽtris ſolutionẽ ſit neceſſaria. Quãtuz aũt digeſtio hũoris euacuãda ſit opportuna: ſatis eãdẽ patefecit cũ i. ꝑma q̃rti. tract. ij. c. vij. ſcripſit. Nõ euacues materiã indigeſtã in calido: neq i frigido: niſi ꝓpter neceſſitatẽ. Et infra. Si nõ ẽ digeſtꝰ humor nõ moueas niſi in pͥcipio: apud ſtatũ vero nõ moueas aliq̃d donec vincat natura ⁊ digerat. Que fuit Hippocratis ſentẽtia i pͥo aphoriſmoꝝ. aphoriſmo. xxij. dicẽtis. Digeſta medicari ⁊ mouere nõ cruda: niſi in pͥncipio fuerint furioſa ⁊c. Ex q̃bꝰ ſatis apparet q̃ nõ ſit feſtinãdũ ad medicinas exhibenduz ſolutiuas: immo paulati ⁊ ordinate ꝓcedendũ. ſ. prius leniẽdo: aperiendo mollificãdo: ſubtiliãdo: ⁊ hũores crudos digerendo. Quez q̃ medicꝰ ordinez nõ obſeruauerit: irregularis ⁊ penitus inutilis dicetur: ⁊ minime ad reſtaurandaz ſanitatẽ amiſſam idoneus. quare ⁊c.

¶ Cap. ccxciiij. oſtẽdit bonũ medicũ debere etiã i ꝓceſſu nõ ſemel cauſam morbi eradicare: et declarat quas i egritudine materiali curatiuas intentiones oportet ipſum obſeruare.

Cum medicus

UVA. BHSC. IyR_272

Ut medicus ſapiẽs melius dignoſceretur nobis viſum eſt ⁊ hãc inter alias ei neceſſarias conditiones annotare debere. ſ. vt poſtq̃ cognouerit morbi materiã digeſtã eſſe ⁊ carnales apertos fore: ⁊ cetera oĩa: que ſuperius diximus: preparata ad huc egritudinis materiã: nec totã nec multaꝫ ſemel educere preſumat: imo paulatim a leuiorib⁹ ⁊ faciliorib⁹ incipiens ad fortiora ⁊ vberiora procedat. Unde ſi per phlebotomiã: pharmacuꝫ vel per vomitũ: aut aliter quo modo libet euacuare voluerit: debet ſemper aĩaduertere ⁊ grandi cũ diligentia attendere ne virtutẽ ꝓſternat vel mẽbra debilitet: multã ſemel: aut bis ẽt euacuationẽ operando: ſed potius ſit ſolicitus de eductionis materiei partitiõe vt ſcientificũ decet operatorem. dicente Auicẽ. in. iiij. tertij. c. v. circa finem. In euacuatiõe cõueniẽtius eſt vt multiplicet̃ numerus eius: ⁊ minoretur q̃titas ipſius omni vice: quatenus conſeruet̃ virtus. ⁊ in. xiij. eiuſdem trac. iiij. c. xiij. Oportet vt ſolutio ventris non ſit ſubito: imo ꝑꝫ vices: nã illď qď ſubitũ eſt: mortale eſt. Et poſt aliqua. Recti⁹ q̃dẽ eſt vt euacuatio nõ fiat vice vna ſubito ⁊ cadat ꝟtus imo paulatiꝫ ne ipſa ꝑueniat ad multã debilitatẽ: qď ẽt ſenſit Raſis i libro de egritudinibus iuncturarum. c. vij. cũ dicit. Et caue in purgando melancholiam ⁊ quẽlibet aliũ. ſ. humorẽ ⁊ precipue groſſum: q: non debes ſemel purgare: ſed ſepe. Iſti eñ humores non ducentur in multa q̃titate in vna purgatione. Que fuit Gal'. ſentẽtia in primo Terapentice. c. vi. dicentis. Oportet q̃dem non repente neq; ſemel fortib⁹ tentare ſanare pharmacijs. ſꝫ tpe magis caute. i. paulatine. ⁊ ſimiliter hyppocrates in primo aphoriſmoruꝫ: aphoriſmo tertio. cũ inquit. Compreſſiones. i. euacuatiões ad vltimum ducere fallax eſt: ſꝫ qualis natura fuerit ſubſtinentis ad hoc ducere ſimiliter ⁊ ianitiones ad vltimũ ducentes fallaces. Ex quib⁹ euidentiſſime apparet q̃ nõ tm̃ ab euacuatione multa per pharmaciã ſemel facta debeat verus ſanitatis reſtaurator abſtinere: verũetiã ab alijs oĩbus ſubitis euacuatiõibus: ⁊ ꝑmaxime a multa ⁊ ſuperabũdãti: phlebotomia: materia non exiſtẽte furioſa: vt in chinocha. ⁊ q̃ ita ſit ſatis ex doctrina ꝑincipis patet dicentis in. iiij. primi. c. xx. Ad ſummũ melius eſt vt phlebothomie vices ſint multe q̃ vt ipſius q̃titas ſit multa. ⁊ infra ex iuuamẽtis ſecundationis eſt q̃ phlebotomi virtutem cum perfectione ſue euacuatiõis que eſt neceſſaria conſeruat. Et in prima tertij. c. vij. Non extrahas totum qď eſt neceſſariũ ex ſanguine propter egritudinem aliquã ſignificantẽ eius extractionem: imo retine ex eo aliq̃d vt reſiſtat illi egritudini ⁊ i pria quarti tracta. ſecundo. c. vij. ſimiliter ait. ⁊ conſilium q̃deꝫ meũ in phlebotomia eſt vt dimittatur q̃tum poſſibile eſt. Si autem nõ eſt poſſibile: tũc multiplicatio numeri eſt melior multiplicatione q̃titatis: oportet eñ vt euacuetur ſanguis multus ſubito: qm̃ euacuatur: multũ de eo cuius non eſt neceſſaria euacuatio: ⁊ q: debilitat̃ virtus ⁊c. Partietur itaq; ſapiens medicus phlobotomiã cuꝫ ipſa neceſſaria fuerit: ⁊ ſimiliter pharmaciã ſicut et quãlibet aliã euacuationem totiens replicabit vſq; quo totam materialis egritudinis cauſam abſciderit: quoniam melius eſſe ſic interpolando ꝓcedere cognoſcet: q̃ velle totã ſimul: ⁊ ſemel morbi materiã euacuare. Imperitus autem de quo minime confidendum erit: hac non vtetur diligentia: ⁊ ideo perducit infirmum ſi debilis fuerit ad mortem: ⁊ ſi fortis ad



UVA. BHSC. IyR_272

maximā ſui corporis debilitatem ob virtutis reſolute ꝓſtrationē. ad aliqđ euacuationis genus ſubito factum: conſecutam. Rōnabilis vero hunc in errorem nequaꝗ̄ incidet: eo ꝙ canones medicinales obſeruando paulatim ꝛ ordinatiſſime in egritudinis remotione: ꝛ ſanitatis inductione procedet curatiuas huiuſcemodi intentiones obſeruās in morbo materiali: nā poſt couenientis in qualitate ꝛ quantitate diete ordinationem. primo leniet ventrē cum clyſteriȷ̇s ꝛ huiuſmodi. ſecūdo ſi expediet phlebotomare faciet infirmum. tertio loco digeret cauſam antecedentē morbi factiuā cum leuibus. quarto minorabit illam cum facilibus ſolutis. quinto cum fortiorib⁹ procedet digeſtiuis ꝛ aperiētib⁹ magis ſi oppilationum apertio oportuerit. Sexto cum potētioribus: nō tamē venenoſis: materiā egritudinis eradicabit pharmaciȷ̇s. Septimo diuertet ſi quid a loco patiēte diuerti fuerit neceſſariū. Octauo autem reliquias materiei per ſudorem vrinam ꝛ huiuſcemodi vias reſoluere cōminabit. Nono corriget accidētia que curam non peruerterunt. Decimo ꝛ vltimo qualitatem malā a morbo ꝛ cauſa eius impreſſam remouebit mēbra confortando debilitata: ꝛ totum paulatine reſumendo donec patiens ad priſtinam redierit ſanitatem. Sic ergo ſapientes medici procedunt ordinate: ſicut ignari confuſiſſime modo vnum modo aliud irrationabiliter adminiſtrātes. quare ꝛc.

¶ Capitulū. ccxcv. oſtendit cognoſcere medicum rationalem ex hoc ꝙ cum predictis intētionib⁹ procedat: et nō ilico currat ad narcotica: vt emperici: ſed tantummodo eis in extrema vtatur neceſſitate.

Rationalis et honorandus medicus pretactas in precedenti. c. curatiuas obſeruabit intentiones in materialibus curādis egritudinibus acutis et chronicis ſalubrib⁹ ſi aliquod fortiſſimorū accidentiū ei curā peruertere nō cogerit: ꝛ ſuū ordinē non impediuerit: ꝛ felicē ſemper egritudinis ſucceſſuꝫ inueniet: quēadmodum per cōtrariū emperici: ꝛ a tali veritatis tramite ꝛ vere curationis modo deuiātes in ſaluberrimis etiā paſſionibus: ꝛ in fortiſſimis corporib⁹ ſepius: ꝛ (vt verius dicā) ſemper vident mortem aduenire. Et hoc q: nullū ordinem habētes in curationibus ſuis cām negligunt: ꝛ tantūmodo ad accidentiū remotionē intēdunt vt ſapientiores eſſe videant̄: ꝛ ꝗ̄primū ad narcotica adueniūt ꝛ ſomnū patientibus inducūt: vt eos ilico liberaſſe ꝛ quieſcere feciſſe ab aſtantib⁹ inducent̄ ab illiſqꝫ immerito cōmendētur. Inde tamen poſtea nocuiſſe magis: ꝛ qn̄qꝫ interemiſſe cōpertum eſt: ſicuti in dolore colico: ꝛ in aliȷ̇s huiuſcemodi vidimus ſepius cōtigiſſe. Unde tales medici poſtmodū vilipenſi fuerūt ab oībus ꝛ maledicti: q: verū curandi modum ſcilicet cauſe abſciſſionē nō intellexere: nec quantū periculi ſomnifera concipiāt prout decet ꝛ opꝫ cōſiderarūt. Nec viderūt Auic. in. iiȷ̇. j. c. xxx. dicentē. In dolore colico et exhibitione narcoticorū magnificatur malus ſinis: qm̄ materiā augmētat: ꝛ frigus ꝛ congelationē ꝛ clauſulam. ꝛ in. j. iiȷ̇. c. xxix. Alienatio a medicinis vehementer frigidis factis ex eis que ſunt ſicut papauer ꝛ opiū ꝛ reliqua huiuſmodi: nō eſt tibi neceſſaria: niſi apud vehementē neceſſitatē ꝛ fortem dolorē. et in trac. iȷ̇. c. x. eiuſdē. Tibi quidē cōuenit ne declines ad narcotica ꝗ̄tū potes. ꝛ in. c. xxix. eiuſdē. Si narcotica et ſomnifera tibi neceſſaria ſunt ꝓpter

UVA. BHSC. IyR_272

doloris vehemētiā: vtere eis cautela ꝛ timore.ꝛ in.iij.iij.trac.j.c.ix.Qñ doloris vehemētia facit neceſſariā ſtupefacientiū adhibitionē illa tamen quātū potes expelle:ꝙ ſi aliquod eoꝝ adminiſtras propter neceſſitatē adminiſtra illud ſcḋm cautelā.ꝛ in.c.xiij.eiuſdem ſic etiā retulit.In egritudinibꝰ ꝛ doloribꝰ vētoſis nō eſt narcoticis vtēdū:ſicut quidā preſumptuoſi qñcꝫ audēt adminiſtrare apud doloris vehementiā vt inde ſedetur dolor in hora. Sed ipſe poſt horā vehemētius excitatur ꝙ̄ prius fuit ꝓpterea qḋ prohibet reſolui ventoſitatē.Et in.xiij.fen eiuſdē ſic etiam ſcripſit in trac.j.c.xxj. Qñcꝫ eſt neceſſariū ſumere ī potu ſtupefaciētia ꝛ cōfectiones opiatas recipientes iuſquiamū ꝛ philoniū: et ego abhorreo illud cū inuenit̄ ab eo iter.ꝛ in.xvj.iij.cap.iiij.In narcoticis eſt timor:licet qñcꝫ accidat vt ſint neceſſaria.Et quomodocūcꝫ ſit nō opꝫ vt adminiſtrent̄ ꝙ̄diu ab eis excuſatio eſſe poteſt:ꝙ ſi neceſſaria fuerit corū adminiſtratio:nō exhibeant̄ ei cuius infrigidatur corpus ꝛ debilitat̄ virtus:ꝛ apparet illud in pulſu.Si vero neceſſarium fuerit:miſceātur cum eis que ſunt ſicut caſtoreū ꝛ crocus:ꝛ ſimilia. Et iam teſtificati ſumus nos vidiſſe qui ſuppoſuit ſibi collyriū ex opio et mortuus fuerit.Et cuꝫ poſſibile eſt vt adminiſtrētur in collyrio non adminiſtrētur in potu:ꝛ quando poſſibile eſt vt adminiſtrētur in emplaſtris nō adminiſtretur ſuppoſitoriū factum collyrium.Et in tracta.iiij.c.ij.eiuſdē ſic etiam ait.Incipiētes ſedare dolorem cum narcoticis cōponunt rem maximi erroris.Adminiſtratio enim narcoticorum non eſt curatio vera in aliquo:ꝛ illud ideo quoniā curatio vera eſt inciſio cauſe.Et ſtupefactio eſt cōfortatio cauſe:ꝛ deſtruitur ſenſus per eam.hec ipē.Ecce igitur quotiēs hac dere princeps Aui.medicos hos beſtiales admonuerit:vt non niſi in extrema neceſſitate talia adminiſtrent periculoſa:quem ſi quādocꝫ legiſſent quod faciunt non auderēt.Sed quia opera eius nedū Gal.ꝛ aliorū nunꝙ̄ inſpiciunt:volui hoc in.c.loca omnia in quibus hec prohibeat annotare:vt ſi fortaſſis:quod nō credo:hoc noſtrū opus ad eorū manus peruenerit:videre poſſint ꝛ cognoſcere ſuum errorē ſeipſoſcꝫ ab eo corrigere:qḋ niſi fecerint ab aſtātibus hunc librū habentibus cognoſcētur:ꝛ vt eorum merebitur ignorantia:magno cum dedecore ex domibus expellētur.Periti autē et ſapientes hoc non timebunt:quoniā cauſam prius abſcindere conabūtur predictis cum intētionibus:nec vnꝙ̄ ad huiuſmodi ſomnifera peruenient: niſi cum vehemētia accidentis virtutem ſua fortitudine proſternentis id expoſceri: et tunc pronoſtico cautela ꝛ timore ea adminiſtrabit:et nō quomodocunꝙ:ſed vt ſupra Auicen.preceperat.quare ꝛc.

¶Cap.ccxcvj.oſtēdit qñ poſtpoſitis dictis intētionibus curatiuis: poſſit etiaꝫ rationabilis medicus ad narcotica cum cautela tamen tranſire ne aſtantes ꝛc.

DEcreuimus hoc in ca. declarare quādo etiam rationabilis et ſtudioſus medicus poſſit ſecūdum regulas medicine narcoticis vti vt p hoc aſtātes intelligāt eū nō niſi canonice ꝛ ſciētifice procedere ꝛ ipm ab emperico ſecernere valeāt.Dicamus ergo cū Auerroi.i.vij.colliget.c.de ſincopi accidente cauſa doloris.ꝙ non ſit narcoticis vtendum:niſi cum infirmus in articulo mortis eſſe reperitur cauſa doloris.Tunc enim ſedationi inten-

UVA. BHSC. IyR_272

dere oportet cū q̄buſcunq; remedijs mitigantibus a leuioribus tamen incipiendo quibus non conferentibus ad narcotica ſomnifera tandē deueniendum eſt: ⁊ non ad omnia: ſed ſolummodo ad correcta ⁊ conſolata cū ſuis bezarticis licet peruenire: dicente Auicenna in quarta primi. capitulo trigeſimo. Stupefacientis complexionē conſiderare debes ⁊ ipſius qualitatem: ⁊ vt qđ ex eo eſt facilius dones: ⁊ vt tribuas id quod eſt cū ſuis tyriacis compoſitū: niſi res fuerit maxime que forti indigeat ſtupefactiōe: ⁊ prius exterius erunt applicanda. et ſic etiam non conferentibus: interius poſtremo in pauca q̄titate ⁊ cū maximo timore ⁊ premiſſa pronoſticatione ꝓpinētur vt dolor aut huiuſmodi aliquod aliud fortiſſimum accidēt ſopiatur: ⁊ virtus totaliter non reſoluatur: cum dolor permaxime virtutem proſternat. dicente Auicenna in primo canonis fen: doctrina ⁊ ſumma ſecundis. ⁊ capitulo vigeſimoſecundo. Dolor virtutem diſſoluit: et membra a ſuis proprijs operationibus prohibet adeo vt mēbra ſpiritualia ab aeris prohibeat attractione aut eius deſtruat operationem: ⁊ facit eum interſectum ⁊ frequentem ⁊ omnino nō ſecundum naturalem curſum. Et in primis calefacit membra: ⁊ poſtea infrigidat: ꝓpter illud quod reſoluit ⁊ vincit de ſpiritu ⁊ vita. Et in quarta primi. c. xxx. Omnis q̄dem dolor q̄ ſit fortior interficit: qm̄ ex eo in primis accidit frigiditas corporis: ⁊ tremor poſt ea fit pulſus paruus: deinde deſtruitur: poſtea moritur. Et propterea dixit Raſis in diuiſionibus. ca. cxl. Tu non dimittere debes vt eger tolleret dolorem: q: facit incurrere apoſtema ⁊ putrefactionem ⁊ corruptionē membri ⁊c. Et ideo debēt medici omni ſuo ingenio ſedare dolorē primo cū rebus vere curantibus ipſum ſi eis poſſibile eſt: que res: vt dixit Gal. in. vj. aphoriſmo. cōmento. xxxj. ſunt mediocriter calide: qm̄ calefactionis cōſuetudo eſt dolorem mitigare aliquandiu. Et in ſexto de ingenio ſanitatis. cap. ſecundo dixit. Aqua calida mitigat dolorem omnis apoſtematis. Et in li. v. de ſimplici medicina. diſt. quinta. c. j. ſic etiā ſcripſit. Medicine que ſunt vere ſedantes dolorem: oportet vt ſint ſubtiles: ⁊ caliditatis earū ſit maior q̄titate que intenditur: ſ; euacuent: ⁊ reſoluant ⁊ ratificent ⁊ ſubtilient ⁊ maturent ⁊ faciant procedere omne quod eſt coarctatum ⁊ retentum in membro cum quo eſt dolor ſiue humor calid⁹ ſit ſiue viſcoſus. In ſecundo vero de febribus ad glauconem ait. mediocrē dolorē ſepe adhibita extrinſecus calefactio: vel euaporatio ſola per ſeipſam totū curauit: vel minuit cauſam ⁊c. Un̄ princeps in ſecunda primi. doct. ij. c. xxj. ſic cōcluſit. Cauſa quietis doloris eſt: aut ꝙ cauſe ex qua prouenit exiſtit contrarium ⁊ ipſam euacuat ſicut anetū ⁊ lini ſemen cum ſuper locū dolentē ex eis fit emplaſtrum: aut cū quo mollificant: ⁊ fit ſomnus: ⁊ ſenſibilis v̄tus ad ſuā redit operationem ſicut inebriantia: aut quo infrigidat ⁊ ſtupidum efficit ſicut narcotica: ſedans: tamen certum eſt primum. Et ideo medicus cum ipſo aut aliquo ſibi ſimili tentet pri⁹ ſedare dolorem: que ſi non contulerint ⁊ dolor magis atq; magis infeſtauerit: adeo quod virtutem deijcere incipiat: tunc ad narcotica cum cautela tranſire debet eligendo ex eis q̄ magis correcta ſunt ⁊ ab autoribus commendata: ⁊ primo exterius apponat: ⁊ poſtremo per os exhibeat ⁊ in modica quantitate; ⁊ grandi cum timore: vt diximus poſtquam aliud ei contuliſſe non perceperit. Sic ergo rationabilis medicus poterit ſomniferis vti ne virtus omnino proſternatur de

UVA. BHSC. IyR_272

qua tātū ſolicitus eſſe debet: vt ſupra declarauimus. In ſimplicib⁹ itaq; et materialibus morbis tali cum ordine predictiſq; cum intētionib⁹ ſanitatis reſtaurator procedet ꝛ in hoc eius ſufficientiā demōſtrabit: quemadmodū confuſa ꝛ inordinata curatio irregularem ꝛ minime pro inductiōe ſalutis egri retinendū oſtendit. quare ꝛc.

¶ Cap. ccxcvij. oſtēdit qualiter cognoſcēdus ſit regularis ꝛ ſapiens medicus ex curatiōe complicatarum infirmitatum.

Quia non modicū facere ad ſanitatis et vite conſeruationē exiſtimam⁹ ſcire medicū ſufficiētē: ꝛ ad curationē idoneū cognoſcere i cuius manibus eger cū fiducia reponat per multa in hoc opere capitula conati ſumus id oſtēdere: ne quis in huiuſcemodi electione neceſſaria deciperetur: permaxime autē per immediate precedētia: in quibus declarauimus qualiter medici peritia ex proceſſu ꝛ ordine curationis ſue in ſimplicibus morbis dignoſci poſſit: in hoc autē pro huius materiei complemento dicemus quomodo etiā per cōplicatarū egritudinum curationē doctum ꝛ honorandū ab indocto ꝛ equiuoce medico aſtantes diſcernere valeant. Preſupponam⁹ ergo ꝙ plerūq; cōtingit ſcilicet ꝙ in patiēte non ſolū vna: ſed due vel tres aut plures ſunt egritudines coniuncte: vt putrida cū ethica: tertiana cum colica: ꝛ renū excoriatione: vel ſoda cum ſtomachi debilitate ꝛ dolore matricis ꝛ huiuſmodi ſicut perſepius accidit. Stāte ergo vna iſtarum complicationū dicamus ꝙ ſapiens medicus debet canonice ꝛ regulariter procedēdo vnicuiq; harū paſſionum attendere: inequaliter tamen: nam fortiori magis ꝛ minus debiliori: dicente Auicē. in. iij. j. doc. ij. c. xij. In primis oportet maiorem habere ſolicitudinem de re que maiorē incurrit terrorem regendo illud etiam quod eſt ſub ea. Et in. iiij. j. c. vltimo. Cum multe cōiungūtur egritudines: ab ea incipere debem⁹ in qua vna harum trium proprietas exiſtit. Una earum eſt ꝙ alia ſanari non pōt anteq; ipſa ſanetur: ſicut apoſtema et vlcus cum coniunguntur: medicamur enim apoſtema donec cōplexionis malicia que cum eo venit remoueatur: abſq; cuius ſanatione vlcus ſanari non poteſt: poſtea vero medicamur vlc⁹. Et ſecūda earum eſt cum vna egritudo cauſa fuerit alterius: ſicut cū accidit oppilatio ꝛ febris: medicamur enī oppilationem primo deinde febrem: ꝛ ſi nobis neceſſariū fuerit oppilationem aperire cū eo in quo aliqua exiſtit caliditas non curabimus de febre: quoniā impoſſibile eſt vt febris remoueatur cauſa ipſius remanēte. Tertia vero cum fuerit vna earū de qua maior ſolicitudo ſit habenda: ſicut ſi coniungatur ſinochus et paralyſis: medicamur enim ſinochū extinguēdo ꝛ phlebotomādo: ꝛ paralyſi nō curabimus. Cum autem egritudo ꝛ accidēs coniunguntur a ſanatione egritudinis incipiemus. Et ſi accidens ſuperauerit: tunc accidentis curam habebimus et egritudinem non conſiderabimus ſicut in colica: damus ſtupefaciētia: ppterea vt doloris fortitudo remoueatur: ipſi colice impedimentū faciat ꝛc. In tertio quoq; tertij canonis tracta. iij. c. xxiiij. ſic ait. Cum due coniungūtur egritudines: oportet vt vehementiorem earum diligenter attendas. Quod etiam voluit Raſis in libro de egritudinibus iuncturarum. c. iij. cum inquit. Primum medicandū eſt rei periculoſiori. Et Auerrois. i. vj. colliget

UVA. BHSC. IyR_272

capitulo de conſeruatione corporis
cuius membrum eſt diſtemperatum:
ſic etiā ſcripſit. Stāte egritudinuz cō
trarietate vt ſtomacho frigido ⁊ epa
te calido: in talibus indigemus regi=
mine mixto: ⁊ plus inſtare diſtempe=
rantie periculoſiori. Et in ſemptimo
libro eiuſdem capitulo de cura febris
ephimere cum fluxu ventris inquit.
Medicus in hoc prouiſor eē debet: vt
reſiſtat ei quos plus eſt timendum.
que fuit Gal. ſententia in primo apho
riſmorum cōmento decimoſeptimo
dicentis. Duorum morborum fortior
medicandum eſt prius: altero tamen
non neglecto. Sic igitur ſapiens me=
dicus ſua cum prudentia ſinceroqꝫ iu
dicio in curatione complicatarū infir=
mitatum de ea magis erit ſolicitus
paſſiōe: q̄ maiorē īducit timorē: q̄ grā
diorē ſolet virtuti leſionez afferre: que
cunqꝫ res illa fuerit ſiue dolor. aut ſin
copis: aut accidēs anime: aut vigilie
ſuperflue: aut fluxus immoderatus:
vel alia huiuſmodi virtutis proſtrati
ua: quam rē cum medicus ſedauerit:
⁊ virtꝰ deinde reſtaurata fuerit febri
vel alteri ſecū coniuncte paſſioni prin
cipalius poterit attendere prehabi=
tas obſeruando curatiuas intentio=
nes: ⁊ ſic domino concedente vnam=
quāqꝫ ſalubrem infirmitatem ſcienti=
fice curabit ⁊c. Qui autem compoſi=
tas egritudines altero tramite q̄ꝫ di=
ctum ſit: curare tentauerit: ⁊ preaddu
ctis auctoribus nō obedire preſum=
pſerit: pro beſtiali aut fatuo periculo
ſiſſimoqꝫ habeatur. Bene igitur ad=
uertant egrorū aſtantes ad hec que
ſcripſimus: vt valeant peritos ab im
peritis diſcernere: quoniā hinc tota
ſalus totaqꝫ vite conſeruatio cōſiſtit.
Nec homo reperitur qui ſemel saltez
ſi non ſemper: hanc non indigeat ob
ſeruātia: quia medicorū nōnulli repe
riuntur qui diuerſis eorꝫ aſtutijs: ⁊ ſi ni
hil aut parum quippe intelligant: in
famam tamen deueniunt. Ut in libri
huius capitulo ſexto declarauimus. a
quibus permaxime cauendū eſt: qm̄
⁊ ſi medici dicantur: equiuoce tamen
nomen illud intelligendū. ſicut in ꝓlo
go phyſicorū inquit Auerrois. ꝙ hō
p̄dicat̄ de hoīe vō ⁊ d̄ hoīe lapideo: ſic
etiā ſcdm̄ diuerſas rationes ⁊ ly me=
dicus predicari ſolet quod ſenſit. hip
pocrates in libr. de lege dicens. Medi
ci numero quidem multi. opere vero
pauci. Et ideo replicamus iterum ad
vocādū medicū bene cōſiderent aſtā
tes: ⁊ poſtq̄ꝫ aduenerit ad omnia que
cunqꝫ faciet ⁊ ordinabit q̄ꝫ diligenter
animaduertēte: qm̄ pauci medicorū
regūt infirmos regimine recto: vt Ga
lie. ait in primo de creticis. c. ſeptimo.
quare ⁊c.

¶ Capit. cccxcviij. in quo autor ſe primo de q̄buſdam excuſat: dein=de preſens opus exponit omnium maiorum patrum ſenſuere.

Iaz ſoluimus qualiter
hominū vnuſquiſqꝫ dū
ſanus fuerit: in ſua va
leat ſanitate cōſeruari
⁊ pariter q̄uo cū īegro
tauerit: ſuā poſſit ſalu=
tem amiſſam recuperare: quēadmo=
dum ab huius operis initio velle di=
cere ꝓmiſeramꝰ. Que ſatiſfacere ꝓ p̄=
ſenti negotio: de ſalutis ſcz conſerua=
tione arbitramur. Un̄ plura ſcribi hac
de re ſuperflua ⁊ minime neceſſaria
videret̄: q̄ꝫobrē hec q̄ iam dicta ſunt
ſufficere volumus ⁊ p̄termittere lon=
gas admodum ⁊ tedioſas: q̄ dici poſ
ſent: philaterias: eo ꝙ ſua cū ꝑlixita=
te ꝑmoleſte quidē narrate ⁊ inutiles
penitus efficerent̄: dicente Auicen. in
xv. tertij. c. vj. Nō eſt in prolongatio=
ne ſermonis vtilitas. Et per hoc intē
dimus. j. de āpliori huius libri quāti
tate nos excuſare per itidem etiaz de

UVA. BHSC. IyR_272

hoc ꝙ dubitationes que circa aucto-
rum dicta oꝛiri poterant nequaq̄ꝫ mo
uerimus: ꝙ non aliã ob cauſam feci-
mus. niſi vt legẽtiũ mentem a re iam
incepta minime diuerteremus: ⁊ ne ni
mium tractatus noſter pꝛolongeretur.
Impoſſibile nãqꝫ videtur vt queſtio-
num ſolutionibus intellectus huma-
nus acquieſcat. niſi ante illas diſtin-
ctiones ⁊ pꝛeſuppoſita pꝛo concluſio
nibus neceſſaria pꝛediſponantur: et
ſuꝑ illa deinde reſpõſiue cõcluſiones
fundentur: ⁊ demum ad arguta: vt fie
ri ſolet: reſpõdeatur. hoc autem pau
cis: vt quilibet intelligit: minime poſ-
ſunt expediri. Nec etiã meipſum a ꝓ-
poſito deuiarem: ⁊ ad artes alias trã
ſire: eas ꝗ̄libẽtiſſime poſtergaui que
ſtiones: quoniã plurimũ ſolent medi
cũ impedire: ⁊ ipſum a medicina di-
uertere: vt voluit Pꝛinceps in. j. quar
ti. c. j. cum inquit Occupatio in cõtra-
dictionibus eſt illud quod non con-
fert in ſciẽtia medicine aliquid. ⁊ facit
medicum pꝛocedere ex arte ſua ad in
quiſitiones que foꝛtaſſe impediũt ip-
ſum ab arte ſua. Et ꝓpterea dicebat
Gal. in libꝛo pꝛimo de ſimplici medi-
cina diſtintiõe. iij. c. v. Caue vt nõ po-
nas teipſum loco eius qui facit heſi-
tare: ⁊ aptus eſt implicari in queſtio-
nibus plenis dubitationibus ⁊c. Uo-
lumus etiam hac in parte excuſatos
eſſe: ꝙ in aliquibus diſſentientes: vt
in gradibus medicinarum ſimpliciuꝫ
⁊ in alijs ꝗbuſdã diſcoꝛdes antiquos
non cõſiliauimus: quoniã id difficil-
limum onus ⁊ lõge noſtris humeris
impar eſſe cognouimus: ex eo quod
voluit Raſis in. vj. ſuoꝛũ aphoꝛiſmo.
dicens. Cum doctoꝛes antiqui in re
aliqua nõ concoꝛdarunt: graue eſt eo
rum rationẽ concoꝛdare. Et vt omnia
ſimul compꝛehendamus: veniã a le-
gẽtibus humiliter petimus: rogantes
vt pꝛo ſua benignitate nos in cunctis
habeant excuſatos. Quia vere ſci-
mus. ⁊ ita foꝛe ſine dubio fatemur:
ꝙ ſingula que ad pꝛeſens negotium
fuerãt neceſſaria: nõ adduximus: nec
credimus in aliquo ex addductis ob
imperitiam ⁊ iuuenile iudicium non
erraſſe: cum ita ſit equidem. vt Raſis
voluit in ſexto ſuoꝛum aphoꝛiſmoꝛũ
allegato: cum ait. hominis enim na-
tura non euadit erroꝛẽ maxime in re
bus difficilibꝰ. Quod clariꝰ nobis innuit
Gal. in libꝛo. ij. memiri. c. de doloꝛe ca
pitis ſine febꝛe. cum inquit. Difficile
eſt enim hominem exiſtẽtem non pec
care in multis: alia quidem vt igno-
rantem: alia autem vt male iudican-
tem: alia vero vt negligenter ſcriben
tem. Et ideo ex tota mente: totali coꝛ
de: ac ex omnibus anime viribus ro-
gamus: exoꝛamus: ⁊ depꝛecamur me
dicos omnes ⁊ maioꝛes pꝛecipue: vt
ſi quid hoc in opere male intellectuꝫ
vel fuiſſe a nobis interpꝛetatũ: ad ali
quod impertinens de dictis autoꝛum
adductum inuenerint: id pꝛo ſua coꝛ-
rigant humanitate. Multoqꝫ magis
omni mentis affectu pꝛecamur reue-
rendiſſimos catholice fidei noſtre pꝛo
feſſoꝛes: Pontifices. Cardinales: Epi
ſcopos: ceteroſqꝫ omnes ad quoꝛum
manus vt ſpero. licet indignus ſit: no
ſter hic tractatus perueniet: vt ſi in eo
minimuꝫ aliquod tota dei vel eius fi
lij redemptoꝛis noſtri mandatis con
trarium vel diſſonuꝫ reperient: quod
inauertentia noſtra aut inſciẽtia ſcri-
pſiſſemus: emendẽt. coꝛrigant. quin
imo eradicent ⁊ abꝛandant: vt omni-
no non remaneant: ⁊ vt pꝛo nihilo re-
putetur: ⁊ tanq̄ꝫ non dictum habea-
tur. Si vero aliq̄d boni ⁊ vtilis hoc ĩ
opere inuenerint volumꝰ: ⁊ (ſi dicere
licet) mãdamus: vt id nobis minime
aſcribãt ſꝫ totũ creatoꝛi omniũ atribu
ant: quoniã vt Auenzoar inquit in ſuo
Theiſir libꝛo ⁊ tracta. tertijs. omnis
res pꝛocedit ab illo qui eſt ſumme et
vltime ſcientie: ſcilicet a deo viuo ⁊ ve



UVA. BHSC. IyR_272

ro ⁊ benedicto. Quod etiam voluit
Auicenna.in libro de viribus cordis
c.ij.dicens.Quecunq̧ perfectio:⁊ om
ne bonum non niſi a pͥma veritate
ſunt:que omnium bonoꝝ pͥma eſt
vniformis manatio.quare ⁊c.

¶Cap.ccxcix.in quo auctoꝛ altiſ
ſimū ⁊ omnipotētē deū deprecatꝛ
vt pſua pietate legētibꝰ hūc librū
ſanitatē cōcedere dignetꝛ.

IN hoc penultimo capitulo
nihil aliud intendimus ni
ſi cōuertere nos ex toto coꝛ
de ad altiſſium omnipotē
tem ac ſempiternum deuz:
de quo vt Gal.refert.in libro de virtu
tibus animalibus:ſic ſcripſit Plato.
Ingenitum ⁊ primum ac maximum
deū dicimus bonumq̧ nominamus:
⁊ nos omnes diligimus eum natura
exiſtentem talem ab eterno ⁊ non fa
ctum bonum a ſeipſo: penitus enim
nunq̧ fuit factus:cum ſemper fuerit
ingenitus ⁊ ſempiternus.Ipſe quidē
vt Hali dixit Abenragel in ſui operis
initio.eſt primus ſine principio:⁊ po
ſtremus ſine fine terminato:qui crea
uit celos circunferentiales: ⁊ ſtellas
mouentes:⁊ celum cooperiens:⁊ ter
ram ſufferētem.Et eſt ille cuius om
nes res quas viſus attingunt ⁊ recipi
unt cogitatus ⁊ ſenſus in omnibus ſi
gnalibus ⁊ ſignificationibus demon
ſtrant dominum ⁊ virtutem ſuam:cu
ius ſaluationes ſint ſuper eos qui fi
deliter euz credunt.Ipſe etiā:vt Prin
ceps inquit in.vij.tertij.c.j.creatoꝛ eſt
ſublimis ⁊ excelſus:in cuius manibꝰ
omnia exiſtunt.vt dixit Auenzoar in
ſui Theiſir primo.Et qui mundū re
git ⁊ gubernat ſuo precepto ⁊ volun
tate.vt idem ait in ſecundo eiuſdem.
Et qui curā habet circa omnia entia.
vt ſcripſit Auer.in.xij.Metaphyſice
cōmento.xxxvij.Nunc igitur deū vnū
tantummodo in ſubſtantia:licet in ꝑ
ſonis trinū:vt canoniſte tradunt de
conſecratione diſtinctiōe.iij.c.vltimo
⁊ nos ipſum ſic firmiter credimus:cō
fitemur:⁊ adoꝛamus:⁊ impꝛeſentiaꝝ
omni cuz humilitate deuotione:⁊ mē
tis affectu depꝛecamur:vt pro ſua im
menſa pietate infinitaq̧ miſericoꝛdia
nobis hec concedere dignetꝛ:q̧ quicū
q̧ pꝛeſentem habuerint tractatū:lege
rint ⁊ intellecta obſeruauerit:theſau
rum ſanitatis cōſequi valeant:cōſecu
tumq̧ pꝛudentiſſime ſua inenarrabi
li fauente gratia conſeruare.Non em̄
ſufficit humanum propoſitum abſq̧
diuino ſubſidio:vt recte Theophilus
inquit.Cū ipſe quidem ſolus ſit fons
vite:vt Origenes ait.Et ab eo non ſo
lum vita ⁊ quecūq̧ perfectio:ſed om
ne bonū:vt in de viribus coꝛdis ſcri
pſit Auicen.pꝛocedat ⁊ ideo ab eo tā
tūmodo tale ac tam precioſum ſalu
tis ſenſum rationabiliter expoſcimus
tum quia plena ſemper ⁊ redundātia
ſunt diuina beneficia nō exiguo con
ſtricta munere ſed vberi bonoꝛuz co
aceruata cōgeſtu:vt Ambꝛoſiꝰ inqt.
tum etiā quia ipſe ſolus largitur ſani
tatem coꝛpoꝝ ⁊ vitam animarū:vt di
xit Auerrois in pꝛologo canticoꝛum.
Eya ergo pꝛo ſua clementia concedat
nobis quod petiuimus: omnipotens
⁊ miſeratoꝛ dominus:qui nō reliquit
querentes eum:vt ait Propheta.Qui
nimo dat petitiōes coꝛdis eoꝝ:⁊ ipſos
confirmat:cū ipſe ſit protectoꝛ omni
bus exquirentibus eum in veritate.vt
in ſecundo Eccleſiaſtici dicitur. Con
firmetq̧ ergo:⁊ continue ſeruos ſuos
pꝛotegat admirabilis dominus no
ſter:qui nobis dixit:vt Joānes refert
Sine me nihil poteſtis facere:quoniā
⁊ ſi minuerit hominem paulominus
ab angelis:gloꝛia ⁊ honoꝛe coꝛonaue
rit euz.⁊ conſtituerit ipſum ſuper ope
ra manuum ſuarum:⁊ omnia ſubiece
rit ſub pedibus eius:oues et boues

UVA. BHSC. IyR_272

vniuerſas:inſuper ⁊ pecora campi:
volucres celi ⁊ piſces maris. vt Da=
uid inquit. Et ſimiliter Galienus in
quarto de iuuamentis membꝛum. ca
pitulo pꝛimo cū dixit. homo eſt pꝛin
ceps ⁊ rex omnium animalium. Et nō
fuerūt omnia animalia demiſſorū ca
pitum apud ipſū:⁊ ipſe ſolus eleuat
capitis ⁊c. Attamen fecit illū ex limo
terre. aptante eccleſia. Memēto que=
ſo ꝙ ſicut lutum feceris me:⁊ in pul=
uerē reduces me:nōne ſicut lac mul
ſiſti me:⁊ ſicut caſeum me coagulaſti
⁊c. Et alibi. Memento homo ꝗ cinis
es:⁊ in cinerē reuerteris. Quod ſenſit
Auguſtinus in capitulo. lxxxvij. En=
chiridion. Multoꝗ clarius Auerrois
in octauo commento canticorum cū
ait Deus cuius nomē exaltetur:crea
uit hominem ex luto ſicut teſtam fi=
guli. Et ideo fecit illum facile altera=
bilem ⁊ corruptibilem:ſeipſum ꝓpꝛio
conſilio conſeruare non potentem:⁊ ꝑ
conſequens diuina protectione maxi=
me indigentem. Sine qua profecto
nullum regimē ſanitatis:ſicut nec ali
quod aliorū entiū:hominibus iuuare
poſſet. Cū ita ſit equidem:vt in ſecun
do theiſir tractatu tertio voluit Auē
zoar cum inquit. Scimus certiſſime ꝙ
ſphere:⁊ ſtelle:⁊ materia:⁊ forma: et
tempus:⁊ locus ſunt res generate et
create quare nullum profectū vel no
cumētū poſſunt agere vel impꝛimere
niſi pꝛecepto ⁊ voluntate diuine pro=
uidentie. Quid igitur ꝓderit legenti=
bus hoc noſtrū opuſculum in pꝛecio
ſiſſime ſanitatis conſeruatione ſubla
to infinite bonitatis pꝛeſidio nihil ꝓ=
fecto. Denuo itaqꝫ atqꝫ iterū:ſicut ab
initio:ex tota anima fontem bonorū
omnium depꝛecamur: vt nos pro ſui
infinita pietate exaudire dignetur: et
concedere corporis ⁊ anime ſalutē:
opera libꝛi huius ⁊ conſilio vtētibus
amiciſqꝫ ⁊ pariter inimicis noſtris ſit
propitius. Et per viſcera ſue profun=
diſſime charitatis omnibus vitā eter
nam viuis fidelibus ⁊ defunctis cle=
mentiſſime largiatur ad laudem et
gloriā ſue excelſe maieſtatis. Amē.

¶ Capitulū. ccc. ⁊ vltimū cauſam
reddit huius tercētenarij:⁊ grati=
as agit altiſſimo ⁊ ſanctis eius ob
operis perfectionē.

QUia omnia in trinitate
perfecta cōſiſtūt:vt vo
luit Ariſtoteles in. xx
vj. pꝛoblematū. pꝛoble
mate. ix. dicēs. Finiūt
autē in trib⁹ omnia ⁊
minima in pꝛima trini
tate. ⁊ in. j. de celo ⁊ mūdo textu ꝯmē
ti ſcdi autoritate Pythagoricoꝝ inqͭt.
Cum omnia ex pꝛincipio medio ⁊ fi=
ne conſtituta videantur:pꝛopter qđ a
natura accipientes tanqꝫ leges illius
⁊ ad ſanctificationes deoꝛum trinario
vtimus numero ⁊c. In cuius commē=
to dixit Auerrois. Secundum iſtum
numerum tenemur magnificare crea
torē remotum a modis creaturarū in
orationibus ⁊ ſacrificijs. ⁊ vt ait Al=
bertus ſuper eo. Pꝛiſci partes in lege
antiqua vtebantur trinitati in ſacrifi
cio deorum:ſcilicet thuris oblatione:
cātur ⁊ oratione. Numerus igitur tri
nitatis eſt perfectus:vt vbi ſupꝛa pro
batur. Et nos ipſum in lege noua et
veriſſima ponimus ipſum in mageſta
te diuina tres in ea credentes:⁊ ita cō
ſiſtentes perſonas eſſe in vnitate ſub=
ſtantie ⁊c. hec ipſe. Cum ita ſit ergo ⁊
rationaliter in trinitate centenarij ad
laudem diuine trinitatis nos pꝛeſens
opus ſigillabimus:gratias quas poſ
ſumus:⁊ non quas deberemus a gen
tes patri ⁊ filio ⁊ ſpirituſſancto. vnico
infinito ⁊ glorioſo deo: dicenteſqꝫ cū
Auicē. in pꝛologo ſui canonis. In pꝛi
mis deo grās agam⁹ ſicut ſui ordinis

UVA. BHSC. IyR_272

# Qualiter gratias agit altiſſimo.

celſitudo:⁊ beneficij ipſiꝰ multitudo
mereť:cuius miſericordie ſuper oēs
prophetas exiſtunt. Et cū eodem in
xxj.tertij tractatu primo.c.ij.dicente.
Sit ergo deus exultatus q̄ verax eſt
laudabilis ⁊ benedictꝰ:⁊ melior om-
nium ſanctorꝫ ⁊c. Similiter dicamus
cum hali abenragel in initio operis
ſui de iudicijs ſit ſcribente. Gratias
agamus vni deo victorioſo: honora-
to:potenti creatori:noctis ⁊ diei dete
ctori occultorum ſcientiarū ⁊ purita-
tum:ipſi qui creauit:equauit; indica-
uit:direxit:interfecit : viuificauit do-
mino libertatis:mercedis;honoris:⁊
regni qui eſt primus ſine principio:
et poſtremus ſine fine ⁊c.Et in quar-
te partis eiuſdem principio ſic etiam
cum eo taliter ſcribēte dicamus.Lau
datus ſit deus dominus virtutis re-
gni ⁊ luminis:ipſe quidem apparens
⁊ veridicus per manifeſta experimen
ta creauit terras:montes:maria; ⁊ ce
los circundantes omnia:⁊ poſuit ſtel
las in eis mouentes ſe in ſimilitudinē
lucētium candelarum:⁊ poſuit in eis
ſignalia pro temporibus diuidendis
⁊ rebus alijs ex quibꝰ ſit in ſempiter-
na ſecula benedictus.Et in ſexto eiuſ
dem.Laudatus ſit deus ⁊ regratiatꝰ
qui eſt dominus boni; largitatis : ſa-
pientiarum ⁊ ſcientiarum: ipſe factor
eſt ⁊ creator omnium rerum ⁊ per vo
luntatem ⁊ gubernationem eius ma-
nutenentur;ipſe eſt principium om-
nium rerum ⁊ temporū permutator:
per ſui potētiam texit celos ⁊ firma-
uit eos:depreſſit terraꝫ ⁊ ſituauit eā:
creauit omnes creaturas ⁊ omnia no
uit ſecreta:creauit res ⁊ dedit illis fi-
nem:⁊ poſtea iterum creauit eas.ipſe
ſit laudatus ⁊ benedictus ſicut cōue-
nit magne nobilitati ⁊ altitudini ſue.
Et iterum in octauo libri eiuſdē par-
te.Laudatus ſit deus qui eſt dominꝰ
ſubtilitatum ; nobilitatū; mercedum:
pietatum:creator omniū creaturarū:
cognitor occultorum.rationū intelle-
ctor:⁊ puritatum:recompenſator dā-
norum ⁊ occaſionum:gubernator to-
tius mundi ⁊ omniū rerum per gra-
tiam ⁊ virtutē ſuam:dator pluuiarꝫ
per pietatem eius:defenſor eorꝫ qui
habent in eo fiduciam: et cuſtoditor
eorum qui ſe dant ſibi . Rex cui obe-
diunt omnes reges:⁊ eius potentie ⁊
glorie non eſt finis. Ipſe potentiam
dedit humiliantibus ſe ſibi: ⁊ poten-
tes humiliauit. Nihil eſt contrariꝫ
iudicijs.Nec eſt qui ſuis factis cōtra
dicat.Completus eſt omnis bonita-
tis ⁊ pietatis:ipſe ſit igitur laudatus
vt conuenit.Dicamus quoq̄ʒ cum Ra
ſi in ſui continentis rubrica. Laus ſit
vni deo glorioſo:ſublimi: victorioſo ⁊
indultori:qui tantam nobis gratiam
pro ſua inenarrabili clementia conce
dere dignatus eſt:vt librum hunc in
extimabilis quidē laboris hac in iuue
nili etate:⁊ ſine vllo corporis nocumē
to ⁊ omnino feliciter perficere potui-
mus.Nō me cepiſſe ſed ꝑfeciſſe virtu
tis eſt:vt ſuper Mattheū hieronymꝰ
inquit.Benedictū ſit igitur nomē do-
mini ex hoc nunc ⁊ vſq̄ʒ in ſecula . Cu
ius in ore noſtro laus ſemper exiſtat
pro infinita beneficiorū eius multitu-
dine.Que nos inducit ad conceden-
dum cum Gal.in libro octauo de iu-
uamentis membrorum.capi.tertio ſic
dicente.Noſtra poſſibilitas eſt par-
ua ſecundum quam debeamus lau-
dare creatorem : bonam tamen ipſe
mentem noſtram ſuſcipiat.Beatiſſi-
me preterea dei genitrici Marie ſem-
ꝑ virginis : ⁊ beatis apoſtolis Petro
et Paulo:ac omnibus ſanctis ⁊ conti
nuis eorum precibus pro nobis exo-
rant:gratias non cōdignas:ſed quas
poſſumus habemus:agemuſq̄ʒ ex to-
to corde dum ſpirabimus.Et ſic finiē
tes quod inchoauimus:dicemus cuꝫ

UVA. BHSC. IyR_272

Sax.in tertio de creticis ſic in finē ſcribentis. Et iam peruenimus ad finem libri: auxilio dei ꝛ eius adiutorio: cui ſit honor ꝛ gloria per infinita ſecula. Amen.

Diuino fauente numine: Ego Antonius Sazius patauus medicorum omnium minimus: die .xij. Auguſti de anno domini. M. cccc.xc. preſens opus abſolui: ad laudem redemptoris noſtri ꝛ ad tuam ꝛ amicorum tuorum vtilitatem. D. M. obſeruandi. cui iterum atqꝫ iterum me cōmendo.

# Exhortatio

Antonij Sazij omniū medicoꝝ minimus: procurans virtutē fortē cōſeruare: ꝛ debilem fortificare: vt rationabilis ꝛ ſtudioſus medicus poſſit ſecundū regulas medicine narcoticis vti: et per hoc aſtantes ꝛ legentes intelligant eum non niſi canonice ꝛ ſcientifice procedere: ꝛ ab Emperico ſecernere valeant.

Et ſi minime obſeruandiſſime. D. me lateat ꝙ de numero hoc noſtro libello indigentium nequaqꝫ exiſtas: tū quia moderatiſſimus ſis omnemqꝫ damnoſum abſtinentia diceris ſuperare appetitum: tum quia altioribus detentus curis: vt Socrates predicare ſolebat: ſolum vt viuas comedis: nō autem viuis vt comedas. Quod non pauci aſperantes in maximas labūtur egritudines vitamqꝫ ſepius cum morte commutant. Sed proptera librum hunc tibi tradimus vt non ciborum aut potuū quantitatē te fugere doceamus. Sed que a veteribus laudata: que ve vituperata ſunt euitare valeas: ciborūqꝫ ꝛ potuum qualitatem ac ipſorum nō ſolum in comedendo ordinem adipiſcaris. Sed qua id hora exequendum ſit: q̄tum exercitandum: quādo quieſcendum: qua hora ꝛ q̄tum dormiendum: reliquaqꝫ his ſimilia. Que non minus ſunt homini vtilia quam neceſſaria facillime perſcrutari poſſis

UVA. BHSC. IyR_272

Ita enim doctiſſimorū veterū in hoc libro dicta de regimine ſanitatis comſpicies ac ſi oēs de re hac in cubiculo tuo differentes corā haberes: audies Ariſto. peripatheticorꝝ pͥncipem qui in natura regula fuit ⁊ exēplar qđ natura inuenit ad demōſtrandū vltimā perfectionē humanā in materijs: vt de eo ſcribitur in cōmento. xiiij. tertij de anima. Senem etiam illū necnon medicorꝝ patrē hyppocratem intueberis qui primus omniū rectam viā oſtendentiū vt ſolis iubar effulſit: a quo omne lumē ⁊ recta artificialis ſemita: vt de ea in huius libri cap. ix. dicitur in medicinis eſt inuenta. Sapiētiſſimum preterea Gal. artis huius complectorē haud parua cū voluptate cū eoqꝫ hali: Raſim: haliabatem: Diaſcoridē: Serapionem: Auicennā: Auenzoar: Damaſcenū: ceteroſqꝫ omnes hac in ſciētia approbatos videbis. Quorum ſapiētia tu qui ſemper virtutes ac doctos benigno fauore amplexus es: ita obiectaueris ꝙ nullum huic letitie genus compar eſſe affirmabis. Quotienſcunqꝫ etenim librum hunc aperies ſcireqꝫ aliquid ad ſanitatem oportunum deſiderabis ad predictorꝝ vnoquoqꝫ ac ſi viuus adeſſet ilico optato poteris. Nā ipſorꝝ non ſolum ſententias: ſed ⁊ verba: quibus ipſi vſi fuerunt noſtro inſerere voluimus libello: vt vltra ex eorum verbis: leporem ac ſuauitatem: ſi quis in nos liuidus obtrectare voluerit tanqꝫ minerue clipeum contra Meduſam: ſic etiam eorꝝ latratibus ⁊ iaculis opponere valeam. Grandem igitur vtilitatem ex hoc noſtro opere immenſamqꝫ letitiā accipies cum prefati tibi ſapientes oſtendant qualem medicū pro huiuſmodi ſanitatis conſeruatione eligere debeas: in quo aere habitare: quem locum incolere: qualiter ⁊ quantū exercitari: quid comedere ⁊ bibere: qualiter dormire et vigilare. A quibus anime accidentibus abſtinere: quomodo purgari ⁊ a futuris egritudinibꝰ preſeruari oporteat: qualiter ſi in egritudinē labi cōtingeret: ꝙ deus auertat curari: pluraqꝫ alia non minꝰ hominis vſui vtilia verūetiam ꝙ̄ maxime neceſſaria. Que oīa tibi gratiſſima fore ſperamꝰ ac te tantū ex hoc opere vtilitatis conſecuturū. quantū ſi oīa prefatorꝝ: que quaſi infinita ſunt volumina perlegiſſes: vt nos ipſi magno cū labore multiſqꝫ vigilijs fecimꝰ. Et qm̄ legenti ſepe tediū prolixitas afferre ſolet hinc ſolū: ex eis tantum meliora ⁊ q̄ magis huic noſtro pertinere videbant negocio excerpimꝰ: diuerſiſqꝫ ex locis hinc inde q̄ diſperſa erāt hoc in libello congeſſimus quē ad finem deductū tibi tradimus pro viribꝰ deprecātes vt ſic ipſum leta facie ac hilari vultu ꝓ tua erga oēs incredibili humanitate accipere digneris: ſicuti ⁊ nometipſos omni tue volūtati ſemper deditiſſimos offerimus. Uale.

Impreſſum rurſus eſt hoc egregiū et ſane ꝙ̄ vtile opus: large auctū ac emēdatum. Lugduni per Magiſtrū Jacobum myt. Impēſis vero honeſtorꝝ virorum Scipionis de Gabiano: ⁊ fratrum Aſtenſium.

# Regiſtrun.

A a b c d e f g h i k l m n
o p q r s t v x y z ⁊ ꝰ

Omnes ſunt quaterniones.

UVA. BHSC. IyR_272

12
16
28

UVA. BHSC. IyR_272

en xviij.o de set.e co
mence a servir esta vi
lla

hic liber est didaci
lhoppensis

UVA. BHSC. IyR_272

UVA. BHSC. IyR_272

3

COR

Flor

adsa

Conf

Bibliotec

IyR

UVA. BHSC. IyR_272

301.

CORONA
Florida
ad sanitat.[s]
Conserv.[m]

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 272

UVA. BHSC. IyR 272

CORONA FLORIDA

UVA BHSC. TYR_2??